inseritur quia in eo vena quedam vt fertur sanguinis
ad corz vsqz perueniat. Item protheus quidam sapi-
ens primum ob amoris signum ferreum annulum fe
cit ⁊ inibi adamantem inclusit ⁊ inde subarrare spon
sas instituit: qꝫ sicut ferrum omnia domat: sic amor
omnia vincit: quoniam nihil amoris furore vehemē-
tius: in aut. de nup. Et sicut adamas est infrangibilis
sic ⁊ mor est insuperabilis. Fortis est enim vt mors
dilecto. Jdeoqz in digito annulari in quem vena pro
cessit a corde illum portare instituit. Postmodum vō
pro ferreis sunt aurei constituti ⁊ pro adamanti gem
mis ornati: quia sicut aurum cetera metalla: sic amor
vniuersa bona precellit: ⁊ sicut aurum gemma decora
tur: sic coniugalis amor ceteris virtutibus adornat.
Nuptie autem sm Ambrosium e. q. nec illud. dicte sūt
a nubendo. Ille enim qui nubunt caput propter vere
cūdiam obnubere non loqui solent. Unde ⁊ Rebec-
ca viso Jsaac cui ōsponsari debebat caput obnubere
cepit. xxxij. q. ij. honorat. in fi. Verecūdia nāqz debet
precedere nuptias quo ipm coniugum plus verecun
dia commēdet ⁊ magis expetita debet videri a viro
qꝫ ipsa virum expetijsse. Sed sm Hieronymum. e. q.
cōnubia. Cōnubia legittima peccato carent: ñ tamē
tempore illo quo actus coniugales geruntur presen-
tia spiritus sancti datur: si propheta esse videatur qui
officio generationis obsequitur. Notandum etiā est
qꝫ triplex spirituale sacramētum in carnali matrimo
nio consumato designatur. Primum sacramentuz est
vnio specialis anime ad deum per fidem: dilectionez
⁊ charitatem: sive vnio voluntatis. s. charitas que cō-
sistit in spiritu inter deum ⁊ iustam animam: extra de
biga. debituz. vnde apostolus: Qui adheret deo vnꝰ
spiritus est cum illo. Hoc sacramētum significatur. q
coniunctionem animorum habitam in prima dispon
satione carnalis matrimonij. Secūdum est vnio hu
mane nature ad deum que facta est in vtero virginali
per incarnationem verbi dei: sive nature cōformitas
que consistit in carne inter christum ⁊ sanctam eccla
de con. di. ij. in christo patre. Ad quod pertinet illud.
Verbum caro factū ē ⁊c. Hoc sacramentuz designa
tur in matrimonio carnali per coniunctiōem corpoꝝ
consumato: non qꝫ ipsa coniunctio in qua spiritus sā-
ctus non adest illud designet: sed per ipsum actum cō
sumatum significatur. Tertium sacramētuz est eccle
vnitas ex omnibus gēnibus collecta ⁊ vni viro scilicz
christo subiecta. xxxi. di. acutius. Hoc sacramentum
significatur in eo qui vnicam tātum ⁊ virginē habuit
vxorem facto postmodum clerico ⁊ ordiato. Ubi vō
quis ad biganiam sive ad secūdum matrimoniū trā
sit: iam ab vnitate recedit: quia carnem suam i plures
divisit: ⁊ sic huius tertij sacramenti signatio in eo nō
cadit: quare promoveri non potest. nā promotus vni
tatem significare nonpotest. Preterea per secūdum
matrimonium recedit a prioris coniunctione matri-
monij. Ecclesia vero exquo se christo coniunxit nūqꝫ
ab eo discessit: nec ab ea christus. Bigamus ergo talē
vnitatem significare non potest. Unde merito ꝓpter
huius sacramenti defectum promoveri nō potest. ex-
tra de secun. nup. c. i. ⁊. c. vir. ⁊. xxxi. q. i. de bis. Illud
etiam nota qꝫ statutum est in concilio Carthag. xxv.
distin. sponsus. ⁊. xxiij. di. sponsa. sponsus ⁊ sponsa be
nedicendi a parētibus vel a paranymphis offerant

ecclesie sacerdoti. accepta autem benedictione eadez nocte pro reuerentia benedictionis in virginitate p̃maneant. Ceterum nuptie bñdicende sunt a sacerdote cum ꝓcibus ⁊ oblationibus ex instõne Eucharistie pe. xxx. q. v. c. i. Verũtamen vir ⁊ mulier ad bigamiã transiens matrimoniũ contrahendo non debet a presbytero benedici: extra de se. nup. c. i ⁊ c. vij. xxxi. q. i. de his qui. qz cum alia vice benedicti sint: eorum benedictio iterari non debet. Non ergo debent nuptie benedici: niſi vbi virgo cum virgine contrahit pp rõnez que ponitur in proemio secũde ptis: imo presbyter q benedictiõem cum secũda vxore celebrauerit officio ⁊ beneficio suspensus est ad sedem aplicam mittendus: qõ quidem ad exhortationez continentie noscit introductum ẽ quozũdam locorum consuetudinez: siquis contrahat cum secũda virgine benedictio iteratur: ⁊ hoc si dominus papa sciat ⁊ tollerat alioquin non valet. ¶ Dicunt etiam quidam q si aliqui virgines contrahentes non fuerint benedicti: facti bigami iterum contrahendo poterunt benedici. sed ⁊ si cõtrahentes fuerint benedicti licet se non cognouerint carnaliter non ideo iterum contrahentes benedicentur. De benedictione virginum dicetur in proemio. ij pꝛtis. ¶ Notãdum autem est q vnum sacramẽtũ dignius est alio quatuoꝛ modis. s. rõne efficacie vt baptismus: rõne sanctitatis vt eucharistia: de conse. di. ij. nihil. rõne significationis vt coniugium. quidaz tñ non approbant istum modum. ⁊ rõne conferentis vt confirmatio ⁊ ordo. Sed queritur quare instituta sũt sacramẽta: qz sine illis potuisset deus humano generi vitam eternam ⁊ gratiam donasse. Responsio ꝓpt tria. Primo propter humiliatiõem vt dum hõ ex dei precepto se rebus insensibilibus ⁊ se inferioribus reuerenter subijcit: ex hac obedientia magis apud deũ meretur. Secũdo propter eruditionem vt per id qõ foris in spẽ visibili cernitur: ad inuisibilem virtutez q̃ interius est agnoscenda mens erudiatur. Tertio pp exercitationem: qz cum homo ociosus esse non debeat: preponitur ei vtilis ⁊ salubris exercitatio i sacris qua vanam ⁊ noxiam declinet occupationem. Juxta illud: Semper aliquid boni operis facito vt diabol⁹ inueniet te occupatũ: de cõ. di. v. nunq̃ nõ ergo debẽt omitti prout in precedenti ti. dictum est.

¶ Incipit liber Secundus de ministris ⁊ ordinib⁹ ecclesiasticis ⁊ de eorum officijs.



Hac se/cũda pte de ministris ⁊ ordinibus ecclesiasticis eorũq; officijs tractare pꝛemidimus premittentes q tres sunt secte famose: videlicet gentilium: hebreorum ⁊ christianorum. Prima est erroꝛis. Secunda veritatiz. Tertia veritas ⁊ salutis. Jm prima naufragamur. In secũda a piculo eripimur. In tertia saluamur. Prima secta dicitur a secando: qz secat. i. separat nos a deo. Secũda ⁊ tertia a sectando ⁊ tenendo: quoniam illuminãt saluant ⁊ liberant. Christianorum persone tam seculares q̃ ecclesiastice. de alijs duab⁹ sectis sumpte sũt: hebrea videlicet ⁊ gentili. Sicut enim apud nos duo sunt genera personarum scilicet laicales ⁊ ecclesiastice. xij. q. i. duo. sic ⁊ apud gentiles ⁊ hebreos. Apud gentiles quidem seculares persone erant hec monarcha scilicet imperatoꝛ romanus patricij qui ⁊ senatoꝛes dicebantur ac quorum arbitrium vniuersa ordinabantur: reges: duces: comites: pꝛesides: pꝛefecti: suffecti: tribuni militum: tribuni plebis: pretoꝛes: centuriones: decuriones: quaterniones: diuini viri questoꝛes: ediles ⁊ aule ianitoꝛes. Inter poetas vero erant aduocati carminum relatoꝛes: carminum scripꝛtoꝛes: comedi: tragedi: ⁊ hiſtoꝛiographi. Vates autem qui a vimentis dictus est: modo sacerdotem modo prophetam: modo poetam significat secundũ Jsidorum in ritu templorum erant apud gentiles archiflamines: protoflamines: flamines: ⁊ sacerdotes vt iam dicetur. Erant quoq; apud eos virorum ⁊ mulierum religiosi conuentus. Apud hebreos quoq; eadem erat diuersitas personarum alie nã que erant seculares. alie diuino cultui videlicet in tẽplo dedicate. In templo erant summus sacerdos: vt melchisedech: minoꝛes sacerdotes: leuite natinei: luminum extinctoꝛes: exoꝛciste ianitoꝛes: ⁊ editicij seu cantoꝛes. Super popꝛlum vero regendum erat dux populi. Moyses ⁊ sub eo quos ipse constituerat ad concilium Jetro soceri sui. Erant etiam ciliarche: ⁊ contrarche: penthacontrarche: ⁊ dechacontrarche idest milenari centenarij quinquagenarij: ⁊ decani. Cilios enim interpretatur mille: ⁊ archos princeps. inde ciliarcha. i. pꝛinceps super mille etacentum. inde etacentarcha qui super centuz potestatem habebat Penthacontarchus dicitur qui pꝛeest quinquaginta. pentha enim quinqz sonat decanus qui decem. deca enim decem sonat. Apud christianos quoq; similis diuersitas repetitur. ¶ Et nota q christiani a christo dicti sunt. Christus vero a chrismate: de quo dcñ est in pte pꝛima sub titu. de conse. ¶ Nomen christianorum primum in antiochia inuentum est. Antea. n. omnes vocabantur discipuli vel fratres donec apostoli in antiochia concilium fecerunt. xi. q. iij. ad mensam. Et dicuntur christiani ortodoxi. i. recte gloriantes: ⁊ vt credunt viuentes. nam ortos grece dicitur recte latine ⁊ doxa gloria. Dicitur ergo christ⁹ a chrismate quasi vnctus. Ipse autem vnctus est eternaliter a deo preconsortibus suis: prout legitur in actũ apostolorum: ⁊ hoc nomen est oleum effusum. hinc est q in veteri testamento sacerdotes ⁊ reges christi nuncupabantur: qz vncti erant vnctiõe temporali. Juxta illud: Nolite tangere christos meos. hoc autez nomẽ christus non est proꝛium nomen saluatoꝛis sed est cõmunis nuncupatio potestatis est enim cõmune nomen dignitatis. Sed hoc nomen Jesus proꝛium est

vocabulus ꝓsone saluatoris quo ab angelo Gabriele in conceptiõe vocatus est euangelista testante: vocabis inquit nomen eius Jesum: ⁊ ab hominibus in circũcisione. ¶ Et nota ꝙ Jesus dicitur habraice messias. grece christus: vel sother: vel sophir latine vnctꝰ vt p̃missum est: vel saluator eo ꝙ ipse saluũ faciet populum suum a peccatis eorum. Potestatem enim habet dimittendi peccata: sicut ipse dicit: vel saluatoris qꝛ ipe nobis salutez dedit. Si enim ꝓcepta eius seruauerimus vitam eternam possidebimus. Hoc autẽ nomen Jesus prophirius philosophus greca ⁊ latina lingua peritꝰ scribebat latine Hiesus grece vero p. h. quam greci pro. i. longa sonant. Unde ⁊ quidam proferunt gysus. latini vero per. e. longa. Rectiꝰ ergo videtur sic esse pingendum Jesus per grecam abbreuiationem q̃ Hiesus per latinam aspiratione. Sed hoc nomen christus cum sit grecum: greca scribit ab breuiatione: sic xp̃s. Nam greci ponunt. x. pro chi. p. vero. p. r. ⁊. c. pro. s. Si autez scribitur per. s. latina terminatione finitur. ergo si longa seemate scribitur: sic per aspirationem pingatur christus. ¶ Circa noia autem christi notandum est ꝙ quedam ex ipsis dicũtur ō christo relatiue seu quasi relatiue: vt pastor: spõsus: ⁊ mediator quedam non relatiue vt homo. quedam translatiue: vt agnus: ouis: vitulus: serpens: aries: leo: vermis. ⁊ quedaz cum sint institutione relatiua sunt ⁊ prerogatiua ꝓuilegij appropriata vt christꝰ. Hiesus autem est ꝓprie proprium nomẽ eius vt premissum est. Uocatur etiam christus alpha ⁊. o. i. principium ⁊ finis: ⁊ hebraice emanuel quod est nobiscũ deus interpretatum. Nobiscum enim est per p̃sentiã maiestatis: per ꝓticipationem veritatis: ⁊ per vinculum charitatis: ⁊ per adimpletionem veritatis. Uocatur p̃terea via veritatis ⁊ vita. Joãnis. xiiij. Via i exemplo vel ꝓcepto: veritas in promisso: vita in premio. Sabaoth vo idest deus exercituum adonay qō est domine athanatos idest imortalis. kirios. i. dñs. Theon. i. deus. Panthograthon. i. pater. disponens vel perfectus. Homoyson. i. vnius essentie. Nomina sunt dei non tm̃ persone christi: de con. di. ij. ego. Uocatur ꝓpterea christus ꝟm Jsaiam admirabilis consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Admirabilis in incarnatione. Consiliarius in integra rerum cognitione. deus rerum creatione: fortis in rerum dispositione: pater futuri seculi: in meritorũ retributione princeps pacis dicitur. vel quia fuit mediator dei ⁊ hominum. vel etiam hominum ⁊ angelorum. vel quia confert illis pacem que exuperat oẽm sensum cuius pacis non erit finis. vocatur etiaz christus ineffabili nomine terbagramaton. i. quattuor literarum que sunt ioth: hee: vau: beth: que sunt apud nos. i. e. v. he. est ergo nomen ieu he quod dicitur ineffabile: non quia non valeat fari: sed quia non est deꝰ hoc nomine nisi in arduis inuocandus. vel quia eius sententia sufficienter nequeat explicari. Cuius interpretatio est talis: ioth ꝑncipium: he iste: vau passionis beth vite: quasi iste est ꝑncipiuz vite passionis. Genitiuus more grecorum ponitur ꝓ ablatiuo passionis pro passione idest per passionem. Quomodo autem vita nostra ab ipsius morte dependeat non possumꝰ intueri: de hoc dicetur in tertia parte sub titulo de idumentis legalibus. Hoc autem nomen deus appropriatur patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto ꝓut in simbalo athanasij legitur. Quãuis etiam quandoqꝫ ad alias personas extendatur. Juxta illud. Bis non detrahes: cꝛ de here. cuz ex iniuncto. xi. q. i. ex sacerdotibus. Et alibi: Applica illum ad deos. Et apostolus. Nam et si sunt qui dicãtur dij siue in celo siue in terra nobis tm̃ vnus deus pater: ex quo omnia. ⁊ idem si nostrũ euãgelium est opertum in his qui pereunt: est opertum in quibus deus huius seculi excecauit mentes infidelium. ¶ Rursus Jesus dictus est nazarenus a quodam vico galilee: deus dictus est ꝓpter vnicam cuz patre substantiam. dominus vero dicitur ꝓpter seruientem creaturam: deus ⁊ homo dicitur. quia v̄bum ⁊ caro. verbum dicitur: quia pater per eum omnia cõdidit siue iussit. imago dicitur ꝓpter parem similitudinem patris. Siquidem apud christianos seculares persone laici dicuntur. laos enim grece dicitur populus latine. Clericales sunt que in ecclesia deseruiunt vel ipsam regunt: a cleros qō est sors ꝓout iaz dicetur. Hꝫ autem subdiuiduntur in monachos. i. in singulariter ẽgentes. xvi. q. i. si cupis. Nam monos grece dicitur singularis latine ⁊ alios religiosos. Sunt autem quattuor genera monachorum: alij sunt senobite qui videlicet in communi monasterij regula ⁊ vita obedientie maiorum deseruiunt. alij sunt anachorite qui videlicet edificat solitudines: ⁊ quãuis in cõmuni vita positi: priuate tamen contemplatiõi vacãt alij sunt heremite qui videlicet solitarie in desertis degunt. alij sunt gyrouagi idest vagabundi ⁊ circuncelliones. xxiij. q. v. c. i. ¶ Religio vero dicta est: quia ꝓ eam vni deo religamur ad diuinum cultum vinculo seruiendi: ⁊ in clericos seculares qui vsurpato nomie seculares dicuntur: extra de offi. ordi. licet. ad differẽtiam regularium qui ꝓprio carent quod non cõtingit in istis. Nam ⁊ ꝟm augustinum. xi. q. i. legi. Bonꝰ monachus vix bonum clericum facit. ¶ Sed ecclesiasticarum personarum duo sunt genera. Nam aliꝺ est dignitatis: aliud ordinis. Dignitatis: vt papa: patriarcha: primas archiepiscopus siue metropolitanꝰ quod idem est: episcopus: archidiaconus: ⁊ archipbyter: ⁊ prepositus. Quãuis omnes qui presint p̃positi generaliter rite vocentur: extra de verb. signi. quãuis. In choro vero persone sunt decanus: subdecanus: cantor siue precentor: succentor: thesaurarius siue sacrista: archiacola ⁊ huiusmodi. Dignitates autem vt ⁊ ordines a lege originem ⁊ exemplum traxerunt. Juxta illud. Constitues eos principes super omnem terram. quãq̃ quidam dicũt dignitates a gẽtilitate sumpsisse initium. Ordinis autem persone sũt sacerdotes: dyaconus ⁊ ceteri quos inferius prosequmur. ¶ Qualiter a veteri ritu tam gentilium q̃ hebreorum ad cultum presentis ecclesie translatio personarum facta sit: ⁊ qualiter abillis persone dignitatum in ecclesia originem habuerũt. breuiter videam?

ꝛ quidam dominus papa qui pater vel custos patruꝫ est vicem gerit summi pontificis. Romanus imperator monarche similitudinem gerit. Senatoria ꝛ patriciorum dignitas manet in ecclesia in quatuor patriarchis ꝛ in ecclesia romana in cardinalibus. lxxxvi. di. constantinus. Primates qui tribus archiepiscopis p̃ esse habent regem exprimunt qui tribus ducibus pre est. Metropolitani seu archiepiscopi ducibus comparantur: qui pluribus comittib⁹ presunt sicut illi pluribus episcopis. Pelagius tamen papa dicit. vi. q. iij. scitote. qꝫ vna prouincia habet regem ꝛ metropolitanum episcopi comitum similitudinem gerunt. Coepiscopi quorum potestas sublata est. lxvij. di. quamuis ꝛ. c. coepiscopi. presidũ ꝛ pfectorũ. Prepositi vero tribunos plebis. Cancellarij: Pretores: Archidiaconi Centuriones: Decani: Decuriões: Presbyteri: Curati: aduocatos. ¶ Persone quoꝫ ordinum ab illis originem habuerunt. nam presbyteri vicef gerunt ediliũ: dyaconi quaternionuꝫ: subdyaconi duum virorum: exorciste questores imitantur ostiarij: aule ianitores lectores: carminum recitatores: accoliti carminũ scriptores. Sane episcopalis ordo fm Jsidorum. xxi di. cleros. quadripartitus est videlicet in patriarchis aꝫchiepiscopis: metropolitanis atq; episcopis. Apostolica autem fides sicut ait Anacletus papa xxij. di. sacro. caput ꝛ cardo est aliarum: quorum sicut ostiuꝫ cardine regitur: sic illius auctoritate omnes ecclesie reguntur: ꝛ inde dicti sunt cardinales: per quod tota ecclesia sicut ostium per cardinem gubernatur. Jlli⁹ autem prelatus papa idest pater patrum vocatur et vniuersalis: quia vniuerse ecclesie principatur: ꝛ apostolicus: quia principis apostolorum vice fungitur: ꝛ summus pontifex. quia caput est omnium pontificũ a quo illi tãq̃ capite membra descendunt: ꝛ de cuius plenitudine omnes accipiunt: quos ipe vocat in partem solicitudinis non in plenitudinem potestatis: extra de vsu pal. ad honorem ¶ Hic est melchisedech cuius sacerdotium non est ceteris comparatum. Patriarcha vero greca lingua summus patrum interp̃tatur: quia primum idest apostolicum retinet locum xxi. di. cleros. ꝛ ideo quia summo honore fungitur tali nomine censetur: sicut romanus: constantinopolitanus: antiochenus: alexandrinus: hierosolimitanus. Dicitur etiam patriarcha quasi pater arche idest ecclesie vel pater patrum princeps. Archos enim grece princeps interpretatur latine. Hic est Moyses q aaron in pontificem oleo consecrauit. Archiepiscopus greco vocabulo dicitur eo qꝫ sit summus seu princeps episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam: ꝛ presidet tam metropolitanis q̃ ceteris episcopis.

Metropolitani seu metropolite a mensura ciuitatuꝫ vocantur. Singulis enim prouincijs preemineꝫ quorum auctoritati ꝛ doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt: sine quibus nihil reliquis episcopis agere licet. Solicitudo enim totius prouincie eis commissa est. Unde Pelagius papa ait. v. q. iij. scitote. Scitote certam esse prouinciam que habet decem aut vndecim ciuitates ꝛ vnum regem: ꝛ totidem minores potestates sub se: ꝛ vnum metropolitanum aliosq; suffraganeos decem vel vndecim iudices episcopos. Ad quorum iudicium omnes cause episcoporum ꝛ reliquorum sacerdotum ac ciuitatum referantur. Omnes autem superius designati ordines episcoporum ꝛ superiorum vno eodemq; vocabulo episcopi nominantur. Sed priuato nomine quidam vtuntur propter distinctionem potestatum quam singulariter acceperunt. Episcopatus vocabulum vnde dictum sit sub titulo de episcopo dicetur. ¶ Porro fm Anacletuꝫ papam nonagesimanona distin. prouincie. Primates ꝛ patriarche diuersorum nominum sed eiusdem forme atq; officij sunt. Et ideo quidam primates vsurpant sibi nomen patriarche: vt aquilegiñ. ꝛ gradeñ.

Primatia autem dicta est a primitijs conuersionis ad fidem. ¶ Jn concilio quoqꝫ affricano eadez di. i. Statutum est ne prime secundis episcopus p̃ceps sacerdotum aut summus sacerdos aut aliquid huiusmodi: sed tantum prime secundis episcopus appelletur. Pelagius etiam papa statuit. c. distin. nullus. vt nullus patriarcharum vniuersalitatis vocabulo vnq̃ vtatur: nec aliquis in suis epistolis vniuersalez nominet illum: quia si vnus patriarcha vniuersalis dicitur patriarcharum nomen ceteris derogatur ꝛ subtrahitur. Ad hec summorum pontificum presulem atq; reliquorum sacerdotum institutio in veteri testamento sumpsit exordium: ꝛ in nouo est plenius consummata. xvi. distin. §. i Summi nãq; a q̃ minores sacerdotes a deo per Moysen instituti sunt vt perpetuus esset cultus tabernaculi per successores eorum a filijs israel. Exo. xxvij. David autem ministeria domus dei amplians ianitores instituit ꝛ cantores Salemon exorcistas inuenit sicut sub titulo de sacerdote dicetur. Hec omnia ecclesia in nouo testamento imitata est vt iam dictum est. Habet enim ianitores quos ostiarios appellamus pro cãtoribus vero lectores simul ꝛ cantores instituit exorcistas etiaꝫ nomine ꝛ officio antiquo manente recepit pro filijs aaron. Omnes infra summum pontificem sacerdotum administrãtes consecrati sunt: inter quos quedam discretio est exorta vt alij appellentur simpliciter sacerdotes: alij archipsbyteri. alij episcopi: alij archiepiscopi seu metropoli: alij primates: alij patriarche: alij summi pontifices vt premissum est que discretio maxime a gentibus introducta est qui suos flamines: alios simpliciter flamines. alios archiflamines: alios protoflamines idest primates appellabant. hi in capite pileum habebant in quo erat brevis virga que a carnibus sacrificiorum aues arcebant. Pileum ante ipsum desuper aliquid lane habebat qꝫ cum per estum ferre non possent: filum tantum in capite ferre ceperunt. vnde a filo quo vtebantur flamines dicti sunt quasi filamines. Verum festiuis diebus filo deposito pro sacerdotij eminentia pileum imponebant. Maiorum quoqꝫ ꝛ minorum sacerdotum discretio in nouo testameꝫto ab ipo christo sumpsit exordium qui apostolos p maioribus discipulos pro minoribus sacerdotibus instituit. Petrum vero in summũ sacerdotem elegit

Apostoli etiam eandem formam secuti in singulis ciuitatibus episcopos ⁊ presbyteros ordinauerunt, ut sub titulo de sacerdote dicetur. Leuitas vero ab apostolis legimus ordinatos. Unde Cyprianus ait xciij. di. dominus. Deminisse debent diaconi quoniam episcopos ⁊ prepositos dominus elegit. Diaconos autem post ascensionem domini in celum apostoli sibi constituerunt: subdiaconos ⁊ accolitos tempore procedente ecclesia sibi constituit. Et sicut canon Clementis pape testatur. lxxxi. di. in quibus. Beatus petrus episcopos primates vel patriarchas in illis ciuitatibus poni precepit in quibus olim apud ethnicos siue gentiles erant flamines eorum atq; prime legis doctores. in quibus vero olim apud eos erāt eorum archiflamines: quos minores reputabant q̄ dictos primates eorum archiepiscopos iustitui precepit: ⁊ in singulis reliquis ciuitatibus singulos episcopos Anacletus quoq; papa. e. dist. episcopi instituit presbyteros per castella ⁊ villas poni ⁊ ordinari Ceterum in Leui. legitur voce superna ad Moysen dictum esse: loquere ad Aaron homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non offerat panes deo suo. nec accedat ad ministerium eius si cecus fuerit: si claudus: si paruo vel grandi vel torto naso: si fracto pede: si manchus: si gibbus: si lippus: si albuginem habens in oculo: si iugem scabiem: si impetiginē in corpore: si ponderosus: si languidus: quia indignū est dare deo quod dedignatur homo. lxxi. distinctio. hinc ⁊ enim. ⁊. c. sequen. in quo instruimur quales a clericatu sint repellendi. Dicuntur autem clerici a cleros grece quod ē sors seu hereditas latine: quasi sint de sorte domini: vel quasi dominus eorum sors sit. Juxta illud prophete. Dominus pars hereditatis mee ⁊ cetera. xij. q. prima clericus. ⁊. c. qui. extra ō preben. cum secundum. Ex quo patet q̄ nihil extra deum habere debent sed solus decimas primicias ⁊ oblationes que sunt hereditates domini accipiant: siue quasi sint sorte electi. In veteri namq; testamento ⁊ apud gentiles ⁊ clerici ⁊ sacerdotes sorte ⁊ liberis eligebantur ⁊ in nouo testamento Matthias sorte electus est. Primus autem clericus factus est petrus. Iginius papa decimus a beato petro composuit clerum ⁊ distribuit gradus. ¶ Circa coronam clerico rum tria attendenda sunt scilicet capitis abrasio: capillorum detruncatio ⁊ forme circulatio. Ad capitis abrasionem tria sequuntur scilicet mundicie: conseruatio: deformatio: ⁊ denudatio: mundicie conseruatio: quia ex capillis sordes in capite aggregantur. Deformatio quia capilli ad ornatum sunt: significat ergo tonsura mundam a non formabilez vitam idest q̄ clerici debent habere mundiciam mentis interius ⁊ non formabilem vitam idest non exquisitum habitum exterius ſm Dyonisium in ecclesiastica hierarchia. Rasura quoq; ⁊ tonsura capillorum est depositio omnium temporalium. Clerici enim victu ⁊ vestitu contenti omnia communia habere debent. xij. q i. clericus. ⁊. c. dilectissimis. Unde contra apostolum Comam non nutriant: sed caput desuper in modum spere radant. xxiij. distin. prosibite. Denudatio autem ipsa superioris partis capitis nullus debere esse medium inter nos ⁊ deum demonstrat vt reuelata facie gloriam domini libere comtemplemur. ¶ Rursus radimus caput relictis inferius in modum corone capillis: quia caput mentem signat: capilli vero seculares cogitationes. Sicut ergo caput mundatur superius a capillis: ita mens nostra duz superiora idest celestia cogitat a secularibus cogitationibus mundari debet. sed pars inferior capillos habet: quia non ē prohibitum. aliquando de secularibus cogitare sine quibus vita presens duci non potest. i. q. i. siquis obierit. ¶ Circa detruncationem capillorum notandum est: quia illa significat q̄ clerici omnes superfluas cogitationes debent a mente abscindere. ¶ Abtonso igitur capite ⁊ patentibus auribus incedere debent: ne capilli crescendo aures operiāt: ⁊ oculos impediant. xxiij. distin. non liceat. quoniam prouidendum est ne seculares cogitationes aures ⁊ mentē oculos impediendo nos ad secularia trahant. Unde capillos super aures tondeamus: vt quinq; capitis sensus expeditos ad dei seruitium habeamus. ¶ Bene igitur ad Ezechielem dicitur. xliij. c. Sacerdotes caput suum non radant neque comam nutrient: sed tondentes attondeant capita sua. Sigdez vt ait Gregorius in pastorali lib. secundo. c. xviij. capilli in capite exteriores sunt cogitationes in mente: qui dum super cerebrum insensibiliter oriūtur curas vite presentis exprimunt: que quia ex negligētis sensu importune aliquando prodeunt: quasi non nobis sentientibus procedunt. Quia ergo sacerdotes qui sunt sacrifidelium duces solicitudines exteriores habere: nec tamen eis vehementer incumbere debent: recte caput radere ⁊ comam prohibentur nutrire vt cogitationes cordis de vita subditorum: nec a se funditus amputent: nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Et bene subditur tondentes attondeant capita sua: vt videlicet cure temporalis solicitudines et quantuz necesse est prouideant: ⁊ tamen rescindātur citius ne immoderatius excrescant. Dum ergo per administrationem exteriorum prouidentia corporuz vita protegitur: ⁊ rursum per moderatam cordis intētionē ñ impeditur capilli in capite sacerdotis reseruantur: vt cutem cooperiant: ⁊ resecantur ne oculos claudant. ¶ Circa forme circulationem seu coronā sciendum est q̄ fit propter multa. ¶ Primo in signū q̄ christus rex noster seipsum in ara crucis ablatur⁹ spineam coronam portauit. Unde ⁊ nos qui per eandem passionem saluari desideramus dominice passionis signum idest formam spinee corone: quam ipse vt spinas peccatorum nostrorum auferret in passione portauit in capite: in verticibus nostris portamus vt sicut ille pro nobis sic ⁊ nos pro illo irrisiones ⁊ opprobria paratos esse libenter sufficere monstremus. ¶ Secundo circulus capillorum: virtutem equalitatis vndique rationi consentientez designat: tunc enim temporales res bene cogitantur si conueniant ratiōi. ¶ Tertio circularis figura fit: quia hec figura non

habet principium neque finem: per quod datur intelligi q̄ clerici sunt ministri dei qui non habuit principium neque habebit finem. ¶ Quarto hec figura nullum habet angulum per quod significat q̄ clerici non debent habere sordem in vita: quoniam vbi angulus ibi sordes: vt dicit Bernardus. Et q̄ debent habē veritatem in doctrina: quoniam veritas angulos non amat: vt dicit Hieronymus. ¶ Quinto quia hec figura omnium figurarum est pulcherrima. Unde in hac: deus celestes creaturas fecit: per quod significatur q̄ clerici debent habere pulchritudinem interius in mente: ⁊ exterius in conuersatione. ¶ Sexto ga hec figura est omnium simplicissima. Nam fm Augustinum nulla figura ex vna linea tantum consistit nisi sola circularis: que vnica linea clauditur: per qō significatur q̄ clerici debent habere simplicitatem columbinam. Juxta illud: Et simplices sicut columbe. vi q.i. ex merito. ¶ Septimo corona clericos cē specialiter regnum dei demonstrat. Ipsi namque fm Hieronymum. xij. q.i. duo sunt. sunt reges ⁊ sacerdotes idest regales sacerdotes. ⁊ sunt reges idest se ⁊ alios in virtutibus regentes: ⁊ ita in deo regnuz habent ¶ Sane rasura capitis clericorum fit sicut ait Beda in hist̄oria angelorum in memoriam eius: q̄ cum beatus Petrus in antiochia predicaret: abraserunt summitatem capitis eius in contumeliam nominis christiani ⁊ dominice passionis: quod quidem hodie toti clero in honorem traditur. Fuerunt tamen qui dicerent q̄ tonsure ecclesiastice vsus a nazareis qui omnia veteris legis custodiunt exortus est. xxiij. q. iij. ver. nazarei. Hi enim prius crine seruato demum post magne vite continentiam caput radebant ⁊ capillos in ignem sacrificij mittebant: vt perfectionem deuotionis suo domino consecrarent: quorum exemplo ab apostolis introductum est: vt nazarei ac sancti dei crine pretonso innouentur quamuis olim christiani a iudeis quasi in obprobrium nazarei vocarentur pro eo q̄ saluator noster a vico quodam galilee nazarenus appellatus est. Potest etiam dici q̄ vsus tonsure a lege occasionem traxit. Sacerdos namque legis tyarā idest pilleum ex byſſo in modum medie spere in capite. rex vero coronam gestabat. pars vero capitis rasa tyaram circulus crinium designat coronaz ad notandum q̄ instituit eos deus genus electum in regalem sacerdotem. ¶ Rursus lex coronam quattuor digitorum super mensam ⁊ desuper aureolam fieri iubebat. Ceterum ad Ezechielem dominus dicit Sume gladium acutum ⁊ due per caput tuum ⁊ barbam. longitudo namque capillorum multitudinem significat peccatorum. Hinc igitur clerici barbas sibi radere informantur. ¶ Ratio namque pillorum barbe qui ex superfluis stomachi prouenire dicuntur humoribus designat q̄ vicia ⁊ peccata que in nobis superflua sunt resecare debemus. ¶ Radimus enim barbas vt per innocentiam ⁊ humilitatem puri videamur: ⁊ angelis qui semper in iuuenili etate florent coequemur. In ieiunijs tamen quandoque capillos crescere permittimus: quia cogitationes que contra deum non sunt vt est ecclesiam edificare: agrum colere ⁊ similia: que tempore abstinentie fieri solent prohibere non debent. Concilium cartagiñ. statuit extra ō vi. ⁊ honesta. cleri. clerici. xxxiij. distin. si quid. vt clerici neque comam nutriant neque barbam. ¶ Ordinantur autem clerici vt deo seruiant: nec de ceteris seruiant mundo: nec glorie mundi. Debent ergo offerre corpora sua hostiam viuentem sanctaz deo placentem. vnde apostolus ad romanos. Confundantur omnes qui gloriantur i stultitia idest i gloria mūdi que non est vera gloria: sed imago glorie. Quare autem ordinandis manus imponatur: dicetur in tractatu de dyacono. ¶ Ordinantur in quattuor temporibus ideo: quia sacerdotes ⁊ alij clerici locum in ecclesia obtinent: quem leuite in populo israel obtinuerunt: quos sicut in libro numerorum legitur dominꝰ pro primo genitis recepit ⁊ eos in egypto dum primogenita egyptiorum interficerentur custodiuit primogenita vero q̄ quedam primine sunt. Unde quasi primicias domino offerimus cum aliquos ad sacros ordines conferamus. Conuenienter igitur est vt in primitijs temporum scilicet in quattuor temporibus primitias hominum offeramus. ¶ Rursus ideo i quattuor temporibus vt quattuor virtutibus exornentur: ⁊ sub quattuor euāgelijs seruire christo ⁊ ecclesie moneantur. In vere vt virtutibus floreant. In estate vt fructus afferant. In autumno vt fructus bonorum operum metant. In hyeme vt collectos conseruent in horreo ⁊ eis fruantur in domino. Et vide in sexta parte sub sabbato post dominicam. xvij. Ideo autem potius in sabbatis quattuor temporum q̄ in quartis vel sexti feriis fiunt ordinationes: quia illa dies spiritui sancto consecrata est: cuius dona in ordinibus recipiuntur. preceptum enim est priori populo sabbatum celebrare ad hoc vt esset figura sanctificationis spiritus sancti. vnde Exo. xvi. c. Requies sabbati sanctificata est dño. Et iterum: custodite sabbatuz meū sen̄ est. n. mihi: q̄ erit signum inter me ⁊ vos in generōibꝰ vestris. exo. xxxi. ⁊. xxxv. c. Preterea nunquam legimus in gene. sanctificationē fieri per omnes priores dies. sed ō sabbato solū dictū ē: sanctificauit deꝰ diē sabbati. Fiūt ēt in sabbato i signū q̄ ordinādi debent hīe sabbatū pectoris tandē trāsient ad sabbatū eternitatis. Ordinatio autē q̄ fit in sabbato sequētis diei est. figurat enim sacerdotes ordinatos esse ministros diuersorum dominicorum sacramentorum.

Ideoque fit hora nona quia iam illud tempus ad dominicum diem scilicet resurrectionis intelligitur pertinere. lxxv. distin. quia partibus. extra de tempo. ordinan. litteris. Ordinandi enim ad christi similitudinez sabbato resurexisse intelliguntur. Congrue igitur in hac die scilicz dominica celebrantur ministeria sacerdotalium benedictionuz in qua sunt collata carismata gratiarum. in ea enim dominus resurexit: in ea apostolis insufflauit dicens. Accipite spiritum sanctum quorum re p. r. eis. In hac promissus spiritus sanctꝰ aduenit. Recte ergo ad eam benedictiones sacerdotales dirigimus vt cum apostolis hilariter cantare

possimus. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium. Ordinatores. Fiunt et ordinationes in sabbato mediane hebdomade. xl. qua cantatur sitientes. lxxxv. di. c. fi. lxxiij. c. principali. xvi. q. i. in parochijs. et etiaz in sabbato sancto verumtamen vsqz ad tempora. Simplicij pape romani pontifices dicuntur semper in decembri ordines celebrasse vt dicetur in sexta parte sub sabbato post. xvij. dñicam Unde et tunc officia plena inueniuntur qđ in alijs non contingit. In sabbato vero ante penthe. ordines sacri non conferuntur: quia in sequenti tuc septiana recepta spiritus sancti gratia celebrantur. Solus autem romanus pontifex potest subdyaconos facere in diebus dominicis: extra ō tem. or. c. i. Alij prelati possunt in dicbus dominicis solum minores conferre et virgines consecrare. Si autē vrgente necessitate in die dominica ordinatio fiat quia forte perfici non potuit in sabbato: debet hoc fieri ieiunio continuato tam ab ordinādo qꝫ ab ordinatore: quia propter continuatōem iciunij fingitur vna dies: extra de tem. or. litteris. lxxv. di. qꝫ patribus. et. c. se. Ceterum in quibusdam locis habētes festa suarum ecclesiarum in sabbatis quattuor temporum transferre dicuntur iciunium i pceden tem septimanam ob honorem suarum festiuitatuz sed dicimus nec hoc eis licere: nec tunc posse ordines celebrari. Melius igitur esset festiuitates ipas transferri: de hoc dicetur in. vi. parte sub quarta feria tertie hebdomade aduentus. Quia die et hora fiat episcoporum consecratio sub titu. de episcopo dicetur. Illud etiam considerandum est qꝫ sacerdotes dyaconi tñ nominantur ab apostolo in epistola eo qꝫ ipse precipue in ministerio altaris necessarij sunt. Ceteri vero ordines postea adiecti sꝫ vtilitate ministerij: quia propter multitudinē credentium rite per illos nō poterat adimpleri. Unde et fm Ambrosium. Illorum ordinatio precipue circa altaria celebratur et pro eis episcopus ante altare prosternitur. Alij vero nequaqꝫ ad altare ordinantur: eo qꝫ nec ad altaris ministeria statuūtur sed alia officia implent siue cantando siue legendo siue alia seruitia faciendo. omnes tamen querunt faciem prelati idest pñtiam domini vt valeant i primogenitis hereditare ad instar Jacob qui sibi fratris primogenita vendicauit. Et attende qꝫ in quibusdam ecclesijs imediate post collationem cuiuslibet ordinis cantatur responsoriuz vel tractus: put apparet in libro pontificali p nos edito: et bene ad denotandum qꝫ ordinati in lectione iam lecta instructi ad solicitudinem et laborez que per responsoriuz et tractum significātur vocantur. Quia vō de virginum consecratione mentio facta est. videndum est primo: quibus dicbus benedicantur. secundo quid significent que in earum benedictiōe agūtur. benedicuntur autem in dominicis dicbus et i diebus epiphaniarum: et in albis paschalibus et in festis apostoloruz vt spiritus sanct⁹ super eas simplices vt columbas descendere videatur: et vt per apostolos qui morem virginitatis ecclesie prius tradiderunt quasi per paranimphos sponse domino consecrentur. Sequitur videre quid significēt que in earum benedictione agūtur: et ꝫ omnis anima deo desponsetur per fidez. vnde Osee. ij. Spōsabo te mihi in fide: virgines tñ spālius christo desponsari dicūtur qz earum caro carni christi familiarius se cōformat: pro eo qꝫ illa sicut nec caro xpi corruptionem non sensit. Et inde est qꝫ virgines sequuntur agnū quocūqz ierit Apoc. xiiij. Sane virgines benedicende sub papilione vel aliquo alio loco stant inclusē q archipresbytero vel alio ante cuā gelium alta voce cantant: Prudentes virgines &c. cum cereis ardentibus in manib⁹ nudis capitib⁹ exeunt obuiam epo et eccl'am ingrediūtur. Siquidem cereos accensos ferūt in manib⁹. Juxta illud luce. xij. Sint lumbi vestri p̄. et lucer. ar. in ma. vris vt ostendant se imitari prudentes virgines qꝫ ornauerunt lampades suas et exerunt obuiam sponso: sponsus nāqz earum ē christus quē pontifex eius vicarius repñtat. Lucernas quidē ardentes in manibus tenere: est per bona opera exemplum proximis monstrare. Juxta illud Luc. xv. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona &c. Egressus vō earum de papilione: et ingressus in eccl'am designat qꝫ per susciptendam benedictionem a christo desponsatiōem: de ergastulo et erumnis ac tenebris pñtis vite fallacijs ad celestis regni libertatem gaudium ac claritatez et ad superni regis thalamū transducūtur. Unde i canticis: Veni electa mea et ponā in te thronū meum Nudis capitibus obuiam veniūt: et pontifex cantando dicit illis: venite: et ipe similiter cantando respondent: et nūc sequitur ad repsentanduz quod i canticis legitur. Surge amica mea spōsa mea oste de mihi faciem tuam: et sonet vox tua in auribus meis. Rursus denudatio capitum depositionez et abrenūciatiōem mundanorum congrue designat. Nudato ēt capite eccl'am ingrediunt: adnotanduz qꝫ velut formose et sponso placide in ipsius sponsi tabernaculum introducūtur. Juxta illud in canticis: Nigra sum sed formosa. et introduxit me rex i tabernaculum suum. Ter autem dr eis venite: adnotandum qꝫ ad hoc tripliciter debent venire. s. p abdicationem proprietatis: per votum castitatis: et per sponsionem obedientie. Debent quidem venire: primo per abdicationem proprietatis de cōuersatione mundana: de seruitute egyptiaca: de carcere: de laqueis: et de retibus. Unde ps. Cadēt in retiaculo eius peccatoris. Et sapi. xiiij. Creature dei facte sunt in tentationem aic hoium et in muscipulam pedibus insipientū. Secūdo debēt venire per votum castitatis de delectatione carnali: et de immūdicia: et de loco toxicato de quo si qđ anima sumit: et per penitentiam non reijcit mortē morte eterna. Tertio per sponsionem obedientie de propria voluntate: sicut de corruptione et clibano accenso: et de babylonica fornace et ideo cum pueris qđ erāt

in fornace illa dicũt. Et nunc sequimur in toto cor de ⁊ timem⁹re: ⁊ q̃rimus faciẽ tuam. Danielis. iij. parum ante psal. Benedi. de quolibet autem istorum exeundum est firmo cordis proposito solenni ori voto: ⁊ totius vite perseuerantia. Et he sũt quasi tres diete: Exo. iij. Viam trium dierum ibimus in solitudine. Quas tres dictas premisse tres vacationes tripliciter facte designant. Quia vo post susceptum tam laudabile propositum restant insidie ⁊ tentationes demonum. atq; acerrima cõtra mundum: carnem ⁊ demones certamina: ⁊ insup regularis obseruantie difficultas: que muliebris infirmitas sufficienter per se sustinere non posset: ideo diuinum auxilium: ⁊ sanctorum suffragia per letaniam que subijcitur implorantur. Consequenter deponunt vestes veteres: ⁊ induunt nouas benedictas: ad notandum q̃ in hoc proposito vetus homo exuitur ⁊ nouus induitur: qui secundum legitur Eph. iij. Creatus est in iustitia ⁊ sanctitate veritatis. ⁊ debent esse vestes munde ⁊ candide ad significandum q̃ quia dei filio desponsantur. Debent de cetero se mundas ⁊ sanctas absq; macula preseruare vel cõseruare. Juxta illud apostoli. Despõdi enim vos vni viro virginem castã exhibere christo. hoc enim candor seu mundicia vestis ostendit. Unde ecclesiastes. ix. c. Omni tempore vestimenta tua sint candida. ⁊ hoc est sumptum a beata Cecilia: que exterius veste fulgebat intus castitate nitebat: ⁊ ab angelis qui in christi resurrectione visi sunt in vestibus albis: vel si sit niger habitus significat carnis mortificationem quia enim christus sponsus suus mortuus est pro ipsis: debent ⁊ ipsi cõmori pro illo. Unde Sal. v. Qui christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vicijs ⁊ concupiscentijs. Et Ro. vi. Si complantati facti sumus similitudine mortis christi: simul ⁊ resurrectionis erim⁹ Rursus nigredo habitus est contemptus virilis amplexus. ¶ Subsequenter induite vestibus benedictis versus episcopum veniunt quasi ipso actu dicant. Regnum mundi ⁊ omnem ornatum seculi contempsimus: propter amorem domini nostri iesu christi ⁊c. Vela quoque super scapulas ⁊ pectora dependentia ex institutione Sotheris pape cũ signo crucis earum capitib⁹ imponũtur. ¶ Primo ad significandum q̃ pro xpo debent mundum humiliter corde ⁊ opere contemnere: ⁊ sensus velare ac memoria passiõis christi munire ne ad mũdana lasciuiendo exeant: vel illa ad illarum sensus intrent. Juxta illud Gal. v. Mihi mundus crucifixus est: ⁊ ego mundo. ¶ Secundo velant: q̃ nõ sunt imago dei. xxxiij. q. v. mulierez. ¶ Tertio vt ostendantur subiecte. ¶ Quarto vt illicite cũctis viris appareant. ¶ Quinto ne spes earum occasio inspectoribus sit peccandi: quia ps. ait. Domine delectasti me in factura tua ⁊ creature dei facte sũt in tentationem vt premissum est. Velum ergo est signum pudoris ⁊ futuri honoris. Deinde q̃ christo desponsatur q̃ est alpha ⁊ o: idest principium ⁊ finis. iõ datur eis ãnulus qui rotõdus ẽ ꝓncipio ⁊ fine carens. Et ponitur in quarto digito ex quo vena q̃dam sanguis ad cor ꝓtẽditur: vt sciat se spõsum suũ christum toto corde debere diligere: ⁊ ei inseparabiliter adherẽ. ¶ Postremo vero corone capitibus earum imponũtur. Juxta illud in cantic⁹. Veni sponsa christi ⁊ accipe coronam ⁊c. ad notãdum q̃ q̃ virgo p ꝓsecrationem sũmo regi despõsatur: regina efficitur. i. se ⁊ alios in virtutibus regens. vnde prouer. ꝑmo. vt addatur gratia capiti tuo ⁊ torques collo tuo. In qua coronatione pontifex cantat illud canticũ leticie. veni electa mea ⁊c tã q̃ celesti sponsi paranymphus. ⁊ hinc ẽ q̃ illarũ amici ⁊ ꝓsanguinei in hac ꝓsecratiõe letant. Leo papa ꝑmus instituit in concilio calcedon. q̃ ipe celebrauit solas virgines debere velari. Quia vo in ꝑmissis de velo mentio facta est. Ideo notandum q̃ velum aliud est cõuersionis. aliud consecratiõis aliud ꝓfessionis: aliud ordinationis: aliud prelationis. Velum cõuersionis aliqua ꝺ seculari vita ad religionem transiens assumit: ⁊ tunc si per ãnum inter velatas steterit vlterius exire non poterit: extra de regul. vidua. ⁊. c. statuimus. Velum cõsecrationis a solis episcopis solis virginibus: ⁊ solum in festiuis ⁊ dominicis diebus datur. Urgente tamẽ necessitate sicut ⁊ baptismus omni die dari posset xx. q. i. deuotis. non datur etiam nisi in. xxv. anno illud recipientis nisi forte dispensatiue. lxxvij. di. placuit. Velum autem ꝓfessionis suscipitur a virgine q̃ continẽtiam ꝓfitet: nõ tamen ante. xij. annum. c. q. i. ⁊. q. i. puella. quoniam nec ante illud tẽpus bñdicitur: extra de regu. cum virum. Datur velum hmõi cũ bñditione solẽni ⁊ cum letania: ex eo. ex parte. Hoc velum nullus eps dat vidue vel corruptis: vt in. c. deuotis. in fine. sed ipsummet de altare vt dicunt quidam assumunt. xxviij. q. i. vidua. extra de regul. virum. Sane virgo ⁊ nõ vidua ideo ab episcopo velatur: quia virgo in hac ꝺspon satione typum gerit ecclesie que pura ⁊ virgo vni nupsit viro idest christo. Et in signum huius rei velatur ab episcopo: quia a christo recipitur in coniugium. In cuius persona dictum est: ãnulo suo subarrauit me dominus. Sed vidua non gerit in tali facto typum eccle: sicut virgo cum non sit integra mente ⁊ corpore sicut illa. Unde non sic coniungit christo vt repũtet eccle cõiunctiõem quare nõ velatur. Preterea sacerdos ꝓhibetur secũdis nuptijs interesse: ⁊ super secundo nubentes benedictionez infundere: ex de se. nup. c. i. aut dictũ ẽ in ꝑma pte sub ti. de sacramẽtis. sed hec vidua quasi secundo nubit. primo homini: postea in professione christo ideoq; ei quasi celebranti secũdas nuptias nõ porrigitur velum consecrationis: nec etiam ꝓfessiõis sed ipsa illud suscipit ꝺ altari. Dicunt tamen quidã q̃ licet non ab episcopo: põt tamen a sacerdote velo ꝓfessionis vel cõuersionis velari: extra de regu. vidua. xx. q. i. ꝺuotũ. ex q̃ metus cau. c. i. a quo seu a cuius ministro habitũ seu vestem religiosam as-

sumit.xx.q.i.vidua.extra qui cle.vel vo.consuluit. In libro tamen pontificali ꝟm ordinez romanū bētur benedictio viduc ꝓtinentiam ꝓfitentis ⁊ veli eius. Maz ⁊ dñs sareptenam viduā per heliam ꝓbetam consolatus ē. Et vidimus in vrbe episcopuz hostien. inter virgines bñdicere duas viduas moniales. Velum ordinationis olim dyaconisse in.xl.anno dabaꝫ vt posset legere euangeliū in nocturnis.xxi.q.i.scimoniales.xxvij.q.i.dyaconissam. i Concilio laudicen.xxxij.di.c.fi. statutum ē vt mulieres que apud grecos ꝓsbyteri appellanꝫ: apud nos vo vidue aut seniores viuiure aut matricurie appellanꝫ in ecclesia tanq̄ ordinatas cōstitui non debere. Velum prelatiōis olim abbatissis in.xl. anno dabaꝫ.xx.q.ij.iuuenculas.xxxi.q.i.quo. ¶ Illud aūt sciendum ē q̄ sacrosancta mater ecclesia gradus ⁊ ordines hz distinctos. Et roman⁹ pontifex celebriter missaꝫ solennia agens sex bñs secum ordines clericoꝫ.s.ep̄os presbyteros dyaconos subdyaconos acolitos ⁊ cantores ipso numeri sacro pfectionez huiusmodi officij manifestans. Senarius nāq̄ numerus pfectus est vt in pemio ij.ptis dicetur. Sed ⁊ sex ordines ministroꝫ fuisse in veteri legimus.t.vz pontifices. sacerdotes leuitas: natbineos: ianitores: ⁊ psalentes quos ex maiori pte distinxit artaxerses in epla quā esdre scribe direxit. d. Notum facim⁹ de sacerdotibus vniuersis ⁊ leuitis cantoribꝫ ⁊ ianitoribus ⁊ nathineis ⁊ ministris dom⁹ dei: vt eis vectigal tributum ⁊ annona nullaten⁹ imponanꝫ. Ordines vo ecclesiasticos Silner papa enumerat.xxiij.dist.a subdyacono.ij.q.vij.clericus. dicens pontifici ꝑsbyter: presbytero dyaconus: dyacono subdyacon⁹: subdyacono acolitus: acolito exorcista: exorciste lector: lectori ostiari⁹: ostiario abbas: abbati mōachus: in oi loco obsequiū representent. Beatus quoq̄ Ysido.xxi.dis.cleros. ita dicit. generaliter clerici nuncupanꝫ omnes qui in ecclesia christo deseruiūt quoruz gradus ⁊ nomina sūt hec hostiarius: psalmista: lector: exorcista ⁊c. mentionem enim faciens post alia de cantore. Et hi omnes gaudent ꝑuilegio clericali. Verūtamen quidez pfidi hereticis sacrm ordini condemnātes falso mentiūtur q̄ ecclesia christi non hēbat psonas quas exorcistas: ceroferarios: lectores vel dyaconos appellaret sed soluz exorcistas demonū qui aduersabanꝫ. Paulo nec ea que christus fecit vel apl̄s dixit ꝓ tam vilibus significationibus que infra sequunꝫ fecit ⁊ dixit: sed altiora ⁊ ꝑciosiora que romana nescit ecclesia demonstrauit. ¶ Horum autem ordinum qdam sunt nō sacri ⁊ quidē sacri. Non sacri seu minores ordines sunt hi cantoratus: psalmistatus: ostiariatus: lectoratꝰ: exorcistatus: acolitatus. Sacri vero seu maiores sunt isti: subdyaconatus: dyaconatus: presbyteratus: episcopalis ordo. ¶ Communiter autem asseritur septem ordines fore quorum ostiarius est primus ⁊ sacerdos vltimus ꝓpter septiformē spiritus sancti gratiam cuius munere sua officio prosequuntur. ¶ Si autem velis ad singulos ordines singula dona referre a timore incipiens illum ostiario deputabis: ⁊ exinde singula singulis referens sapientiam presbytero adaptabis. Hec sunt septem mulieres in quibus spiritus sanctus habet hospitium ⁊ vnaqueq̄z illaruz suū parat commium. ¶ Rursus spiritualiter ostiarius est quicūq̄z spiritualiter alios in ecclesiam introducit i.q fidem ꝓdicando docet: lectoꝛ ē glibet moꝛs docendo: exoꝛcista oꝛando: acolitꝰ illuminando: subdyaconus humilitatem monstrando: dyaconꝰ alios exhoꝛtando sacerdos seipsam hostiam sanctam deo offerendo episcopus sacramenta ministrando: de quolibet tamen seriatim specialiter p̄sequamur.

¶ De cantore. Rubrica.

Nonnulli cecitati ignoꝛātie ducti: cantoꝛatuz de minoꝛibus esse autumant oꝛdinibꝰ pꝛo eo quod vt iam p̄missum est i qui busdam canonibus inteꝛ minoꝛes oꝛdines fit mentio de cantoꝛe fallunt tamē: qm̄ nomen est officij ⁊ non oꝛdo: qui autem in ve.tes. cantoꝛes dicti sunt: hodie lectoꝛes vel psalmiste vocā tur. ¶ Cantoꝛ traq̄z vocatur qui vocem modulatur in cantu.xxi.di.cleros. cuius duo sunt in arte musica genera: p̄centoꝛ.s.⁊ succentoꝛ p̄centoꝛ vocem p̄mittit in cantu: succentoꝛ canēdo subsequēter rūdet. Concētoꝛ vero dr̄ qui consonat. Unde qui non ꝓsonat non cōcinit nec concentoꝛ erit. Sane dauid ꝓpetrarum eximius cultum dei volens solēmus ampliare cantoꝛes instituit: q coꝛaz archa federis dñi musicis instrumentis ⁊ modulatis vocibꝰ decantarent: inter quos p̄cipui fuerūt: hemā: asaph: ⁊ ethan: sed omniuz p̄mus heman: cuius vicem nūc in ecclesia primicerius optinet: vel p̄centoꝛ q cantoꝛibus est ꝓlatus: vnde legit̄ i paralimpomenō. Isti sunt q̄s ꝓstituit dauid sup cātoꝛes domus dñi: stantes iuxta oꝛdinem suū in ministerio: de filijs cahat: heman: cantoꝛ filius iohel: ⁊ a dextris eius asaph: filius barachie: ad sinistram aūt ethan filius cusi. ¶ Poꝛro debent cantoꝛes cantare consonis vocibus ⁊ suaui modulatione cōcinere quatenus alios audientiū ad deuotōez dei valeant excitare. Verum ꝟm Grego.xci.distin.in sancta. Plerūq̄z in sacro ministerio dum blanda vox querit̄: congrua vita negligitur ⁊ cantoꝛ dum moꝛibus stimulat: cum vocibus populum delectat. Et Aug.lib.confes. Cum me magis mouet cantus q̄ res que canitur penaliter peccasse confiteoꝛ: ⁊ tunc me audisse cantantem.

Ideoq̄z in ecclesia romana altaris ministri cantare non debent: solumq̄z euangelice lectionis officium intra missarum solennia exsoluant. Et apostolus ait. Cantantes ⁊ psallentes in coꝛdibus vestris domino ⁊ Hiero.xci.distinctio.c.i. Nam audiant in quit adolescentuli audiant hi quibus est officium in ecclesia psallendi: deo non voce tantuz sed coꝛde esse cantandum: nec intragediarum modum ignis gutur ⁊ fauces medicamine liniende sunt vt in ecclesia theatrales moduli ⁊ cantica audiantur. Cantantes igitur in coꝛde ⁊ in charitate cantent in choꝛo: quoniam magis deuotione coꝛdis q̄ iubilatione vocis can

tandū est. xxxviij. di. edulio. non tenentes in manibus cymbala vel aliqd huiusmodi prout in veteri testō fiebat. ¶ Ceterum pp carnales non ꝓpter spirituales cantandi vsus in ecclesia institutus est: vt qui verbis non compungunt̄ suauitate modulaminis moueant̄ vnde augustinus in li. confes. Consuetudine canendi probat ecclesia vt per oblectamenta auriū infirmior animus ad effectum pietatis assurgat. Antiqui p̄dicq̄ cantandū erat cibis alijs abstinebant pp causam vocis: preterq̄ legumin̄ibus psallentibus aptis. Unde et cantores vulgo fabarij dicti sunt. ¶ Cantores autem qui sunt dei laudatores representant p̄dicatores: alios ad dei laudem excitantes: eorum nāq; symphonia plebem admonet in vnitate cultus vnius dei perseuerare. Per cantoris quoq; officiū pater familias itelligitur qui de thesauro suo noua et vetera profert. Nec est pretereundum q̄ cantores tenent baculos in choro: ad representandum illud quod in lege p̄cipiebatur: vt videlicet edentes agniū: baculos in manibus haberent: significantes q̄ qui ad patriam festinant esu celestis agni et baculis id est scripturarum sententijs indigent contra demones: per baculos enī cantorum sententias scripturarum vl doctrinas predicatorum intelligimus. Unde cum legitur euangelium decantatur: quia per euangelicam predicationem legales depositas obseruantias. De choro dictum est in p̄ma parte sub tractatu de ecclesia: de cantu vero in si. ꝑmij. v. partis dicetur.

¶ De psalmista. Rubrica.

Psalmistatus quandoque tonsoratus vocatur sicut cōstitutio. Inno. iij. extra de re iudi. cum inter. euidēter ostendit quandoq; etiam clericat9. Unde in alia eiusdem Innocen. epistola extra de eta. et quali. cuz contingat. dicitur q̄ abbas benedictus et sacerdos potest in suo monasterio clericalem dare tonsuram per quaz ordo clericalis cōfertur qui ordo sic collatus psalmistatus vocatur. In canone quoq; leonis pape. xxxij. di. sereatim. sic inter cetera continetur sereatim et aperte ꝓsecamur q̄ sancta romana ecclesia in gradibus clericorum ait clericos ostiarios lectores ꝛc̄. at nomine clericorum psalmistas ibi intelligi indubitatum est. Vocatur etiam quādoq; cantoratus. Unde in tholetano cōcilio. xxij diſ si psalmista. ita legit̄ psalmista. i. cantor pōt absq; conscientia cp̄i sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi dicente sibi presbytero. vide quod ore cantas corde credas et quod corde credis operib9 cō probes. Sane q̄ implerq; sacris canonibus et precipue. xciij. di. a diacono. lxxvij. dist. c. i. §. et iij. facta de alijs ordinibus mentione: nihil de hoc ordine tangit̄ ex eo contingit quoniam alij oēs cum solemnitate et a solis epis dantur iste vero etiam a sacerdote conferri potest. Ideoq; hunc non ordinem sed officium fore plurimi asseuerāt: quā q̄ in eo ab epo collato qui clericale ꝓuilegium assequetur. xxi. di. cleros. in ꝓin. Dictus est autem psalmista a psalmis dicēdis siue ab officio canendi prout sub lectore dicetur. Ad ipsum nāq; pertinet ꝟm Isidorum. xxv. distincti. prelectis. officium canendi dicere benedictiones. idest benedicamus domino. laudes. i. alleluia: vel christus vincit vel christus regnat ꝛc̄. sacrificium. i. offertorium: responsoria idest officium misse: et quicquid ad canēdi peritiam spectat.

¶ De ostiario. Rubrica.

Ostiarii ꝟm Isidorum. xxi. di stinctione. cleros dicti sunt eo q̄ ostijs templi p̄sunt. Ipsi enim claues ecclesie tenentes omnia intus extra quoq; custodiunt: atq; inter bonos et malos habentes iudicium fideles recipiunt: infideles respuunt et excommunicatos repellunt. ¶ Ostiarij idez sunt q̄ ianitores qui in ve. testa. ad custodiam templi electi sunt ne ingrederetur in illud imundum in oī re. i. aliquid in omnib9 rebus. Stabant enim ꝓut legitur in paralipomenon in quattuor templi partibus vz in oriente: in occidente: aquilone: et austro. ¶ Portas templi singulas ita obseruantes vt nec in puncto discederēt a ministerio Leuite enim quibus numerus ianitoruz credit9 erat ei cibos parabant. Hi aūt imitantur edituos qui apō gentiles erant et idem custodiebant. Sane iuxta decretum tholetani concil. j. xxiij. di. ostiari9. Ostiarius cuz ordinatur postq̄ ab archidiacono instructus fuerit qualiter in domo dei debeat quersari ad suggestionem archidyaconi tradat ei ep̄s claues ecclesie de altario dicēs: Sic age sic viue quasi redditurus deo rationem p̄o his reb9 que his clauibus recludunt̄. Clauium ergo traditio et verba p̄missa sunt huius sacramenti substantialia cetera sunt solennitatis. Hoc officium implemus dum p fidem in ecclesiaz aliquē introducimus vel docemus. Christus hoc officiū impleuit qñ dixit. Attolite portas p̄ncipes vestras et leuamini porte eternales ꝛc̄. Et qñ ementes et vendentes de tē plo eiecit. xvi. q. vij. sed hec dixim9: qō in ecclesia spūaliter agit. Unde in euāgelio dicit. Ego sum ostium.

¶ De lectore. Rubrica.

Lector ꝟm Isidorum. xxi. di. cleros: a legēdo: psalmista a psalmis canendis vocati sunt. Lector enim predicat. i. legit siue recitat populus quid sequatur. Psalmista vero canit excitet ad compunctionē animos audientium licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient. s. alte et per vocem sonoz̄ vt quosdaz ad luctum lamentationēq; cōpellat. Lectores et ꝓnūciatores vocant̄ ꝓ eo q̄ loco posito siue a longe ꝓnūciant tanta enim et tam clara oz esse eorum vox: vt quāuis longe positorum aures impleat. Ad lectores quoq;

pertinent lecti ones ⁊ legendas in matutinis pronuntiare ⁊ ea que prophete venturi sunt: ⁊ apostoli dixerunt populis predicare. i. legere. Ad hoc .n. ordinatur vt libros dei distincte ⁊ aperte ad intelligendum legant sicut in veteri testa. accepimus esdrā fecisse neemie vij. Ad eius quoq; pertinet officium panes ⁊ oēs nouos fructꝰ benedicere. Lectores aūt idem sunt qꝫ criminum relatores qui erant apud gentiles martinꝰ papa. xxij. di. lectores statuit vt nulli liceat i populo psallere aut legere nisi q ab epō fuerint ordinati lectores. Sane iuxta decretū: tolletani concilij xxiij. di. lector. Lector cum ordinatur faciat de illo vbum epūs ad plebem indicans eius fidem atq; ingenium post hoc spectante plebe tradat ei codicē in quo lecturus est dicēs Accipe ⁊ esto relator verbi dei habiturus si fideliter ⁊ vtiliter impleueris officium partem cum eis qui verbum dei ministrauerint. Codicis ergo traditio ⁊ verba premissa sunt de substantia huius ordinis: cetera sunt solennitates. ¶ Hoc officium implemus dum male viuentes in ecclia corrigimus: ⁊ aliquem bonis moribus instruim⁹. ¶ Christus hoc officium implenit qui in medio seniorum libri Isaie ppbete aperiēs legit distincte ad intelligendum dicens Spiritus domini super me eo quod vnxit me tē. extra de sacra vnctione. c. vno.

¶ De exorcista. Rubrica.

Exorcista sm Isidorum. xxi. distinct. cleros grece latine adiurans siue increpans vocatur. Inuocat enim super catheccuminos seu super eos qui habent spiritum imundum nomen domini iesu adiurās per illud vt egrediat ab eis de quo in sexta parte sub sabbato sancto dicetur. Decet igitur vt mundum habeat spiritum qui debet imundis spiritus imperare. Ad eum itaq; pertinet exorcismos memoriter retinere manus super energumenos ⁊ catheccuminos exorcizando imponere. xxv. di per lectis. ¶ Et sm concilium cath. de con di. v. energumenꝰ. ipsis energumenis in domo dei assistentibus victum quotidianum opportuno tempore ministrare. ¶ Refert iosephus regem solomonem modos exorcismi. i. cōiurationes ad inuenisse: quibus imundi spiritus ab homine obsesso p cleazar exorcistam pellabant: ita vt reuerti vlterius non auderent. Huic officio mācipari exorciste vocari sūt: de qbus in euangelio legit. Si ego in belzebub eijcio demonia filij vestri exorciste videlicet in quo eijciunt ⁊ imittant questores qui erant apō gentiles. ¶ Sane iuxta decretus tholetani concilij xxij. di. exorciste Exorcista cum ordinat accipiat de manu episcopi librum in quo scripti sunt exorcismi siue adiurationes dicente sibi epō. Accipe ⁊ comenda memorie ⁊ habeto potestatem imponendi manus super energumenū siue baptizatū siue catheccuminū. Libri ergo acceptio ⁊ verba p̄missa sunt de substantia huius ordinis: cetera sunt solennitatis. Energumini sunt qui a demonibus obsessi sunt: vel lunatici siue morbū caducum patientes: sic dicti a bergo qd est latere ⁊ mente quod est defectus ⁊ noys quod est mens: quia scilicet defectus mentis in defectu lune maxime patiuntur. Catheccumini dicuntur in fidei articulis ante baptismū instructi. Hoc officium implemus dum per nostras orationes vicium diaboli de homine expellimus. Christus hoc officiū exercuit quando de Maria magdalena septem demonia eiecit.

¶ De accolite. Rubrica.

Accoliti greci latine ceroferarij vel accensores luminum nuncupantur. Hi ab Aaron ⁊ filijs eius ministerij sui sumpserunt exemplum. Juxta illud Exo. Precipe filijs aaron vt offerant oleum de arboribus oliuax purissimum piloq; cōtusum: vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij: ⁊ collocabunt eā aaron ⁊ filij ei⁹ vt vsq; manet luceat coram dño. Quod ergo tunc sacerdotes agebāt hoc nūc accoliti faciunt in ministerio lucernarū: qm̄ preparant luminaria in sacrario. Multa qppe non solum in nouo verum etiam in veteri testamēto lege mosayce superaddita legimus ⁊ mutata. extra de consan. ⁊ affi. non debet. Unde dauid in libro paralipomenon dixisse phibetur: nō erit officiū leuitarum vt portent vltra tabernaculum ⁊ oia vasa eius administrandū. Accoliti aūt sm Isidorum. xxi. di. c eros. xxij. dis. acolitus ceteros seruit accensos: dum legitur euangelium aut offertur sacrificium nō vt tenebras aeris sed cordis illuminent cum sol forte eodem tempore rutilet: ⁊ vt proximis opera lucis ostendant atq; ad signum lenite demonstrandum vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua in euangelio legitur. Erat lux vera que illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Ipsi etiam p̄parant pro eucharistia sugesta idest vinum ⁊ aquā seu vasa in quibus ponitur aqua ⁊ vinum. xxv. di perlectis. ¶ Accoliti imitantur carminum scriptores qui erant apud gentiles seu verius emunctores siue luminum extinctores qui lucernas emungebant ⁊ luminaria continuabant: vt nadab ⁊ abiu. Sane iuxta decretum concilij tholetani. xxi. distī. accolitus. Accolitus cum ordinatur: ab episcopo quidem docetur qualiter in officio suo agere debet: sed ab archidyacono acceroferarium idest candelabrum eū cetero vt sciat se ad accendenda ecclesie luminaria idest cereos duz euangelium legitur emancipari: accipiat ⁊ vrceolum vacuum ad suggerendum idest administrandum vinum in eucharistiam idest in calicez in quo est eucharistia sanguinis christi. Premissa igitur verba vt vtensilia sunt huius ordinis substantialia: cetera sūt de solennitate. ¶ Hoc officiuz iplemus: dū igne vbi celestis quo fratres ad cognosce. dum deuz illuminent ⁊ inflamentur predicando ministram: ⁊ duz luce boni operis alijs ministramus. Bñs autem hoc officium se habere testatur cum dicit. Ego sum lux mundi qui

sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite.

¶ De subdyacono. Rubrica.

PRemissimus de non sacris & minoribus ordinib⁹. Nunc de sacr⁹ & maioribꝫ qui aũt honorifice sacri dicuntur subiiciamus. Et ꝓmo de subdyacono. Ordo .n. subdyaconatus sacer hodie ꝑm Inno.iij. reputatur: extra de eta. & quali. ordo a multis. Siquidem subdyaconi nathineorum vices in ecclesia representant. De quibus in esdra legitur q̃ dauid dederat nathineos ad ministeria leuitarum. Unde greci hypodyaconi dicuntur: quia officijs & preceptis leuitaram subiacent & eis ministrant ex quorum ordine fuit ille nathanael quem dominus in euangelio commendauit dicens. Ecce vere israelita in quo dolus nõ est. Nathanei autem hebraice: dicuntur latine in humilitate domino seruiens vel deo oblati.

¶ Subdyacones debent ꝑm isidorum. xxv. di. perlectis. oblationes in templo domini a fidelibus suscipere & leuitis superponendas altarib⁹ deferre: calicem: & patenaꝫ ad altare christi deferre: leuitis tradere eisq; ministrare: vrceolum quoqꝫ cum vino & aqua manile & manutergium tenere: episcopo: presbytero: & leuitis: ꝓo lauandis ante altare manibus aquam prebere: corporalia & substratoria lauare: de quibus recte placuit patribus. xxxi. distinctio. lex. & .c. omnino. vt qui mistica sacramenta contractant: legem continentie debeant obseruare: sicut scriptum est in ꝓphe ta. Mundamini qui fertis vasa domini. tenent autẽ locum duum virorum qui erant apud gentiles. Sane iuxta decretum concilij tholetani. xxij. distinctio. Subdyaconus. Subdyaconus cum ordinatur: quia manus impositionem consecratoriam non accipit patenam de manu episcopi vacuam & calicem vacuum accipiat dicente sibi episcopo. Vide cuius ministerium tibi traditur. De manu vero archidyaconi ꝓ eo q̃ in eius adiutorium cõsecratur accipiat vrceum scilicet cum vino & aqua manille. idest bacelle & manutergium. Premissa igitur verba & vtensilia sunt huius modi sacramenti substantialia: ceetera sunt de solennitate. ¶ Queritur autem quare subdyaconus legit lectiones ad missam: cum non reperiat̃ hoc sibi competere: vel ex nomine vel ministerio sibi concesso. Respondeo in primitiua ecclesia dyaconus non legebat euangelium quia hoc statutum non erat: postq̃ vero illud statutum fuit ꝑceptum est etiam vt subdyaconus qui dyacono subest epistolam siue lectionez legat. Subdyaconus autem vtitur amictu alba & balteo sicut & ostiarius: exorcista: & acolitus: & insuper tunica & sudario tunicam strictam portat: vt se iustitia quasi lorica induat: sudario: vt sordes a vasis extergat de quo in parte sequenti sub titulo de tunica & manipulo dicetur. Hoc officio vtitur qui tante munditie est q̃ ipsius exemplo & concilio ceteri a sordibus criminum lauent̃. ¶ Christus hoc officiuꝫ exercuit quando in cana galilee de aqua vinum fecit. & quando cena facta mittens aquã in peluim pedes discipulorum lauit. Canon adriani pape. lxij. di. valentinianus in fine videt̃ innuere q̃ imperator dz ordinẽ subdyaconat⁹ habere vbi dicit. Adiutor & defensor tuus vt meũ ordinem decet semper existam: sed nõ est ita: gerit tamen illud officium: quoniam in die ordinationis sue: receptus primo in canonicũ a canonicis sancti petri ministrat domino pape in missa i officio subdyaconatus parando calicem & huiusmodi faciendo Quidam etiam dicunt. vt no. ff. de rerum di. l. sancta. q̃ sit ꝓsbyter. Juxta illud cui⁹ merito quis nos sacerdotes appellat. Imperator etiam pontifex dictus est ꝓ ut in tractatu de epõ dicetur.

¶ De dyacono. Rubrica.

DYaconi grece dicuntur hebraice leuite: latine vo ministri siue assumpti siue offerentes ꝑm Isidorum. xxxi. distin. lex. xxi. distincti. cleros. ¶ Dyaconorum quidem ordo in libro numeroruꝫ a tribu leui filio Jacob sumpsisse legit̃ exordiuꝫ: & inde leuite. i. assumpti vocabantur: quoniam assumpti sunt ad auxilium sacerdotuꝫ vt eleaçar & ithamar. Dominus .n. ad moysen locutus est dicens. Applica tribum leui & fac eam stare in conspectu Aaron sacerdotis & ministrẽt ei vt excubent & obseruent quicquid ad cultũ pertinet multitudinis coraꝫ tabernaculo testimonij vt custodient vasa tabernaculi seruientes in ministerio: sicut enim in sacerdote consecratio ita in dyacono ministerij dispensatio habetur vt iam dicetur. A quinquagesimo autem anno iussi sunt leuite vasa custodire & a. xxv. annis & supra iussi sunt in tabernaculo deseruire: tanq̃ fortes ad onera portanda robuste: qui possent archam federis mensam propositionis & vasa tabernaculi deportare quod & in nouo testamento recolitur cum dyaconibus supra sinistrum humerum stola imponitur: & in diebus ieiuniorum super eundem humerum casula complicatur: quia quicquid laboris i hac vita sufferrimus tanq̃ in sinistra portamus: donec a sinistra transeamus in dextram in qua requiem habeamus. Hinc etiam dyaconi cardinales mensam laterane. altaris humeris suis in die cene ad sacrarium deportant: & in sabbato sancto ab altari reportant. Ipsi quoqꝫ semper summum pontificem velut archam federis deportant. Non ergo dyaconus dalmaticam: nec subdyaconus tunicellam in diebus ieiuniorum in officio misse portant ꝓpter rationem in tertia parte sub titulo de dyacono: & in sexta pte sub titulo de septuagesima scriptam: sz casulas seu planetas sup humerum sinistrum complicatas gestant: nõ replicatas a dextris & a sinistris sicut facit sacerdos sed ab anteriori parte super brachia elenatas. Subdyaconus tamen epistolam lecturus illam deponit: qua lecta eã resumit & dyaconus euangelium lectu-

illam eruit ⁊ eam dicentur plicatam super sinistrum humerū imponit ⁊ sub brachio dextro ligat: ita ꝙ ab humero sinistro ad latus dextrum ad modū stole descendat: sicq; circūcinctus eā tenet donec dicatur illa vltima oro post cōionem: tunc enim illam induit sicut ꝑdus. ¶ Missa vo finita tam subdyaconus ꝙ dyacon⁹ illas deponit. ¶ Sane hec diuina plena sunt misterio. planetas vero replicatas his temporibus portāt Primo pp iam suprapositā rōnem. Secundo eas portant ad ostendendū ꝙ ipsi ad tantam pfectionem in illis tenent ad quanta sacerdos in alijs diebus ⁊ ad notandum ꝙ ex charitate que p planetam significat ministrant ⁊ non ex timore prout in veteri lege fiebat que erat lex timoris ⁊ non amoris sicut noua presertim tempore ieiunij quod sine charitate factum meritorium non est. Ferunt autez illas ab anteriori parte eleuatas vt liberius valeant ministrare: ⁊ ad ostendendum ꝙ ipsi iuxta apostolum ad hebreos que retro sunt obliuiscentes ad interiora feruntur: portant etiam illa super brachia eleuatas ad significanduz ꝙ opere debent charitatem ostendere: quam gerunt in mente. per manus enim ⁊ brachia charitas congrue designatur: non aūt replicatas a dextris ⁊ a sinistris ꝓut facit sacerdos ad insinuandam dissimilitudinez potestatis ⁊ officiorū suorum. Subdyaconus tamen epistolam lecturus tanq̄ officio suo functurus illam deponit. ipse nāq; ex officio suo veterem legem repre sentat. Unde ⁊ epistole quādoq; de veteri lege sumūtur sub qua non ex amore vt p̄missum ē sed ex timore seruiebatur. quia ergo illud durauit quandiu lex durauit: idco ad hoc figurandum donec epistola finiatur non tenet planetam que amorē designat. ¶ Dyaconus vero euangelium legens eaz non deponit sed iuxta modum stole stare suo officio competens illam sibi coaptat: quia eius officium est doctrinam euangelicam que est lex amoris predicare: ⁊ hoc ex amore qui facit iugum domini suaue quod iuguz ex quo omnia mundana premuntur per stolam super sinistrum humerum significatur. ¶ Cingitur autem planeta idest charitate ab humero sinistro in latus dextrum vt sit ei suaue iugum domini in prosperis ⁊ in aduersis que per leuam ⁊ destram designantur tanq̄ armatus in humeris contra aduersa ⁊ succinctus in latere contra mundi suauia seu p̄spera. Rursus dyaconus duplex gerit officium. scilicet predicandi populo. vnde euangelium dicit populo. Dominus vobiscum: ⁊ ministrandi sacerdoti. Nempe propter predicandi officium casulam sup humerum portat: quia p̄dicator in presenti vita opera populi portare debet quod a legali sacerdote tractum est: qui dum sacrificabat sūmitates balthei super humerum reflectebat. pro eo vero ꝙ sacerdoti ministrat ⁊ q2 pp instantes necessitates ire atq; redire hz dextram habere debet expeditam ⁊ liberam. Unde in tholetano concilio. xxv. di. vnum ita legitur vnum orarium oportet leuitam gestare in sinistro hūero pp qō orat. i. p eo qō p̄dicat. Preterea subdyaconus ⁊ dyaconus lecturi deponūt casulas q̄ si professi non esse vestem propriam sed ob reuerentiam temporis recipere cōmodatam. ¶ Deniq; circa finem misse dyaconus planetam induit: ad notandum ꝙ non sufficit opus ex charitate inchoare nisi ⁊ in charitate perficiatur. Tertio etiam dici potest ꝙ dyaconus casulam induens innuit se esse predicatorem qui in dilectione feruet: ⁊ vite contemplatiue inbiet dum vero se illa precingit: ⁊ humero duplicatā imponit opus predicationis: orationis: ⁊ lectionis intromittit: ⁊ proximo in necessitatibus subuenit quaz reflectit in dextram cum omnia refert ad sūmum bonum. Et sic dum casulam induit. ¶ Mariam dum precingit representat in ministerio mathan. Quarto dum dyaconus ieiuniorum tempore casulam super humerum replicat quasi gladium contra hostem vibrat vt dicetur in ꝓmio. iij. partis. In nouo vero testamento ordo iste ab apostolis sumpsit initiuz qui septem viros boni testimonij plenos spiritu sancto dyaconos eligerunt. vt iam dicetur. vnde ⁊ sancti patres decreuerunt. xciij. di. dyaconi. ⁊. c. sequē. vt in matrice ecclesia septem dyaconi circa altare pontifici in celebratione misse assistant. ¶ Hi in apocalipsi dicuntur septem angeli tuba canentes. quia illoruz est alta misteria de superna inspiratione foris resonare. ¶ Hi sunt septem candelabra aurea qui christi lucem euangelij alijs ostendere debent. ¶ Hi dicuntur septem tonitrua quia terribiliter cōminari debent ꝙ omnis arbor qui non facit fructum bonum ⁊c. extra de deci. quāuis. in fi. xciij. di. dyaconi. ⁊. c. seq. ¶ Hi preconis more balam admonent ad orandum ⁊ genua flectendum. Ad eos quidem pertinent assistere sacerdotibus ⁊ ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis christi in baptismo. scilicet in crismate: in patena: ⁊ in calice oblationes. i. hostias inferre ⁊ disponere in altare componere etiam. i. ornare mensam domini. idest altare atq; festire: crucem ferre puta in processionibus: ⁊ p̄dicare. i. legere euangelium ⁊ apostolum. i. epistolam puta subdyacono deficiente. xxv. dist. periectis. extra de ei. quāuis. in fi. ¶ Nam sicut lectorib⁹ vetus testamētum: ita dyaconus nouuz predicare. idest legere precepтum est. Sicut enim dominus donec euangelium p̄dicauit minister fuit. Juxta illud: Non veni ministrari sed ministrare ita nulli magis cōuenit euangelium legere q̄ dyacono qui minister interpretatur. Unde cum ordinat ideo stolam p quam christi iugum significatur accipit: q2 euangelium: de quo ipso iugo continetur lecturus est. Ad ipsum quoq; pertinet officiuz precum. i. dicere letanias ⁊ recitatio nominum eoruz qui ordinandi vel etiam baptizandi sunt: ipe p̄monet aures adhibere ad deum cum dicit humilitate capita vestra deo: vel humilitate vos ad benedictionem. Ipse hortatur clamare dicendo kyrieleyson in rogationibus ipse donat pacem. s. subdyacono: vel saltem cum dicit: dominus vobiscum ⁊ ānunciat festiuitates ¶ Hec siqdem ⁊ alia plura de eius pertinent officium que in canonibus ¶ Hiere. xxiij. di. dyaconi. ⁊. c. legimus plenius ꝓtinent: debent etiam tanq̄ oculi ēpi cuncta circūlustrare ⁊ epo referre. xxiij. dist. dyaconi ecclesie. ⁊. c. sequē. vsq; ad. §. compagis. non tamen debent baptizare nec dominicuz corpus dispensare nisi in necessitate. s. episcopo vel presbytero absentibus ⁊

iubentibus nec possunt calicem benedicere. Non debent etiam inter sacerdotes vel coram eis vt supra ipsos nisi cor iussu: sedere pñt tamen inconuentu p̄sbyterorum rogati p̄dicare. ¶Dyacones tenent loca q̄ternionum qui apud gentiles erant. ¶Sane sicut i canone. xxiij. di. dyaconus. legitur dyaconus cum ordinatur solus episcopus qui eum benedicit man⁹ suas super caput illius imponit: qz non ad sacerdotiuz: sed ad ministerium. i. ad dyaconatū consecrat. i. ordinat. In actibus tū apostoloruz ita legitur. Hos statuerūt ante conspectum apostolorum t orantes imposuerūt manus super eos. In quo ostenditur non solum episcopum verum etiam p̄sbyteros: tunc essentes debere manum sup dyaconum dū ordinatur imponere. Nunquid enim plus pōt precari solus eps q̄ plures apl̄i imponentes. n. manū non dant spm̄ sanctum sed orāt vt sup eos veniat. Cum igitur vsus oium donoz non sit in vno sed i pluribus: merito plures man⁹ imponunt vt vnusqsq; dñm deprecet vt partem de spū sancto tribuat ordinando ad instar moysi de cui⁹ spū dñs dedit. lxx. viri. Ideo aūt fit manus impositio sup ordinandos: qz per manuū opera: per digitos spiritꝰ sancti dona: p caput vero mentez intelligimus. Recte ergo manus imponitur: qz donis spiritus sancti i mēte imbuti ad opa xp̄i mittuntur. De manus impositione sub ti. de eo dicetur. Sed cū dyacono manus ipo natur: extra de sacra. nō ite. c. fi. querit quare q̄ post ea fit p̄sbyter ei manus imponitur iterato. Rñdeo qz per consecratiōem transit de ope ad opus. i. de ministerio ad dei īmolatiōem quod sicut nec illud nisi gratia dei adiuti agere non valemus. Suspēsio vero manuum fit dum oz̄o super caput effundit ordinādi: extra de sacra. nō inte. c. fi. ¶Et nota q̄ tunc t super confirmatos in frontib⁹ t cum sal t aqua palle altarꝫ vestes sacerdotales t huiusmodi benedicuntur: ideo hec manuū suspensio fit qz virtus q̄dam manibus cōsecratis inest: q̄ quasi suscitat dum benedictio cuz huiusmodi manuū suspensione sup res effunditur benedicendas. Unde apostolus monens discipulum inquit: moneo te vt resuscites gratiam dei q̄ est in te per impositionem manuum mearum. ij. ad thim. i. c. Ut sicut corde per effectum: sic corpore per suspensionez manuum deuotio excitetur non enim solum in rebus animatis: verum etiam in rebus inanimatis virtus consistit. Unde nonnulli asserunt q̄ virtute templi si quis illud ex deuotione ingreditur venalia i ea delentur. Rursus suspensio huius in plorātione exorcismorum potissime fit quasi sacerdos ip̄o corporis actu fugando diabolo virtute consecrationis manuum comminetur. Tertio potest dici q̄ dispensatio sacramentoruz soli deo p̄ncipaliter: ministris vero ecclesie ministerialiter competit: ipsi enim nihil a se sed a p̄ncipali habent agente. Quia ergo in sacramentoruz dispēsatione vestium vel aque t huius benedictione seu cōsecratione aliqua spiritualis sacrificatio ofertur quā ministri de suis meritis non confici debent ab ipso deo corde t opere postulare: congruuz est hec per elevationem seu suspensionem manuum per quas opera intelliguntur exprimi. Unde Treñ. iij. Leuemus corda nostra cum manibus. ¶Dyaconus dalmatica vtitur vt discat occultant rationem sublimium indagare. Unde in quibusdam ecclesijs ea non nisi in festis vtitur quia discipuli sublimia non intellexunt: nisi post q̄ dominꝰ est glorificatus: t vtitur ea sine alba tempore oblationis t lotionis tantuz: sicut statuit gelasius papa. xciij. di. dyaconus sedeat. Ad hoc dyacono cum ordinatur traditur sub certis verbis stola t codex euangelij que res t verba sunt huius sacramenti substantia: cetera sunt de solennitate. Ideo autem stolam accipit qz euangelium quod per christi iugum figurat letcurus est. Hoc officio vtitur qui corpꝰ t sanguinem christi discrete dispensat: t qui ad orandum t vigilandum sui exemplo alios hortatur. Christus vero hoc officium exercuit quando post cenam sacramentum corporis t sanguinis sui pprijs manibus discipulis dispensauit: t iteruz q̄ apostolos hortatus est ad orandum dicens: vigilate t orate tc. t q̄ euangelium predicauit.

¶De sacerdote. Rubrica.

Sacerdotalis ordinis institutio a veteri lege exordiū sumpsit: dñs nāq; legit precepisse moysi: applica ingt frēm tuū aaron ad te cuz filijs suis de medio filioz israel vt sacerdotio mihi fungatur. Unxit ergo moyses aaron in maiorē sacerdotem: filios vero illius in minores. Unde propheta inquit: moyses t aaron in sacerdotibus eius. i. primi t sūmi inter sacerdotes fuerūt. Ipse tñ moyses por fuit q̄ aaron ordine t maior administratiōe. xxij. di. sacro. in glo. hinc est q̄ moyses illum instruebat t tanq̄ minorem redarguebat de pe. di. iij. inter hoc. Iz quo ad consecrationem sacerdotalem pares fuerunt Moyses autem non offerebat hostias: sed solum vota. p pplo. xxxvi. di. si quis vult: lxxxvij. dis. decreuit. Ante legem etiam sacerdotes fuisse leguntur. Unde melchisedech Justus sacerdos dei altissimi legit extitisse. cui decimas ex omnib⁹ spolijs abrahām tanq̄ sacerdoti persoluit. Erant autem multi minores sacerdotes quos cananeos cōmuniter appellabāt: t vnus erat sūmus sacerdos quem vocabant specialiter aça barchum. Sed t dauid. xxiiij. summos sacerdotes instituit: sedecim de eleaçar t octo de ithamar: quibus tamen omnibus vnum prefecit quem statuit principem sacerdotum t singulis per sortem vicis sue diuisit ebdomadas: quarum octaua peruenit abie de cuius genere zacharias pater ioannis baptiste descendit. ¶In no. quoq; test. christus maiores t minores sacerdotes constituit videlicet. xij. apostolos t septuagintaduos discipulos p apostolos electos quos premitebat binos in omnem ciuitatem t locum quo erat ipse venturus. xxi. distinctio. in noua. Sicut enim deus per Moysen summos pontifices regendis populis in lege prefecit: t ad eorum societates t operis adiumentum sequentis ordinis viros t secunde dignitatis elegit. Nam in eleaçaro et itha-

mar filijs aaron paterne transfudit plenitudinis habundantiam: vt ad hostias salutares ⁊ frequentioris officij sacramenta ministerium sufficeret sacerdotuz Et sicut in heremo. per. lxx. virorum prudentium mentes moysi spiritum propagauit: quibus ille vsus in populo innumerabiles multitudines facile gubernaret: sic ⁊ christus apostolis suis discipulos addidit quib⁹ illi totum orbem sanctis p̄dicatiōibus repleuerunt: sicut hec ⁊ alia in pontificali sub ordinatōe sacerdotis habent. Apl̄orum itaq; vices maiores obtinēt sacerdotes. i. ep̄i qui dicunt summi. i. q. vij. accusatio. de cō se. di. v. manus. ⁊. c. de his discipulo⁹ vero minorum i. p̄sbyteri. Petrum aūt q̄si in sūmum sacerdotem elegit ei p̄ oibus claues regni celo⁹ tradens ⁊ ipsum preceteris ponens caput ⁊ fidei fundamētum inquiens: Tu es petr⁹ ⁊ sup hanc petram edi. ec. me. xxi. di. i nouo. Juxta illud ꝓphete. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij ⁊c. lxviij. di. quorum. Apostoli vero ep̄os p̄sbyteros ⁊ leuitas ordinauerūt: sicut in p̄mio huius ptis dictū est. Sacerdotes ergo sunt successores. lxx. viro⁹ q̄bus dñs moysi spiritum ꝓpagauit. ⁊. lxx. discipulorum: sicut ep̄i sunt vicarij moysi ⁊ apostolorum.

¶ Cete⁹ ꝑm isido⁹. xxi. di. cleros. Presbyter greca latine senior interp̄tatur nō modo ꝓpter etate vel decrepita senectute. sed ꝓpter honorem ⁊ dignitatem quā acceperunt. Senectus enim venerabilis est ⁊ cani sunt sensus hominis: extra de transla. quanto. ij. q. vi. anteriores. Unde ⁊ dñs inquit ad moysen. Congrega mihi lxx. viros de senioribus israel q̄s tu nosti q⁹ seniores sunt populi ⁊ magistri. Presbyter ergo ꝑm hiere. xcij. dis. legimus. ad fi. nomen est etatis ep̄s vero dignitatis. Porro sicut in libro numero⁹ legitur. Moysi precipitur vt eligat p̄sbyteros. i. seniores lxxviij. d. s. porro. vñ in ꝓuer. dicit. Gloria senū est canicies. Hec vo canicies sapientiā designat de q̄ scriptum est. Canicies est bonum prudentia est. Cunq; nongētis ⁊ eo amplius annis ab adam vsq; ad abrahā vixisse boies legam⁹ nullus alius p̄mus appellat⁹ est p̄sbyter. i. senior nisi abraham q multo pauciorib⁹ annis vixisse quinci. Non ergo pp decrepitam etatem: sed ꝓpter sapiēciā p̄sbyteri noiantur. Hinc ē q⁹ illi duo iudices q falso iudicauerunt susanam p̄sbyteri vocati sunt: qui aūt presbyteri nunc nuncupant olim p̄ncipes populi: vt chore: dathan: ⁊ abiron vl magistratus aut magistri templi: vt nicodemus ⁊ gamaliel dicebantur. ¶ Dicit autem presbyter quasi alijs viuendi prebens iter: vel prebens beatum iter videlicet populo de exilio mundi ad patriam paradisi: de p̄sbytero etiam sub titu. de de ep̄o dicet. ¶ Sacerdos vero antiste dictus est quia ante stat ⁊ supra se nullum in ecclesia habet. xxi. di. cleros. Dicitur quoq; sacerdos a sacrificando: q⁹ consecrat ⁊ sanctificat. Unde etiam dicitur sacerdos quasi sacra dans vel sacer dux vt ait Beda. ⁊ Greg. in pastorali lib ij. xviij c. Sacerdos etiam dicitur iustitie cultor. Juxta illud cuius merito quis vos sacerdos appellat. ff. ō insti. ⁊ in. l. i. In plerisq; locis sacerdotes capellani vocantur. Nā z antiquitus reges frācie ad bella procedentes cappam beati martini secuz portabant que sub quodam tentorio seruabaf: quod ab ipsa cappa dictum est capella: ⁊ clerici quorum' custodia ipsa capella erat inde capellani dicebantur: ⁊ consequenter ab illis ad cunctos sacerdotes nomen illud in quibusdam regionibus est transfusum. Sunt etiam qui dicunt q⁹ antiquitus in expeditionibus intentorijs fiebant domuncule depellibus caprarum superiecte in quibus misse celebrātur: ⁊ inde capelle nomen tractum est. Sacerdotes vero gentilium flamines dicebantur: sicut in procemio huius partis dictuz est. Presbyteri vices gerunt edituum qui apud gentiles fuisse noscuntur. ¶ Sane fm canonicam traditionem presbyter cum ordinatur ep̄o cum benedicente ⁊ manum benedictoriam supra caput eius tenente ⁊ omnes presbyteri qui presentes sunt man⁹ suas iuxta manus ep̄i tenēcant supra caput illius spiritum sanctum inuocantes: que manus impositio operum sancti spirit⁹ exercitationem significat. Nam per caput mens accipitur: per digitos sancti spiritus dona per manus opera figurantur. Quare autem fit manus impositio cum facta fuerit cum in dyaconum ordinaretur dictum est sub titu. de dyacono. Ungunt etiam manus presbyteri oleo in sui ordinatione de quo in i. parte sub ti. de vnc. dictuz est. ¶ Sacerdotes vicem gerūt xp̄i dum pro peccatis obsecrant ⁊ per penitentiā reconciliant peccatores. Mediatores enī sunt inter deū ⁊ homines, put in sequenti ti. plenius ostendetur. Hi stolam sup vtrunq; humez accipiunt vt ex hoc se parma iustitie esse munitos intelligant: q⁹ ut in se. parte sub titu. de stola dicetur. Accipiunt quoq; de manu pontificis calicem cum vino ⁊ patenam cū hostia: quatenus his instrumentis potestatez se accepisse cognoscant: placabiles hostias ⁊ corpus ⁊ sanguinem xp̄i offerendi. Unde episcopus hec tribuens dicit. Accipite ptātem offerre sacrificium deo missāq; celebrandi: tā pro vivis q̄ ꝓ defunctis in noie domini. Hoc ordine nullus in ecclesia celsior est. Episcopis tñ quedam supaddita est ptās sicut in ꝓmo ti dicetur: ⁊ in huius partis procemio tactum est ne si eadem potestas passim penes oēs sit obedientia solua⁹ ⁊ scādalum generetur. lxxxix. dis. ad hec. ¶ Non autem vacat a ministerio quod ordinator ordinatuz in sacerdotem cōicans osculatur: dyaconus vero vel subdyaconus ordinati cōicantes osculanf manum ordinatoris. Ratio diuersitatis est primo vt per hoc ordinū notetur distinctio: put in. iiij. parte sub ti. de cōicatione sacramenti dicetur. Secundo q⁹ pontifex osculando sacerdotem denotat q⁹ ille ad equalitatem ordinis recipitur: quantum ad sacramentum eucharistie conferendum: quod est sacramentuz amoris qui per osculum significatur. Dyaconus vero ⁊ subdyaconus nō recipiuntur ad talem equalitatem sed ad imitatiōem bone operatiōis: que ex charitate procedit: quod fm Gre. per manus osculuz designatur. ¶ Sane ei qui in presbyterum ordinatur tradūtur sub certis verbis stola ⁊ casula calix cum patena ⁊ etiaz inungitur que res ⁊ verba sunt huiusmodi sacramēti substātia. Cetera vero p̄cedentia ⁊ sequentia de solennitate sunt.

¶ Porro sicut ait beatus Aug. xxviij. di. que ipis: sacerdotes scire debent librum sacramentoruz siue mis-

sale:lectionariū:antiphonariū:baptisteriū:computum:canones:penitentiales:psalteriū:omelias p̄ circulum anni dieb⁹ dominicis ⁊ festiuis aptas: ex q̄b⁹ oibus si vnum defuerit sacerdotis nomē vix in eo cōstabit. Magnus ēt dyonisius.ea.di.omēs inquit substantia sūmi sacerdotij sūt eloquia diuinitus tradita. i.vera disciplina seu scientia diuinarum scripturarū Et pphēta:q̄ tu scientiam repulisti ⁊ ego te repellam ne sacerdotio nihil fungaris:non debent enim discere que ex officio alios debent docere.xxxvij.di. ecce. i.q.vij.conuenientibus. ¶ De premissis vero libris ⁊ omelijs in ꝓmio.vi.partis dicetur. Item qui sint canones penitentiales:⁊ vtrū sacerdōs penitentias in illis diffinitas valeat moderari:⁊ q̄ sacerdos scire oportet.diximus in aureo repertorio nostro sub ti. de pe.⁊ re.de computo.in finali parte diximus. Hoc officium xp̄s exercuit q̄n post cenam panem ⁊ vinum in corpus ⁊ sanguinem suum diuina virtute cōuertit dicens apostolis. Accipite ⁊ comedite hoc est corp⁹ meum ⁊c̄. Excellentius quoq; hoc officio vsus est cum pro peccatis humani generis seip̄m in ara crucis obtulit patri idem ep̄s sacerdos ⁊ hostia:⁊ adhuc gloriosius implet dum sedens ad dextrā patris interpellat pro nobis.

¶ De episcopo. Rubrica.

PRopterea q̄ specialiter officio epi'copali incumbunt ep̄atus inter ordines in sacris canonibus ꝯmunerant̄.xxi.dis. cleros in p̄n. extra de pur.can.quo.⁊ ō con.ec.vel al.c.pe. Episcopi aūt nomē plus sonat oneris q̄ honoris. Nam eōs greece super intendens interpretatur:latine speculatoris officium gerēs.xxi.di.cleros. Nam p̄positus in ecclesia speculator dictus est. Iuxta q̄ dominus inquit prophete. Fili hois speculatorem dedi te domui israel: vt plebi sibi ꝯmisse non negligenter incumbat:sed vitaz ⁊ mores eorum ⁊ cuncta diligenter ꝓspiciat. ¶ Quia ergo eōs speculator est ideo ex institutione clementis p̄mi cathedra siue locus eius in ecclesia altior est vt sup intendat ⁊ populum custodiat oēsq; conspiciat ⁊ illū cuncti sicut vinitori altior loc⁹ est pro vinea custodienda.ob hoc inquit apostolus:qui ep̄atum desiderat bonum opus desiderat.viij.q.i.qui episcopatum non dixit honorem sed opus quoniam eōs non tam vt prefit quātum vt prosit eligitur. ¶ Rursus faldistorium episcopi spūalem iurisditionem ꝺnexam pontificali dignitati designat:q̄n exercere diffinendo non dz nisi pro tribunali sedens q̄ ꝓbatur ex verbis dñi dicentis in euangelio supra cathedram moysi sedent scribe ⁊ pharisei que dixerunt facite ⁊c̄.xix.di. fin.iij. q.vij. §.fi.per scabellum vero temporalis potestas significatur que subiecta debet esse spirituali:sicut probat gelasius papa.extra de ma.⁊ obe.solite.xcvi.dist.duo.⁊.c. sequen.⁊ Inno.iij.in sua epistola decretali ⁊ a spirituali per disciplinam correctionis conculcatur quando a vero exorbitat p̄ peccatum:extra de iudi.nouit.lxiij di.valentinianus. Unde p̄s.donec ponā inimicos tuos sca.pe.tuorum. Pontifex vō princeps sacerdotuz est quasi pons ⁊ via sequentiuz factus.xxi.di.cleros. ipse ⁊ sūmus sacerdos.ipse ⁊ pontifex maximus nuncupat̄ vt premissum est:ipse nanq; efficit sacerdotes atq; leuitas: ipse officia ⁊ ecclesiasticos ordines distribuit ⁊ disponit ⁊ preordinator est in cunctis. ipse quod vnusquisq; facere debeat ostendit. Antea autem pontifices ⁊ reges erant prout tactū est in prima parte sub titulo de conse. Maiorum enim hec erat cōsuetudo vt rex ⁊ sacerdos pontifex esset. Unde ⁊ romani imperatores pontifices dicebantur. Dicitur etiam presul quoniam in concilio presidet:extra de tem. ordi.q̄ translationem. Dicitur etiaz antistes quia.ante alios stans preeminet populo: vel ab anti quod est contra:quoniam hereticis ōdicit vt pastor lupis. Ordo episcopalis vnde ꝓcessit dictum est in ꝓmio hui⁹ partis. ¶ Sane consecratio episcopalis in qua spiritus sanct⁹ digne sumenti datur semper in die dominica ⁊ hora tertia fit.lxxv.di.c.i.quoniam ipsi ep̄i vicē apostolorum obtinent quibus in die pentb.⁊ hora tertia spiritus sanctus datus est.non tñ p̄t quis in ep̄m consecrari die illa qua in presbyterum ordinatur:sed ⁊ iuxta canonum statuta.lxxviij.di.si forte episcopus cū ordinatur cuz ꝓuinciales ep̄i conuenire debent cū metropolitano ⁊ duo episcopi ponant ⁊ teneant euāgeliorum codicem super caput ⁊ cervicem eius siue super humeros vno super eum fundente benedictionez reliqui vero omnes episcopi qui assunt manibus suis caput eius tangant.xxij.di.episcopis. Siquidem tenetur liber super caput eius.primo vt domin⁹ firmet euangelium in corde ipsius.secundo vt per hoc intelligat cui laborī ⁊ honori subijciatur:q̄ omne quod ꝯeminet.i.omnis prelatus plus meroribus afficit̄ quā honoribus gaudet.xxij.di.verum.tertio ad notandū q̄ pondus euangelice predicationis cum circumquaq; ferre pigre:non debet:quarto ad monendum illuz vt magis solito iugo subiaccat ⁊ obediat euangelio.

¶ Trium autem episcoporum ad minus computato metropolitano presentia regritur ratione ⁊ exēplo Ratione ne tantum beneficium videaf furtiue prestitum vt pro illo pariter preces ad deum effundant. Et exemplo q̄ ⁊ iacobus frater domini a petro iacobo ⁊ ioāne apostolis ordinatus est episcopus hierosolymitanus.lxvi.dis.porro. ¶ Adanus vero impositio sumpsit exordium ab isaac qui dum iacob benedixit imposuit sibi manum:⁊ moyses iosue cum eum populo prefecit ⁊ dominus apostolis cum eos principes mundi constituit. Sed ⁊ ipsi apostoli per manus impositionem spiritum sanctum dederunt. De manus impositione dictum est sub ti.de dyacono. ¶ Cetex circa episcopi ordinatōem sciendum est q̄ ipse sabbato hora vespertina examinatur de moribus ⁊ statu p̄terite vite vbi ter benedictio petitur vt sancta trinitas in ordinatione preesse monstretur. Hanc vō sequenti examinatur de futura conuersatione ⁊ fide ⁊ primitiue ecclesie institutione propter suspectos in fide moribus ⁊ conditione:⁊ vngitur caput eius ⁊ manus de quo dictum est in prima parte sub titulo.de consecra.

Deinde vnguntur manus eius ⁊ datur ei mitra in capite in signum qꝫ bñdictionem omnium gentium dedit illi ⁊ testm̃ suũ confirmauit super caput eius. Bãtur ẽt ei baculus ⁊ ãnulus: ꝺ̃ gbus in sequẽti parte dicetur. Singula ãt cum ꝓprijs verbis traduntur ⁊ fiũt que verba ⁊ capillis ⁊ manuũ vnctio ⁊ pollicũ confirmatio baculi ⁊ ãnuli atqꝫ euangeli, traditio sũt huj⁹ substantia sacramenti. Cetera solẽnitatis sunt. Deuangelio ⁊ baculi traditõe ⁊ quare cõsecratus equũ album seu albis coopertũ equitat dictum ẽ in ꝓdicto. ti. de con. Consecratur ãt eꝑs inter epistolam ⁊ euãgelium ex̃ de elec. qꝫ sicut. nec potest die sue consecrationis ordines celebrare: qꝫ ipse tũc nõ celebrat sed cõ celebrat ꝓncipaliter celebranti. Papa tamẽ qui ante hymnum angelicũ consecratur hoc posset qꝫ ipse missarum solẽnia ꝓficit consecratus. Differt aũt iter episcopos ⁊ sacerdotes qꝫ lꝫ sex sint que cõiter ad omnes ptinent sacerdotes: vꝫ catheꝛizare: baptizare: predicare conficere: soluere: ac ligare: tamen ad pontificem nonem specialiter spectant scilicet clericos ordinare: virgines benedicere: pontifices consecrare: manꝰ imponere: basilicas dedicare: de gradandos deponere: synodos celebrare: crisma ꝓficere: vestes ⁊ vasa sacrare. Sunt ⁊ alia que ad officium episcopale pertinent puta in fronte crismare benedictionem solẽnem ante pacem dare: ⁊ similia .xxv. di. perlectis. lxviij. di. q̃uis Verũtñ ⁊ maiores ⁊ minores sacerdotes cõiter i quibusdaꝫ vicem gerunt sũmi pontifices idest christi dũ vi delicet ꝓ peccatis obsecrant ⁊ ꝑ penitentiaꝫ recõciliant peccatores. Unde apostolus Deꝰ erat in christo mundum sibi reconcilians ⁊ posuit in nobis verbum reconciliationis. obsecramꝰ ergo ꝓ christo reconciliamini deo. Mediatores enim sunt sacerdotes inter deum ⁊ homines: duꝫ ⁊ precepta dei populo deferunt predicando: ⁊ vota deo porrigunt supplicãdo quo circa tales debent existere vt ⁊ deo grati ⁊ hominibus sint accepti. Nam vt ait alexander papa. i. q. i. christi sacerdotes quãto digniores fuerint tanto facilius in necessitatibus populi ꝓ quibus clamant exaudiuntur. Et sicut apostolus dicit. Mediatoꝛ nõ ẽ vnius ⁊ discordes reconciliare: non potest qui simul vtriusque societatis ⁊ amicicie vinculo nõ est cõcors. Si enim is qui displicet ad intercedendum mittitur iratꝰ animus ad deteriora prouocatur. xlix. distin. §. i. Episcopus quoqꝫ ⁊ sacerdos nomine presbyteri intelliguntur sicut patet ex his que ad Titum apls scripsit qui eundem ⁊ episcopum ⁊ presbyterum nominauit. Quod autem idem sit episcopus ⁊ presbyter multis modis comꝓbatur. Presbyteri a filijs Aaron i veteri testamento sumpserũt exordium Episcopi vo ab ipo aaron. qui vero vocabantur sacerdotes nunc presbyteri dicuntur: qui tunc principes sacerdotum: nunc eꝑs nominantur. Hodie autem ideo diuersa sũt vocabula vt eꝑs nõ dicatur presbyter vel ecõtra: qñ antiquitus qñ pietati studebant presbyteri in omni loco ordinabant ⁊ apud iudeos qui populi preerant ꝑsbyteri dicebantur Hoc nomen honoris accipientes vocabantur etiam episcopi ab illo opere qꝺ implere videbantur eo qꝫ considerare habebant quecũqꝫ ad pietatis cultum fuerant constituta. Hinc etiã Hiero. sic ait. xcv. di. olim. Olim idem presbyter qui ⁊ episcopus. ⁊ anteqꝫ dyaboli instinctu studia siue dissentões in religione fierent ⁊ diceretur in populis: ego suꝫ pauli ⁊ ego sum appollo: ⁊ ego cephe. cõi presbyterioꝝ concilio ecclie gubernabantur: postqꝫ autem vnusquisque eos quos baptizauerat suos esse putabat nõ xpi. in toto orbe decretum est vt vnus de presbyteris superponeretur. Eꝑi ergo nouerint se magis consuetudine qꝫ dispensatione dominice veritatis presbyteris eẽ maiores. Augu. vo. ij. q. vij. quãqꝫ. dicit qꝫ qꝫ ꝑm vocabula que vsus obtinuit eꝑs sit presbyteroꝝ maioꝛ. Augu. tamen minoꝛ Hieronymo est. Hoc officiũ xꝑs exercuit quando manus suꝑ capita discipulorum leuans eis benedixit dicens. Accipe spiritũ sanctum quoꝝ remiseꝛis peccata remittuntur eis ⁊c.

¶ Incipit liber tertius de indumẽtis seu ornamentis ecclesie sacerdotum atque pontificum ⁊ aliorum ministroꝝ. Rubrica.



Quotidiano vsu nõ est vestibus sacris vtendus ad notandum qꝫ sicut mutationem habitus ꝑm litteram facimus ita ⁊ ꝑm spiritum agamus. Non ergo cum vestibus cõmunis vite vsu pollutis in sancta sanctoꝝ ingrediamur: sed cuꝫ cõscientia mũda ⁊ vestibus mundis ⁊ sacris dei sacramenta tractemus de con. distin. i c. i. Unde Stephanus papa de consc. distin. i. vestimenta. statuit sacris vestibus non nisi in ecclesiasticis ⁊ deo dignis officijs vti. ⁊ Ezech. xliij. Non sanctificabant populum in vestibus suis. Habet ergo Hiero. religio diuina alterum habitum in ecclesiasticis officijs: alium in cõmuni vsu vt cũcto populo christiano exemplum prebeat bone conuersationis: quatenus loti prius sordes nouꝫ xꝑo fiant homines. Exuit enim tunc sacerdos: veterem hominem cum actibus suis ⁊ induit nouum qui ꝑm deũ creatus est. Per vestes quoqꝫ quibꝰ in sacris vtimur tantum: non omnia sacramenta foꝛe populo reuelanda intelligimus. xlij. distin. in mandatis. §. fina q. ij. nolite. Et nota qꝫ tempoꝛe Lodouici imperatoꝛis filij karoli magni: episcopi ⁊ clerici cingula auro rexta exquisitas vestes ⁊ alia secularia ornamenta deposuerunt. Sacre autem vestes a veteri lege videntur assumpte. Precepit enim dominus Moysi vt faceret Aaron sacerdoti ⁊ filijs eius vestes sanctas. in gloriam ⁊ decoꝛem vt loti ⁊ sacris vestibus induti fungerent officio in sacris. Exo. xxviij xxxi. xxxv. ⁊. xl. c. Iussit enim dominus Moysem per. xl. dies facere pontificalia ⁊ sacerdotalia vestimenta sacerdotibꝰ et leuiticis suis ornamenta quoqꝫ ⁊ linteamina: sed

ꝛ maria texuit fecit illa in vsum ministerij tabernaculi federis. Et ecclesiastici. xlvi). ordit celebrationibus decus ꝛ cetera. Quedam tamen ab apostolis sumuntur. sed tam ille ꝙ iste virtutes designāt vel ministerium incarnationis. ¶ Sane pontifex celebraturus exuit vestes quottidianas ꝛ induit mundas ꝛ sacras Et primo sandalia calciat vt sit memor dominice incarnationis. Secundo sibi imponit amictum vt mor⁹ ꝛ cogitatus fauces ꝛ linguaz cohibeat: vt fiat cor mūdum spiritum rectum percipiens in visceribus innouatum. Tertio albam talarem: vt habeat mundiciaz carnis perseverantem. Quarto cingulum vt impetus luxurie refrenet. Quinto stolam in signum obediētie Sexto tunicam iacintinam. i. celestem conuersatiōz Septimo superinduit dalmaticam. i. sanctam religionem: ꝛ carnis mortificationem. Octauo cyrothecas vt declinet vanam gloriam. Nono annulus vt diligat sponsam idest ecclesiam sicut se. Decimo casulam. i. charitatem. Undecimo sudarium vt quicquid fragilitate vel ignorantia peccat penitentia tergat. Duodecimo pallium superponit vt ostendat se unitatorem xp̄i qui languores nostros tulit. Decimotertio mitrā vt sic agat ꝙ coronam mereatur percipere eternam. Decimoquarto baculum idest auctoritatem potestates ꝛ doctrine. Et postea tabeta calcat vt terram despicere ꝛ amare celestia discat. Omnibus autem premissis vestibus induitur a ministris: quia ei vt vestes induat spiritales angeli suffraganiur: vel quia vicarius est xp̄i cui angeli ministrant ꝛ omnia seruiunt.

POst immissum incensum in thuribulo incensus sacerdos seu episcop⁹ dicto. Deus tu cōversus ⁊c. sacrū osculatur altare vt notetur pacificatio cuz iudeis. ⁊ ad designandum q̄ christus ad nos veniens sanctaz sibi copulauit ecclesiaz. iuxta illud Epitalamicum osculetur me osculo oris sui. In osculo siquidem os ori conūngitur. ⁊ in christo non solum humanitas est vnita diuinitati: verum etiam spōsa copulata est sponso. iuxta illud propheticum: Quasi sponsa decorauit me corona ⁊ quasi spōsam ornauit memonilibus. ¶ Rursus quando prophetalis versus introitus a cantore incipitur. sacerdos ad altare ascēdēs illud osculatur: quia prooberatū testimonio christus venit in mundum ⁊ ad passionem altaris. Quotiens autem in officio misse osculetur altare: et in qua parte eius oscula fiant: ⁊ quare manibus sup illud depositis: ⁊ quasi signo crucis in locis osculādis prius impresso dicetur sub quarta particula canonis In hoc autem loco altare significat populum iudaicum: codex vero euangelij siue euangelium populuz gentilem qui per euangelium credidit ideo ꝯ episcopus vel sacerdos euangeliuz ⁊ altare osculatur: quia xp̄s vtriqz dedit pacem. quando lapis angularis factus fecit vtraqz vnum. Potest etiam dici q̄ subdiaconus librum euangelij qui clausus portabatur offert episcopo vel sacerdoti: ille vero ad altare perueniens illum aperit ad insinuandum illud quod in apoc. describitur q̄ nemo dignus est aperire librum qui ⁊ intus erat scriptus: ⁊ foris sigillis septem signatus: nisi leo d̄ tribu iuda clauis Dauid qui librum aperuit ⁊ septez eius signacula soluit. Per altare vero ecclesia signat. Juxta illud exo. Si altare lapideum feceris mihi nō edificabis illud de sectis lapidibus. Per sectionem lapidum in altari divisionem fideliuz reprobat ecclesia ne videlicz per errores ⁊ scismata dividantur. Liber ergo aperitur cuz episcopus ad altare peruenit: quoniam vbi christus primitiuam apostolorum congregauit ecclesiam: docens ⁊ predicans scripture misteria reuelauit dicens. Vobis datum est nosce misterium regni dei ceteris aūt in parabol⁹. Unde post resurrectionez aperuit illis sensuz vt intelligerent scripturas Rectius igr facit xp̄s cū ipsemet aperit librum euangeliozum lz ⁊ cp̄s p̄ ministros suos patefecerit misteria scripturaz. Libro vō apto illum osculat⁹ a parte sinistra ad designandū q̄ p̄dicatores recōciliauerūt ⁊ obtulerūt gentes xp̄o: quibus ip̄e per se non p̄dicauit lz ⁊ ip̄e p̄ se pacem in euangelio p̄dicauerit dicēs: Pacem meam do vobis ⁊c. Quia vero ip̄e etiam in cruce pendens pacem feci⁹: ideo mox transiturus ad dextrum cornu altaris signat se signo crucis: quia vt ait apostolus ad ephesi. christus pax nostra vtraqz fecit vnuz duos ad diuersos parietes. i. populos copulās Post hoc codex euangelij super altare clausus ponit⁹ qō quātum ad hoc significat hierusalem: put sub euāgelio dicetur. Deinde romanus pontifex ⁊ etiam alij qdam cōversus osculatur diaconum: vt ostendat pacem illam in aduento christi venisse quam ꝓphete ꝓmiserant. Unde Dauid: orietur i diebus eius iusticia ⁊ habundantia pacis donec au. l. Et alius propheta: pax erit in terra nostra cum venerit. Et ideo christo nascente vox intonuit angelorum. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Osculum enim quandoqz pacem significat: prout dicetur sub ti. de osculo pacis Diaconus vero statiz se inclinans osculatur pect⁹ei⁹ designans q̄ inspiratione diuina prophete pacez predixerat futuram. Nam ⁊ Joannes super pectus domini recumbens euangelij fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. xciij. di. legimus. In nō nullis vero ecclesijs episcopus primum osculatur ministros: postea altare: deinde euangelium: quoniam christus primum reconciliauit sibi apostolos: postea iudeos: deinde gentiles. In quibusdam etiam locis offert osculum pacis cantoribus: quasi retorsum implens illud: pacem meā do vobis pacem relinquo vobis. Dat quidam presentibus relinquit absentibus nec ante osculum pacis cantores dicunt gloria patri: quia fides trinitatis non ante claruit: q̄ se dominus inclinauit: ⁊ nos reconciliauit ⁊ trinitatez per apostolos predicari mandauit. Et ideo osculo dato episcopus inuit eis vt dicant gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto: sicut erat in principio. Ecce quid cantor ānūciat scilicet q̄ corda patruz conuertantur in filios. Ebraam tres vidit ⁊ vnuz adorauit. Sic oportet nos filios eius credere trinitatem in vnitate. ¶ Post datam ꝯ pacem cantor dat sancte trinitati gloriam quasi diceret referimus gloriam deo patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto: quia pacem quaz prophetauit per sanctos suos prophetas nobis in nouissimis temporibus dignatus est ostendere. Quando vero dicit: Sicut erat in principio. diaconi ad altare procedunt: ⁊ iteruz reuertuntur ad episcopuz in quo figuratur q̄ ideo apostoli se morti tradiderunt vt christi corpori adunarent⁹. Prius autem steterunt cum episcopo ante altare inclinati: sed cum versus ipse incipitur se erigunt quia chorus sanctorum martyrum ante nouissimaz tribulationem in conualle lachrymarum manent. Postea

vero martyrio coronati erecti stabunt liberati ⁊ securi ante dominum semper. Osculo autez dato rursus diaconi cum pontifice orant: quasi dicant. Domine doce nos orare. ¶ In quibusdam etiam ecclesijs diaconi bini ⁊ bini latera altaris altrinsecus siue alternatim osculantur. eo ꝙ dominus apostolos binos misit ad predicandum dicens eis. In quacunqz domum intraueritis dicite pax huic domui. qui reuersi sunt ad christuz sicut diacones reuertuntur ad epm.

¶ De thurificatione. Rubrica.

Post datum osculū episcopus seu sacerdos accipiens de manu diaconi thuribulū sacruz incēsat altare: qz christus corpus assumens de genere prophetarum factus ex semine dauid ꝟm carnez suis ozonibus fouet ecclesiam ꝟm ꝙ orat in euangelio: pater sancte ego ꝓ eis rogo: ⁊ non pro eis tantum: sed pro illis que credituri sunt per verbum eorum. Quod autem diaconus postea thuribulum accipit vt incenset episcopum vel sacerdotem moraliter instruit ꝙ si digne volumus incensum orationis offerre. thuribulum incarnationis debemus tenere. nam sine fide mediatoris homines deo placere non possunt: sed iuxta verbum promissionis ipius si quid petierint in oratione credentes accipient. Per thuribulum enim verbum accipitur incarnatum. nam sicut in thuribulo pars superioz ⁊ inferioz tribus cathenulis vniuntur: ita in christo tres sunt vniones quibus diuinitas ⁊ humanitas vniunt vnio carnis ad animam: vnio diuinitatis ad carnem ⁊ vnio diuinitatis ad animam. Quidam enim quartam vnionem assignant videlicet diuinitatis ad compositum simul ex anima ⁊ carne. vnde ⁊ quedam thuribula quattuoz cathenulas habent. de hoc etiaz thuribulo Moyses iquit specialiter ad Aaron. Tollite thuribulum ⁊ hausto igne de altari mitte incensum desuper. Est ⁊ alia in thuribulo cōsideratio prout in titu. de accessu pon. ad al. tactuz est. ¶ Rursus ideo thurificatio altari episcopus vel sacerdos thurificatur ad significandum ꝙ sicut christus est altare ⁊ hostia: sic est pontifex ⁊ sacerdos cui est orationis sacrificium offerendum quia vero adoratur non solum in quantum deus sed etiam inquantum homo: ⁊ ideo in quibusdam ecclesijs pontifice thurificato altare a diacono circūcirca thurificatur. vnde ps. Circūdabo altare tuum domine. Sane thuribulum aureuz significat sapientiam: quia omnes thesauri sapientie dei in eo fuerunt absconditi. Unde stetit angelus iuxta altare. h. t. a. in. m. s. i. christus resurgens carnem habuit in potestate. Argentum significat christi carnez ab omni labe mundam ⁊ mundicia renitentez. cupreum fragilem ⁊ mortalem. ferreum resurgentis fortitudinem. Si q̄ttuoz habet cathenulas demonstrat eaz ex quattuoz elementis constare: vel quattuoz virtutibus. scilicet iusticia: prudentia: fortitudine: ⁊ temperātia decorari. Quinta q̄ ptes diuidit animaz designat que se in morte a carne i illo triduo separauit. Si vo tres habet cathenulas figurat animam carnez ⁊ verbum in vna conuenire persona. Quarta que partes separat potestas est qua animā suā posuit pro ouib? suis. Si vna tantum cathenula sustentatur designat ꝙ solus de virgine generatur: quodqz solus est inter mortuos liber. Circulus cui hec omnia innectuntur est deitas que nullo termino clauditur: a qua hec omnia continentur ⁊ operantur preter misticam etiam rationez ob hoc incensatur altare vt omnis ab eo nequicia demonum propellatur. Fumus enim incensi valere creditur ad demones effugandos. vnde cum thobias interrogasset angelum quot remedia haberent ea que de pisce iusserat obseruari. Respōdit cor dis eius particulam si super carbones ponas. fumus eius omne demoniozum genus extricat. ¶ Sother papa. xxiij. di. sacratas. statuit ne moniales incensuz circa altaria ferant.

¶ Qualiter episcopus vel sacerdos ⁊ ministri ad altare stare debent.

Thurificatiōe peracta episcopus vel sacerdos ad dextram altaris partem se transfert. ibi vna cum ministris plane officiuz ⁊ kyrieleison. d. qui transitus de medio altaris in dextram partem significat christi transitum de passione per resurrectionem ad vitam eternam. Item a leua transiēs in dextram imitatur christum ingredientem mūduz leuam enim tetigit christus quando temporalem assumpsit vitam. ad dextram iuit quando carnē assumptam ad dei dextram eleuauit. ¶ Rursus per hoc ꝙ accedens ad altare prius dextram illius partez petit innuit ꝙ emanuel i lege promissus prius venit ad iudeos q̄ ad gentiles. Judei enim tunc propter legez in dextra parte fuerunt. gētiles vero quasi in sinistra quia idola colebant. Sacerdos ergo sacris vestibus ornatus christum carne nostre humanitatis vestituz significat. veniens ad altare christum de celis venisse ad populum vt eum saluaret designat deinde in dextram transiens designat ꝙ christus in mundum veniens venit ad iudeos de quibus voluit nasci. Beata enim Maria iudea fuit de hoc trāsitu dicetur sub ti. de mutatione sacerdotis ⁊ oratione. Et nota ꝙ licet domino pape celebranti vel missam audienti legatur a capellanis suis introitus ⁊ kyrieleison. ⁊ gloria i excelsis ⁊ credo ⁊ sanctus ⁊ agnus dei non tamen graduale vel alleluia vel tractus vel offertoriū vel post cōmunio. pro eo ꝙ illa instructoria sunt ⁊ introductoria quibus ipse non eget. Illud autem notandum est ꝙ sacerdos stat erectus añ altare ad notandū ꝙ xps venit suos rgere invincibili doctrina ⁊ respicit versus orientem quia christus non suam sed patris voluntatem quesiit: nec respicit retrorsum: tum quia christus semper patris faciem intuetur. Juxta illud: Scio vñ venio ⁊ quo vado: tum quia nemo mittens manum

ad aratruz ⁊ aſpitiens reto.a.eſt.r.dei extra de voto magne:immo ad populum deorſum vertit repreſentans q̄ dominus ait ad Moyſen. Videbis poſteriora mea:faciem autē videre non poteris. Exo.xxxiij.c. Epiſcopi tamen ⁊ ſuperiores celebrantes nō ante altare ſed remoti ab illo ad dextrum eius latus vſq̄ poſt dictum offertorium manēt: quot fit primo ad repreſentandum q̄ ex latere chriſti q̄ per altare ſignificatur initium noſtre redemptionis fuit. Secundo fit hoc non ſolum ad maiorem ſolēnitatem vt per hoc a minoribus ſacerdotibus decernantur verum etiam fit hoc quia ipſa in miſſa repreſentant nō ſolum chriſti dignitatē excellentiam aut eius oblatiōem verum etiam humilitatem ⁊ obediētiam in ipſa ſui oblatione ⁊ conſecratione. Siquidem chriſtus quantum ad ſui dignitatem eſt patri equalis ⁊ ſedet a dextris dei patris:prout inſymbolo legitur q̄ō repreſentat prelatus ſtans ante oblationem ad dextrum latus altaris In ſui uero oblatiōe chriſtus pro nobis factus eſt hoſtia:⁊ ideo prelatus eius vices gerens: ex tunc ipſi altari quod aram crucis inſunat debet totaliter inhere re. ¶ Tertio quoniam prelatorum actus eſſe debēt ſubditis ad doctrinam:ideo vſq̄ tunc manet ab altari ſeperatus:extunc manus lauādum ⁊ thurificāduz ⁊ ſacrificādum ad altare accedit: vt oſtendat quecūque in miſſa precedunt ſolemnitates ⁊ laudes eſſe: de conſecratiōe diſtincti.ij.panis eſt. Sed tunc deinde ad eſſentialia ſeu ſubſtantialia peragenda accedit. Quarto in hoc repreſentat q̄ legalis pōtifex intrās in ſancta ſanctorum carbones ferebat ⁊ ſanguinem prout tactum eſt in prohemio huius partis. Quinto fit hoc ad repreſentandum quod ait propheta. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Sacerdos quidem chriſtum repreſentās ſedet adextris altaris deum patrem in hoc loco ſignantis donec ad conſecrandum hoſtiam accedat.per quā fracta ſunt tartara: ⁊ inimici demones devicti ⁊ quaſi ſcabellum pedum poſiti. Miniſtri vero ſcilicet diaconus ⁊ ſubdiaconus retro illuz ad altare ſtans.qui tamen inueniendo preceſſerunt:ſignantes martyres qui inueteri teſtamento fuerunt.⁊ tamen poſt domini nativitatem digne coronantur:⁊ ad quamcunq̄ altaris partem ille tranſierit ipſum retroſtantes ſequuntur vt oſtendant impletuz eſſe q̄ dominus ammonuit dicēs qui mihi miniſtrat me ſequitur ⁊ vbi ego ſum ⁊c. Intendentes ſemper atq̄ ſollicite in illum ad notanduz q̄ fideles quamuis adhuc in hac vita poſiti tamē eternitati chriſti ſemper intendunt. ¶ In quibuſdam etiam eccleſijs illo ſe vertente ad populum illi ſimiliter ſe vertunt.⁊ illo ſe conuertente ad altare ſe ſimiliter conuertunt. Naz chriſtus ab oratione ad predicationem.aliquando vero e converſo dum viueret ſe conuertit.quod deſignat verſio ad populum ⁊ converſio ad altare. In quo quidem imitandum eſt a predicatoribus qui per miniſtros ipſos congrue deſignātur. Anacletus papa ō cō.di.eps:ſtatuit q̄ epiſcopus ōo ſacrificans ſecum teſtes habeat diacono qui oculi'eius dicūtur ⁊ ſubdiaconos reliquoſq̄ miniſtros. qui ſacris induti veſtibus infronte.i.ante ⁊ a tergo ⁊ preſbyter e rigione.i.a parte dextra leuaq̄.contritio corde ⁊ humiliato.ſpiritu.ac prono ſtent vultu cuſtodiētes eum a maliuolis hominibus.⁊ conſenſu preſtantes ſacrificio. Et ſm Lucium papam de cō.di.i.iubemus:eū non deſerant quia propter maliuolos oportet illum habere bonum teſtimoniuz ab his qui foris ſunt. Statutum eſt etiam vt celebrans miſſam habeat a tergo vicini ſolaminis adiutorem. prout dictum eſt in prohemio huius partis. Et ideo in quibuſdam eccleſijs aliqui diaconi ſtant poſt epm quaſi orantes vt eum ſequantur vſq̄ ad mortem ⁊ cum eo tranſeāt ad vitam eternam. Maior tamē pars in dextra parte moratur altaris ⁊ minor in ſiniſtra quia vtrūq̄ petit eccleſia.ſ.temporalem benedictionem ⁊ eternam: vt ibi ſic tranſeamus per bona temporalia vt non amittamus eterna. ¶ Ceterū dicti miniſtri retro ſtātes inclinati ante facies ſuas vſq̄ in finem dominice orationis perſeverant:ſignificantes illos apoſtolos qui in paſſione domini magna tribulatione oppreſſi. non audebant ſe erigere vt chriſti diſcipulos ſe eſſe confiterentur. Stabant tamen in facie fidei: ſed poſtea erigūtur ſicut dicetur ſub.xi. particula canonis ſuper verbo:nobis quoq̄ ſignantes etiam chorus ſāctorum martyrum in qualle lachrymaruz ante noniſſimam tribulationem manentium poſtea criguntur: quia illi qui poſtea martyrio coronati ſtant erecti.i. ab omni liberatione liberati. Adhuc ſtantes facie inclinati ſignant mulieres que de cenaculo ad monumentuz vultibus declinatis currebant in chriſti amore ardentes. ¶ Sane ſacerdos miniſter iter moras pulvinar molle miſſali ſupponit.ad notandum q̄ denotum ⁊ molle cor ⁊ q̄ facile divinam impreſſionem recipiat.ſupponi debet iugo domini ⁊ celeſtium preceptorū. Juxta illud ſapientis. Suſcipiat verba mea cor tuuz ⁊c. vt in eo ſpiritus domini requieſcant. De hoc etiam ſub euangelio dicetur.

¶ De kyrieleiſon. Rubrica.

Translatio in dextram altaris partem epiſcopo ſeu ſacerdote.deinde q̄ tempus plenitudinis ⁊ annus benignitatis aduenit ſicut predictum fuit a p̄s. Tu exurgens domine miſereberis ſion.q̄ venit tempus.m.eius congrue chorus laudat ⁊ inuocat trinitatem triplicando kyrieleiſon. Ideo autem poſt introitum dicitur kyrieleiſon.q̄ ante omnem rationem ſacerdotum neceſſe eſt miſericordiam domini īplorare Si quidem kyrieleiſon grece interpretatur domine miſerere. Nam kyrie ſonat domine:leiſon miſerere. ⁊ inde chriſteleiſon.i.chriſte miſerere. Vel kyri xp̄e. ci deus ei miſere:ſon nobis.inde kyrieleiſon.i.o xp̄e deus miſerere nobis. Unde prophete Miſerere nobis te eniz expectamus. Dicitur aūt nonies.primo vt ordo decimus ex hominib? reparat?. nouē a ſocietur

ordinib⁹ angelo⁹. secūdo vt ecclesia proficiat ad societatē nouē ordinuz angelorum. tertio contra nouē generā peccatorum. Est enim peccatum originale: veniale ⁊ mortale. Itē peccatū cogitationis: locutiōis: ⁊ perpetrationis. Itē peccatū fragilitatis: simplicitatis: ⁊ malignitatis fragilitatis per impotentiā: simplicitatis per ignorantiā: malignitatis per inuidiā. Hoc est peccatū in patrez: peccatuz in filiū: peccatū in spirituz sanctum. Adhuc ideo dicitur ter ad patrē kyrieleison ter ad filiuz christeleison: ⁊ ter ad spirituz sanctum kyrieleison: sed ad patrem ⁊ spiritū sanctum sub eodez tantuz vocabulo: quia pater ⁊ spiritus sanctus sunt eiusdez tantuz nature: ad filium vero sub alio. quia filius ⁊ si sit eiusdē nature cū illis est: tamen ⁊ alterius: vt gemine gigas substantie. Propterea: ideo dicit ter quātum ad patrem. ter quātum ad filiuz. ter quantum ad spiritum sanctum: vt notetur pater in filio ⁊ filius in patre. ⁊ spiritus sanctus in vtroq3. De hoc dicetur in quinta parte sub ti. de pria. sed in medio mutatur kyrie. in christe. vt notetur duas esse naturas in christo.

¶ Rursus kyriel'. ter triplicatū. significat preces patruz veteris testamenti multiplicatas: ad hoc vt gratia sūme trinitatis per aduentum christi eos cōsociaret nouem agminibus angelorum. Est autez magna istorum verborum efficatia. Legitur enim q⁹ dū beatus Basilius kyrieleison clamasset porte ticie siue papieū. ecclesie sunt aperte. ¶ Rursus cum beatus geminianus kyrieleison clamaret quinq3 reges conuersi dicuntur in fugam. vnde forte significat aliud quā domine miserere. quod tamen nos ignoramus.

¶ In quibusdam ecclesijs statim post vltimū kyrieleison. subijciuntur imas: quod verbum grecū sonat latine nobis. Et sensus est kyrieleison imas. i. potentia diuina miserere nobis. Beatus Gre. instituit kyriel'. nonies ⁊ a clero tantum publice in missa cantari quod prius apud grecos simul a clero ⁊ populo cātabatur. Siluester vero papa illud de grecis assumpsit.

¶ De gloria in excelsis. Rubrica

Dicto kyrieleī. mox sacerdos vel pontifex ex institutiōe Thelesphori pape inchoat hymnuz gloria in excelsis deo quem angeli auditi sūt decantare sicut legitur in euāgelio Luce qui angelorum hymnus prohibet testimoniuz temporali christi natiuitati. Sane sacerdos primus ⁊ solus illum inchoando pronunciat qui angeluz magni concilij representat. Nam ortum saluatoris solus angelus cuius personam ipse gerit primo nunciauit. vnde Luc. ij. Ecce eu angelizo vobis gaudium magnuz quod erit omni populo quia hodie natus est ⁊c. ⁊ illū inchoando stat ante medium altaris in hoc commemoras q⁹ dum mediuz silentium tenerent omnia natus est in medio. i. pro hominibus messias quem prophete predixerant representans etiā q⁹ angelus christi natiuitatem pastoribus annūcians stetit in medio eor: ⁊ icipiēs eleuat manus, ppter causas scriptas i se. ti. ad fi. Itē incipiēs vertit se ad orientē: tuz quia angelus ab oriēte venit in bethleē: tuz q⁹ ad orientē dñz adorare solemus. Tertio inchoās stat ante mediū altaris ad notandū q⁹ xp̄s mediator fuit iter nos ⁊ deuz. x. di. qñ. per cuius mediationem deo pacificati sumus. Chorus vo ocinendo respondēs gerit psonam multitudinis de qua in euāgelio sequit̄. Subito facta est cū angelo multitudo ce. mi. lau. de. ⁊ di. gloria in altissimis deo ⁊ in terra pax ho. bo' vo. de cōsc. di. i. no/cte. Hymnus aūt iste non tantū est angelor⁹ sed etiaz hominū cōgratulantiū ex eo q⁹ mulier illa q̄ dragmā pdiderat decimā: iaz lucernā accederat vt dragmā pditaz inueniret: ⁊ pastor dimissis nonagintanouem ouibus in deserto iaz venerat vt quereret centesimaz ouez amissaz. Ante natiuitatē. n. christi tres erant inimicitiarū parietes. primus inter deū ⁊ hoies. Secūs inter angelū ⁊ hoiem. Tertius inter hominē ⁊ hoiem Homo nāq3 per inobedientiā creatorem offenderat ⁊ per suū casū restaurationē angelorū impediuerat: atq3 per varios ritus se abhomie seperauerat. Judeus nāq3 ceremonias excolebat. gentilis idolatriā exercebat: sed veniens pax nostra fecit vtraq3 vnum ⁊ huiusmodi parietes destruxit. Abstulit enim peccatuz ⁊ reconciliauit hoiem deo reparauit casuz ⁊ reconciliauit hoiem angelo. destruxit varios ritus: ⁊ recōciliauit homiem hōi. Restaurauit ergo ꝑm aplm ephesi. i. que in celis ⁊ que in terris sunt. ⁊ ob hoc illa celestis milicie multitudo psallebat gloria in excelsis deo i. in angelis qui nunq⁹ peccauerunt nec discordiam cuz deo habuerunt. Et in terra pax a christo facta hominib⁹ videlicet iudeis ⁊ gentilib⁹ bone voluntatis q⁹ vsq3 ad xp̄i natiuitatem propter peccata sua cuz deo ⁊ cuz angelis discordiaz habuerūt. Hinc etiam est q⁹ angelus loquitur ⁊ cōgaudet pastorib⁹: q⁹ pax est iter angelos ⁊ hoies reformata: nascitur deus homo: q⁹ pax est inter deuz ⁊ hoiem restaurata. nascitur in p̄sepio bouis ⁊ assini: q⁹ pax est iter hoies ⁊ homines reparata. Per boue enim iudaicus per assinū gētilis populus figuratur: ꝑm illud non arabis in boue ⁊ asino iudeo. s. ⁊ gentili. xvi. q. vij. in noua. Et iteruz cognouit bos possessorem suum: ⁊ asinus presepe dñi sui. iō ergo canitur hymn⁹ iste. q⁹ quez venerātur angeli in celis. hoies venerant̄ in terris: per hoc q⁹ dicitur Gloria in excelsis ⁊c. representatur meritia antiquorū patruz ex tedio expectandi incarnationē dñi. Isa. xxviij. expectare deum ⁊ c. Et iō etiā cantatur alleluia: q⁹ habebant spem liberationis. vnde p̄s. Speraverunt ⁊ liberasti eos. In hoc quoq3 hymno notat̄ spes ecclesie qua cum angelis sperat se canere. vnde iam illorum canticum assumit. Sequitur laudamus te. s. in en arrabilia opera tua predicādo: q⁹ verba ⁊ sequentia a beato Hilario pictauen. asseruntur apposita fuisse: ⁊ precedentia solum antiquitus dicebantur in missa. Inno. tū tertius dixit illa a Thelesphoro papa addita fore. Alij vo a Simacho papa. ¶ Simachus papa constituit tam in dominica die quaz in natalicijs martyrum. Gloria in excelsis ad missaz cātari: q⁹ sanctos per dominicam resurrectionem gloria angelorum societas esse recolitur. Cantatur etiā in festis apostolorum ⁊ confessorum in quorum ho

tam in o
X̄n nam
comu

norem quecūqz ecclesia dedicata est: ⁊ generaliter in festis que nobis celestez solēnitatez repzesentant. In diebus vero luctus ⁊ ieiuniozum nō dicitur: preterq̄ in duob⁹ sabbatis specialib⁹ ministrijs ornatis. Juxta illud cantate domino canticū nouum prout dictuz est in prohemio huius partis. Dictus quoqz Thelesphozus papa precepit illuz cantari ad missaz noctur nam natalis domini quaz ⁊ ipse instituit. Quidaz dicunt non esse cantandum in missa nisi in hora tertia: qz tūc spūs sanctus super apostolos descendit ⁊ eos gloria ⁊ exultatiōe replcuit. Innocentius tertius statuit vt qñ i diebus profestis celebrarē in honorē beate uirginis vel spiritus sācti vel sācte crucis: nec hymnus angelicus nec symbolum dicatur: nec etiā te deū laudamus in laudibus matutinis. In aduentu vero vel in septuagesima non canitur ꝓut ibi in septima p te ⁊ sub ti. de septez diebus post pasca dicē. Episcop⁹ tamen bethlemitanus ex abusu omni die ⁊ omni missa ⁊ pro defunctis gloria in excelsis decantat pro eo qō hymnus ille Luca testante. primo in bethlemitana regione cantatus est.

¶ De salutatiōe ad poplm. Rubrica.

Angelico hymno finito sacerdos ad poplm se voluens illum salutat dicens. dominus vobiscū qō sūptū est ex libro ruth. ij. Sic enim legitur booz salutasse messores suos ⁊ ꝓpheta in paralypomenon assa regez ⁊ g̃cuz eo erant ⁊ angelus salutās gedeonez dixit dñs tecuz booz quidam figuram saluatozis expressit qui ruth moabitez duxit vxorem. Et hec salutatio significat salutationem quā xps fecit apostolis post resurrectionē de quo in quinta parte sub ti. de prima dicē. In omnibus ergo misse orationibus sacerdos p̄mittit dominus vobiscū nisi in orationib⁹ que precedunt ꝓphetias vel etiā orationes super populū in quadragesima. ⁊ nisi in orationibus que imediate sequuntur post primā orationez. ⁊ in illis que dicunt in parasceue. sed tunc missa nō dicitur licet sacerdos cōmunicet Cuz enim per dictaz salutationez optetur dominuz esse cū populo qui est in eo per spiritū gratie septifozmis. ideo ecclesia ordinauit septies tantum in missa populum salutari vt iam dicetur. Idcoqz i premissis orationib⁹ tantuz dicitur. Premittit tamen alijs exhortatio ad humilitationē pflectamus genua vel per humilitate capita uestra deo: qz oratio que facienda est cuz ieiunio ad malignum spirituz eijciendū tūc de muz valet si cum humilitate fiat. Rursus i diebus ieiuniozū repzesentat ecclesia tempus babilonice captiuitatis. Merito ergo sacerdos tunc populuz vt pote absentem nō salutat. nec se ad illuz cōuertit: sed absolute incipiens. Oremus insinuat ꝓillo fore orāduz ⁊ quia oratio debet fieri cum effectu mox subijcit flectamus genua vel humilitate capita vestra deo. Repzesentat etiā tempus dominice passionis quod precipue post cenam cum discipulis factam incipit. quia ergo tempore illo dominus discipulos non salutauit. sed eos ad orandum pluries excitauit tō sacerdos tūc populum nō salutat. sed ei orare insinuat sed ⁊ quia tē pore illo xps in oratiōe genua flexit. ideo mox ad genua flectendum inuitat. Dicit autē flectamus genua in persona vniuersitatis omnium fidelium quasi omnium sindicus seipsum includens. ⁊ ideo loquitur in prima persona excitans se ⁊ omnes ad orandum humiliter ⁊ deuote sed mox subijcit leuate in persona alterius. s. xpi cuius typum gerit in officio misse. ⁊ tunc loquitur in secunda persona ⁊ in dissimili cantu quasi ipe xps dicat surgite qm̄ vestram humilitatem ⁊ deuotionez video ⁊ tunc vice omniuz loquitur siue orat qd significent collecte que dicuntur post flectamus ⁊ post humiliate. dicetur i quarta parte sub quarta feria in capite ieiunozum. Alijs vero diebus ecclesia rēpus exultationis ⁊ plenitudinis que ꝑcipue fuit post xpi resurrectionez repzesentat ⁊ tūc sacerdos populum salutat repzesentans vt premissum est qz dominꝰ post resurrectionez discipulos salutauit. Sacerdos ergo orationib⁹ p̄mittit dominꝰ vobiscuz: vt populuz reddat attentum qz mens eius ad deum dirigat̄ ⁊ ei p intentionez cedula ꝓiungat̄. ⁊ est sensus dñs vobiscuz ideſt in vobis maneat ⁊ vos p̄mio vite eterne remuneret ⁊ petitionibus vestris effectum tribuat seu gratiam dei impetretis pseuerantes in illa. Chorus vero ⁊ populus respondēt. ⁊ cum spiritu tuo qō sumptuz ex epistola secunda ad thimo. vl. vbi dicitur dñs Jesus xps. cum spiritu tuo. huiusmodi eteniz mutue salutationes notant qz sacerdotis ⁊ populi vnus debet esse affectus. ⁊ est sēsus tu pro nobis facturus es preces ad dñm ⁊ qz dñs deus preces illas tñ approbat ⁊ exaudit que ex bono corde procedunt. oramus ⁊ nos similiter pro te. vt ille sine quo nullum est bonū sit cuz spiritu tuo vt qui tecum est in ore sit ⁊ in corde ⁊ in te maneat. ⁊ p̄m hoc cessat hesitatio querentium q̄re populus respondet ⁊ cū spū tuo sacerdos dicendo dñs vobiscuz optauerit dñm esse cū illis non solū in spiritu verum etiam in corpzenam ⁊ idipsum populus per hanc responsionez optat vt premissum est. Potest etiā dici qz in hac responsione populus se refert solum ad actionem imolationis ad quam sacerdos procedit. in qua per spiritum totaliter elevatus ⁊ ab omni terrēitate prozsus abstract⁹ esse debet. Post qz vero chorus respondit ipse ad altare reuoluit. s. ad orientem: vt dicetur in prohemio. v. partis ⁊ quasi parum de sua bonitate confidens vniuersalem ad se colligit ecclesiam dicens quasi omnium sindicus ozem⁹ quasi dicat orate omnes simul mecum vt quod postulamus citius impetremus quoniā impossibile ē multitudinem non exaudiri ⁊ sic orationem dicit dicēdo ergo oremus hortatur alios ad orandum qm̄a ⁊ ipe monuit christus discipulos orare dicens. orate nē intretis in tentationem ⁊ p⁹ea orat. quia p⁹ea christus orauit ipse. n. fecit ⁊ docuit. quod autez dicit oremus ab antiquis habemus qui premisso oremus subiungebant cōiter orationem. dicit autem oremus stans añ mediū altaris ꝓpter rationes positas i principio p cedētis ti. ozo aūt quā dicit significat idulgētiā quam dñs repmisit ⁊ deide transit ad dextrā partē altaris

vt dicetur sub ti. se oratiõe finita chorus rñdet amen qõ est hebraicum verbum. q. d. fiat nobis sicut orasti seu feciliter acta fit oratio tua. ⁊ ẽ sumptũ amẽ ex apoca. 10. Ambro. exponit amẽ. i. verũ est qõ sermo sonat affectus sentiat: de cõ. di. ij. reuera in fi. ℣. di. sedulo iij. q. v. ⁊ hoc autẽ: qñqz ponitur pro vere vt ibi amen amen dico vobis: exẽ de iureiur. ⁊ si xp̃s: put sub ti. de oratione dicetur. ⁊ nota q p̃missa salutatio. s. dñs vobiscum ad minores ⁊ imperfectiores ⁊ simplices pertinet sacerdotes. eps vel eius superior qui perfectus esse debet ⁊ expressam xp̃i similitudinẽ gerit vt se vicarium xp̃i ostendat oraturus prima vice vtit̃ vbo dñi dicẽtis Jo. xx. pax vobis. que fuit prima vox dñi ad discipulos qñ eis post resurrectionem apparuit q̃ si diceret in p̃ti detur vobis pax pectoris ⁊ in futuro pax eternitatis. Be vtraq; Jo. xiij. pacem relinquo vobis. Pacem meaz do vobis hoc etiam verbo vsus est dispensator. Joseph ad fratres eius. Postea vero ad instar ceterorũ sacerdotũ dicit dñs vobiscuz: vt se esse vnum ex ipsis ostendat. xcv. di. olim. ⁊. c. se. i fi. Et est aduertendum q tunc demũ pax vobis dicit̃ quando gloria in excelsis cantatur: ⁊ hoc ideo vt correspõdeat ei quod ibi dicitur ⁊ in terra pax hominibus ⁊c̃. Preterea hec salutatio a christo tempore gaudij ⁊ letitie. s. resurrectionis ad discipulos facta illi cantico letitie correspondere debet. Sunt etiã qui dicunt q põtifex soleniter celebrans in diebus quibus gloria in excelsis dicitur representat christum post resurrectionem seu resurrectionis gaudium quo tempore sepe christus dicta salutatõne ad discipulos vsus est: iõq; xp̃m imitando premissis diebus h. d. In missis vero quas alijs diebus, vel temporibus dicit: vel etiam que ab inferioribus dicunt̃ christi passio figuratur ⁊ planctus atq; afflictio cõformat̃. Et ideo in illis pax vobis non dicitur ne gaudium cuz dolore misceatur. Potest etiam dici q per xp̃m facta est pax inter deũ ⁊ hominem ⁊ inter angelos ⁊ homines: quod manifestauit angelus quando in christi natiuitate cantauit gloria in excelsis deo ⁊ in terra pax hominibus. Pacem vero inter deuz ⁊ homines manifestauit xp̃s quando post resurrectionem dicit apostolis pax vobis hec representantur in missa. ¶ Primum per quẽlibet sacerdotem qui potest cantare gloria in excelsis angelum representans. Secundum per cp̃m qui solus dicit pax vobis representans christum qui in persona ecclesie dixit apostolis pax vobis. vtrumq; autẽ dicit eps soleniter celebrans quia vtrumq; s. xp̃m ⁊ angelum representat. Ipse enim specialior est xp̃i vicarius ℣ simplex sacerdos: ideoq; cum omittit officium angeli. s. temporibus quibus cantica leticie subticentur. s. te deum laudamus ⁊ gloria in excelsis omittit similiter ad hoc officiũ christi non dicẽs pax vobis sed dñs vobiscum sicut simplex sacerdos. Nõ enim per cp̃m qui representat christum ⁊ angelum vna pax sine altera nunciat̃. Idez etiam est in ite missa est qõ non dicit nisi gloria in excelsis dicat̃. ¶ Sane diacon⁹ nõ dicit dñs vobiscum p horas eo q non ita gerit typum christi qui per Booz hac salutatione vsus est: sicut sacerdos qui ea in persona xp̃i vtitur legens tamen euangelium hoc dicit: quia tunc vtitur officio predicatoris: ⁊ pronunciat doctrinam ab ipso xp̃o imediate, platam: ⁊ etiam cereum paschalem bene dicens quia tunc xp̃i resurrectionẽ representat. Sũt tamen quidaz qui dicunt q in diuinis officijs que dicere tenentur licite possunt hoc dicere cum prohibitum nõ legatur quibus generalis vsus ecclesie contradicit vt se inferiores sacerdotib⁹ cognoscãt. ¶ Notandum aũt est q septẽ vicibus populus saluratur in missa quatenus exclusis septem vicibus capitalibus suscipiat gratiã septiformẽ. Mysteriũ enim misse ad septem dona spũs sancti refertur. Primo in ipso missa exordio ante collectã. Secundo ante euangelium. Tertio post euãgeliũ siue dicto symbulo. s. ante offertorium. Quarto ante prefationẽ cum dicit sacerdos per oia secula seculorũ: ⁊ cõsequenter dñs vobiscuz. Quinto ante pacis osculum cum dicit: Pax dñi sit sẽ per vobiscum. Sexto ante primam post cõmunionez Septimo finito finali post cõmunionem vel orationem. In prima salutatione spũs sapientie intelligit̃: quia sapientia intrauit in hunc mundum vt saluaret nos. In secunda spũs intellectus ideo enim predicauit ut doceret nos. In tertia spũs consilij: hoc enim secreto dei, concilio se passioni obtulit vt redimeret nos. In quarta spiritus fortitudinis: quia pendẽs in cruce diabolum expugnauit vt redimeret nos. In qnta spiritus scientie quia resurgens discipulos salutauit ⁊ eis sensuz aperuit vt erudirent nos. In sexta spiritus pietatis quia sola pietate humanam naturam super astra leuauit vt exaltaret nos. In septima spiritus timoris quia angeli tremebunt cum venerit ad iudicium vt glorificet nos. ¶ Ceterum in qualibet salutatione mutatur officium misse: ⁊ de vno officio ad aliud transitur quare merito salutatio premittitur cum enim ad operarios nouiter ingredimur eos salutare solemus ⁊ sm hoc octo officia sunt in missa. ¶ Rursus salutatur etiam in octauo vt quidam volunt sez post offertorium ante secretellam naz voluẽs se ad populum dicturus orate fratres ⁊c̃. debet dicere sub silentio dominus vobiscum. Verum licet eis quos salutamus faciem regulariter representemus tamen in quinq; duntaxat expremissis salutationib⁹ sacerdos ad populum se conuertit. nam in illa salutatione que fit ante euangelium se non conuertit. q⁹ iaz intentus est ad verba dei annunciandа. nec etiam in illa que fit ante prefationem: quia iam intentus est ad sacrificium altaris tractandum. nec etiam in illa que fit ante pacis osculum. quia iam tenet corpus xp̃i in manibus ⁊ habet cor sursum ad deũ. Et oño intent⁹ est ad reuerenter illud tractandum. ¶ Nemo enim mittens manũ ad aratrum ⁊ respiciẽs retro aptus ẽ regno dei: extra de vo. magne. Ceterũ quina ad populũ cum dñs vobiscũ facta cõuersio significat gnq; apparitiones quas xp̃s fecit discipulis suis in die resurrectõnis. Prima fuit Marie magdalene Joh. xx. ⁊ Math. vlti. Secunda eidem ⁊ alijs mulieribus redeuntibus de sepulchro quando dixit eis: auete. Math. vltimo. Tertia Petro. Quarta duob⁹ discipulis euntib⁹ in Emaus. Quinta i domo decẽ discipulis

abſente Thoma Joh̃.xx. Sz quia altera illaruz manifesta nō fuit quādo vz primo apparuit. Marie magdalene. vel ſm alios quādo apparuit. Petro quia nescitur quando aut vbi: ideo ſacerdos ante ſecretellam dicturus orate fratres predicit ſub ſilentio dominus vobiſcum. ſed patenter dicit orate ꝛc̄. quia patenter dixit apoſtolis: Orate ne intretis in tentationē. Fuerunt etiam ꝛ alie apparitiones de quibus nil ad preſens. Non eſt etiam omittendum ꝙ ſacerdos ſemp voluerit ſe ad populum ad dextram ꝛ per eandem ſe ad altare reuoluit quaſi ipſo facto dicens. Dextera domini fecit virtutez dextera do. ex. m. dex. do. fe. vir. Secundo ad deſignanduz ꝙ in ſepulchro dominico angelus a dextris ſedebat. Tertio vt per hoc ſacerdos innuat ſe rectam ꝛ obtentam habere intentionē pro ſe ꝛ populo ad celeſtem patriam que per dextraz ſignificatur: iuxta illud in canticis: Dextra eius amplexabitur me. Quarto quia verſus ſalutando populum ꝛ conuerſus dicendo oremus hortatur taz ſe ꝙ̄ populum ad orandū: ꝛ oratio debet fieri pro eternisque per dextrā ſignificatur. vnde xp̄s ſedere dicit̄ ad dextram patris merito a patre dextra ſit vterqz gerit quippe ſacerdos typum xp̄i qui perfectus eſt in ſalutationibus ꝛ orationibus que ad dextrā fiunt. Verū tamen poſtq̄ dicit orate pro me fratres ꝛc̄. ſe reuoluit ad ſiniſtra: iuxta illud pſalmiſte. Circuiui ꝛ imolaui in taber. eius ho. vo. ꝛc̄. preparans ſe ad imolandum quendam circuituz facit ſc̄ igitur conuertit tunc ad ſiniſtraz que imperfectior ꝛ infirmior eſt ad notanduz imperfectionez cuiuſlibet ſacerdotis preter xp̄m. Hic eſt ꝙ premiſſa verba dicendo obſecrat tanq̄ imperfectus ꝛ peccator ꝛ indigens aliorum auxilio impendi ſibi ab aliis ſiue beneficiū orationis. Secundo quoqz reuoluitur tunc a ſiniſtra vt per hoc ſignificet triſticiā de paſſione xp̄i ad quā repreſentandā ſtatim intendit. triſticia enim recte per ſiniſtram ſignificat̄: iuxta illud apoſtoli: a dextris ꝛ a ſiniſtris per gloriam ꝛ ignobilitatem. per infamiam ꝛ bonā famam. Debent etiam fieri ille volutiones ꝛ reuolutiones ante mediuz altaris: iuxta illud: in medio eccleſie aperuit os ſuū ꝛc̄. In quo ꝛ illud cōmemoratur ꝙ redemptor noſter iuxta ſalomonem corpus ſuuz media charitate conſtruxit propter filias hieruſalē: ꝛ attendite quia quidā dicto dominus vobiſcum ad altare reuoluti dicunt oremꝰ ſtantes ante medium altaris: per hoc inſinuantes ſe in loco manifeſto ꝛ populo conuenienti orare. ſ. ante medium altaris quodqz populus debet de medio cordis orationes ad deū effundere. Alij vero ad dextrū cornu altaris vbi orationē ꝓferre debent dicūt oremꝰ vt ſic inter inſinuationē ꝛ orationē nullū actū aliū interponant: ꝛ vt ibi p̄cedat orādi inſinuatio vbi mox ſubſequi ipſa oratio ꝛ orantis populi eſſe debet intentio.

¶ De oratiōe ſeu collecta. Rubrica.

SAlutatione, premiſſa ſubjiciūt̄ quia eni omnis noſtra oratio a deo inchoata circulariter in ipſum terminari debet. ideo miſſe officium incipit ab oratione ꝛ terminatur in gratiarum actione. Unde videndum eſt quis debet orationes dicere qualiter ꝛ pro quibus ſit orandum. Quid ſit oratio ꝛ quando ꝛ vbi ꝛ verſus quam partez orationes dicende ſint. De mutatione ſacerdotis ab vna parte altaris ad alterā: vnde orationes dicantur ꝛ vnde originem habuerūt. qualiter verba eorum intelligantur. Qualiter orationes terminentur. Quare voceatur collecte. Que ꝛ quot orationes dicende ſunt ꝛ de inuentoribus earū. Quomodo pontifex vel ſacerdos illas dicens ſtare debet. ¶ Circa primum notandum eſt ꝙ ea quibus populus imediate ordinatur ad deum ſacerdotes tantum dicunt qui ſunt mediatores inter deum ꝛ populum: quorum quedam dicuntur publice ſpectantia ad totum populum in cuius perſona ipſe ſolus ea deo ꝓponit ſicut ſunt orationes ꝛ gratiarum actiones quedam priuatim que ad officium eius tantum ſpectant vt conſecrationes ꝛ huiuſmodi orationes quas ipſe pro populo facit. nō tamen in perſona populi orans ꝛ in omnibus premittit dominus vobiſcum vt mens populi deo cōiungat̄: ꝛ qz populus i his que ad deuz ꝓtinent ſacerdoté dulcé hz. ideo in fine cuiuslibet ſue orationis populus cōſentit rñdens amen vt iam dicetur ꝓpter ꝙ omnis oratio alte terminat etiā ſi priuatim fiat. ¶ Sanē orandū eſt breuibꝰ verbis nō i multiloquio ut iā dicet̄. xij. diſ. oia. xliij. di. ſit rector ꝓpe. fi. vnde ꝛ greci parū ꝛ frequenter orant ſed in lachrimis ꝛ i puritate cordis nō in voce clamoſa: ſz i mentis intētione ꝛ lachrymarū cōpunctione: ſic in conſpectu divīe maieſtatis ꝛ āgelorū oz nos cē: vt mēs nr̄a voci cōcordet. iuxta illud pſalmi. Exaudiuit dñs vocē fletus mei. Et iterū: ſacrificiū deo ſpūs cōtribulat̄ ꝛc̄. Debet etiam oratio eſſe deuota: nā oīum creatori cū deuotione eſt ſupplicādum. Duz autē ſacerdos alte dicit oratiōez. alij non debent verbis orare ſed illam orationez attendere: ꝛ ad eam reſpondere amē. Pro quibus fit orādū dicetur in ſexta parte ſub ti. ō paraſceue. ¶ Quid ſit oratio ꝛ q̄ hora ꝛ vbi hore canonice dicende ſunt: ꝛ vſus quaz partez oranduz eſt dicetur in ꝓhemio. v. partis: quid ſignificet oratio q̄ dicit̄ añ epiſtolaz dicet̄ ſub ſub ti. de ceſſione cp̄i. Sane ſacerdos duz orat ad dextram conſiſtit altaris iuxta illud exo. xxx. deprecabitur aaron ſup cornu altaris ꝛ placabit ſup euz generationibꝰ ſuis in h̄ illud ſignās qđ fuerat ꝓphetatum. Deus ab auſtro veniet xp̄s enim iudeos docuit ad quos a patre miſſus fuit qz dextra iudeos gētiles ſiniſtra figurat ꝛ qñ leticia p dextram triſtitiā vo p ſiniſtrā deſignat̄. idcirco ad dextrā ptez altaris primū accedit vt gaudiū dñice natiuitatis oñ dat deinde dicturꝰ euāgeliū ad ſiniſtrā cōuertitur vt triſtitiā paſſiōis ſinuet: ſz itez redit ad dextrā vt gaudiū reſurrectiōis ānūciet. de hoc aliter dicit̄ ſub ti. de mutatiōe ſacerdotis. Romanꝰ vo pōtifex oraturꝰ ad ſedē pōt altare vl̄ aliꝰ cp̄us ad latus altaris aſcendit ꝛ ſtans collectā ꝓnūciat quā i libro legit aperto: ꝛ deinde ſeder: qz ſicut euāgeliſta teſtatur. Venit ihesus in nazareth vbi nutritus fuerat: ꝛ intrauit ſecunduz conſuetudinem diei ſabbati in ſynagogam ꝛ ſurrexit legere ꝛ traditus eſt ei liber Iſaie prophete quem vt

aperuit inuenit locum ubi scriptuz erat. Spiritus do
mini super me ꝓpter qꝺ unxit me: ⁊ cū plicuisset libꝝ
reddit ministro ⁊ sedit. Rursus pontifex ad latus al-
taris vsqz ad dictum offertorium morat̃: vt dictuz
est subti. qualiter ep̃s vel sacerdos. ¶ Sequitur vi-
dere vnde oratio dicatur: ⁊ vnde orationes originez
habuerunt. Et quidez dicitur oratio ab orando eo ꝙ
per eaz a populo bona corꝑis ⁊ anime orando pe
tuntur: licet enim dominus sciat quibus egemus. ora
re tamē debemus prout dicetur sub oratione domini
ca. orat enim sacerdos ꝓ bonis vt assint ⁊ ꝓ malis
vt absint. Designantur autē orationes in a poca. per
fumum aromatum q ascendet in cōspectu domini de
manu angeli. Christus enim verus homo ꝓpter nos
passioni deditus cuius illa vox est holocausta etiam
ꝓ delicto nō postulasti tūc dixi ecce venio: semper
ꝓ nobis orabat: quia secūdū aplm: Exauditus est
in omnib⁹ ꝓ sua reuerētia. ¶ Qualiter uerba ora
tionum intelligenda sint videamus. Et quidem qd in
quibusdam coditibus cōtinetur ꝓsit huic uel illi sā
cto talis oblatio ad gloriam ⁊ honorē. sic intelligi de-
bet ꝙ ad hoc ꝓsit vt ille magis ac magis in fidelibus
glorificet aut etiā honoret in terris: extra de cele. miss.
cum martha ꝓpe finem. Cuz enim ipsi sint pfecte bea
ti oia eis in celis ad votum succedunt. vnde non egēt
nostris orationibus: imo iniuriam facit martyri qui
orat ꝓ martyre: licet pleriqz reputent non indignum
sanctoꝝ gloriam posse vsqz in diez iudicij argumen
tari: ⁊ iō ecclīam interim rite ꝓ posse augumētatio
nem glorificationis eox optare. Qꝺ autē post finez
orationis subiungitur per dñm nr̃m ihm xp̃m illud si
gnificat qꝺ ipe in euāgelio dicit. Quicquid petieritis
patrez meū in nomine meo fiet vobis. Orat enim sa
cerdos ad deum patrem vt per filium suum qui dñs
noster est equaliter sicut pater oratio pficiatur. Hinc
enim est ꝙ omnis oratio generaliter ap patrē dirigit ⁊
terminat in nomie filij. Non enim per aliaz viam ad
nos eterna dei beneficia possunt decurrere q̃ ꝑ eū
qui est meditor dei ⁊ hominum. homo xp̃s ihs. x. di.
quoniam sicut per mediantē crystallum mittit ignis
in escam suppositam a sole longinquo. Et sumptum
est hoc de epistola ad romanos vbi dicit: Gloriemur
in deo per dñm nr̃m ihesuz. nemo. enī vadit ad patrē
nisi per me. Et ipse alibi dicit. Si qd petieris patrez
in noie meo dabit vobis. ¶ Et nota ꝙ ihs est ꝓ-
priuz nomē prout dictū est in prohemio secunde par
tis. Quod vero sequit qui tecuz viuit ⁊ regnat in vni
tate spiritus sancti ⁊ c̄. ita post intelligi: in vnitate spi
ritus sancti hoc est vna cum spiritu sancto. naz pater
⁊ filius ⁊ spūs sanctus sunt vnus. Vel in vnitate spi
ritus sancti hoc est in spiritu sancto: qui est vnitas pa
tris ⁊ filij: ⁊ amor ⁊ connexio vtriusqz. Possunt etiaz
sic expōi ꝑmissa ꝟba ꝓ dñm nr̃m ⁊ c̄. vt sit sensus. O
pater exaudi. ꝓ filiū tuū q hoc vult ⁊ pōt: vult qz viuit
potest qz regnat viuit i quā ⁊ regnat tecū i vnitate spi
ritus sācti: nō qdē viuit ⁊ regnat vt tyrānus spū iniq-
tatis: sz viuit ⁊ regnat deus spū bñignitatis. ¶ Qꝺ
ꝟo sequitur per oia secula seculoꝝ vel cūsecutiue vel
anthonomatice intelligi pōt. Consecutiue sicut gene
rationes generationū q̃si dicat: ꝓ oia secula seculoꝝ
sibi inuicē succedētia. dicunt̃. n. secula qz sequunt̃. naz
alijs descendētib⁹ alia sequūtur. Anthonomatice si-
cut cātica cāticoꝝ. ⁊ est sensus: sicut añ oia secula fili⁹
cū patre in vnitate spūs sancti in deitate vixit ⁊ fuit:
ita ⁊ in pñti seculo ⁊ in futuro: vbi iusti cū sanctis an-
gelis ꝑmanebūt: ⁊ ministri cū diabolis cruciabūtur:
credat̃ equaliter viuere cuz ꝑe ⁊ spiritu sancto: ⁊ nul
lo fine cōcludi. Sequit̃ amē: qꝺ ꝟbum optātis vel af-
firmātis oñdit affectum vel cōsensum vt premissum
est. populus. n. assētiōes voci sacerdotis q dixit ꝓ oia
secula seculoꝝ: assentit ꝙ seculū ꝓ eū creatū est. Oñ
in fine psalmoꝝ vbi nos dicimus fiat fiat. hebreus
dicit amen amen. Et xp̃s in euangelio sepe dicit amē
amen. i. veruz dico vobis. Respicit ergo ad formam
orationis vt quod oratur optetur vel ad modum con
clusionis vt quod concluditur affirmetur. verbi gra-
tia cū sacerdos orās dicit: Da nobis q̃s dñe salutem
mentis ⁊ corꝑis: pplus rñdet amen. i. fiat: ⁊ cum sa
cerdos concludit: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate
spūs sancti deus ꝓ omnia sec. sec. pplus affirmando
rñdet amen. i. vex est. vel amē interpretatur veritas:
vt in apocali. hoc dicit: amen testis fidelis. de hoc dic-
tum est in precedenti tractatu. ¶ Circa termina-
tionem collectaꝝ notandum est ꝙ i eis quādoqz dir̃i
gitur sermo ad patrē quādoqz ad filiū quandoqz ad
spm̃ sanctū: ⁊ q̃nqz ad totā trinitatē. Si sermo ad so-
lum patrem dirigitur non habita mentione de filio
neqz de spiritu sancto. tūc dicitur in fine ꝓ dominum
nostrum iesum xp̃m filium tuum qui tecū vi. ⁊ regnat
in vnitate spūs sancti deus ꝓ oia secula seculoꝝ fine
ꝓ eundem ⁊ eiusdē vt in illo oratione. Protector in te
sperantium ⁊ c̄. Si vero fiat mentio de filio vel de spi
ritu sancto refert an ante finalem partem orationis
an in fine ipsius fiat mentio de filio. Si vero dirigit̃
ad patrem habita mentione de filio ante finem tunc
dicitur in fine: per eundem dñm nostrum ⁊ c̄. vt in illa
orone. Deus qui de btā maria viginis ⁊ c̄. Si in fine
tunc subiicit̃ immediate qui tecum sine per cundez ⁊
eiusdem: vt in illa collecta sancti Stephani. Omni-
potēs sempiterne deus qui primitias martyrum. Et
in illa: Deus qui salutis eterne. Vel dñm nostrū ihe-
sum xp̃m. sine p: vt in illa collecta: Deus qui nos redē
ptionis que dicit̃ in vigilia natalis: ⁊ in illa. Illumi-
na quesimus q̃ dicitur in epiphania: vel ihesus xp̃s
dñs noster: vt in illa: Deus q ad eternā. que dicit̃ fe-
ria tertia post pasca. ⁊ in secreta illa Ipsi tibi. q̃ dicit̃ i
cena dñi. Si vero in oratione q̃ ad patrem dirigitur
fit mentio de spū sancto. dicit̃ in fine per dominū no
strum: sed tunc dicit̃ ibi in vnitate spūs sancti deus ut
in illa: Deus qui corda fidelium. ⁊ in illa: Assit nobis
quesumus virtus spiritus sancti ⁊ c̄. Quod si fiat ibi
mentio primo de spiritu sancto: ⁊ postea de filio tunc
subiicitur in fine immediate qui tecū: vt in illa ora-
tione. Mentes nostras quesumus domine paraclitus
⁊ in illa: Ure igne ⁊ c̄. ¶ Rursus quando ad pa-
trem dirigimus sermonem orando vt ipse det nobis

spiritum vinificandi vel huiusmodi tunc dicitur per dñm siue per eundem vel eiusdem: vt in illa oratione que dr in benedictione cinerū. Deus qui humiliatione ꝛc. ꝛ in illa que dr in benedictiõe fontis. Omnipotens sempiterne deus respice ꝛc. si aũt sermo ad filiũ dirigat vt in illa oratione. Excita dñe potentiam tuaz ꝛ veni. ꝛ silr in alijs collectis de aduentu dñi: ꝛ in illa. Deus q virginalem aulaz: tũc dr i fine: q vi. ꝛ regnas cum deo pre in vnitate spiritus sancti de⁹ ꝛc. Et si fiat ibi mentio de patre tun dr q cum deo patre ꝛc. vt i illa oratione canonis. Dñe ieſu xpe fili dei ꝛc. Si vo sermo dirigitur ad spm sanctum dicũt quidaz q tunc dicitur in fine: q cũ patre ꝛ filio viuit ꝛ regnat deus ꝛc. Verũtamẽ ois oratio dirigitur ad prem vel ad filium ꝛ nulla ad spm sanctum: qr spũs sanctus est donũ: ꝛ a dono non petit donũ sed potius a largitore doni. Petitur ergo a pre ꝛ filio: ꝛ ad eos fmo dirigitur tanq̃ a donatore ꝛ non a spũ sancto qui est donuz: ꝛ piter ab vtroq̃ pcedit. Si aũt ad totam trinitatem sermo dirigitur tunc dr in fine p dñm siue per eundez ꝛ eiusdẽ vt in illa oratione canonis. Suscipe sancta trinitas: ꝛ in illa que dr in fine misse. Placeat tibi scã trinitas: ĩ quibus dicit per christuz dñm. quod succedit in orationibus in locum per dominum nostrũ causa brevitatis. Idemq̃ est in oratione que ad deum pr̃em dirigitur de eo mentio fiat: vt in illa. Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis. tunc dicunt qdaz qui vivis ꝛ regnas deus p omnia secula seculorum.

Alij vero intelligentes q oratio ipsa ad deum filium dirigatur. dicunt tunc qui vivis ꝛ regnas i vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. ꝛ in illa oratione. Fidelium deus oium conditor. tota nanq̃ trinitas conditor ꝛ redemptor est. lz christus proprie sit redemptor. Potest etiam dici q oratio que ad trinitatem dirigitur concluditur sine aliqua psonaruz distinctione: sic qui vi. ꝛ re. deus p omnia sc. sec. Vel cõvertat orans fmonem ad se vel ad populuz. d. qõ ipse ꝓstare dignetur: ꝛ sic etiã concluditur in orationibus benedictionalibus. Sane in oratione in qua fmo dirigitur ad caput ecclesie. videt debere dici q vivis ꝛ regnas cuz christus sit caput ecclesie: extra de sacra vnctione. c. i. sed non est ita. Tota nanq̃ trinitas est caput ecclesie: ideoq̃ dici debet p dñm nostruz. In exorcismis vero ad expellendum demonem aliter dicitur quoniam in aque benedictione dicit per euz qui venturus est iudicare vivos ꝛ mortuos: ꝛ seculum p ignẽ Similiter ꝛ in catheciſmis dicit q ventur⁹ est ꝛc. quã cito enim dyabolus audit christum esse venturũ iudicare seculum per ignem. fugit timens iudicium ignis qr scit se post diem iudicij eterno igne premendũ. Eadem quoq̃ rõne dixit magister Hilbertus: q orationes in exequijs mortuorum debẽt silr modo finiri. cõmunis tñ vsus ecclesie tenet vt dicatur: p dominuz nostrum ꝛc. in illa tamen oratione. Fidelium deus omnium conditor. debet dici q vivis ꝛ regnas ꝛc. vt premissum est. Et aduerte q orationes in laudibus i missa ꝛ in vesperis: sub eodem ꝛ solẽniori tono dicuntur ꝓ eo q ille hore solẽnius ꝛ festiuius in ecclesia dicuntur. in alijs vero horis ꝛ officijs alius tonus minus solennis seruatur: tum qr minus solenniter dicuntur: tum qr ille ad alium referri possunt signatuz. omnib⁹ aũt orationibus ꝓter q̃ exorcismis premittitur oremus non tñ semp dñs vobiscum. vt dictum est in ꝓcedenti titulo. ¶ Sequit videre quare orationes que circa ꝓncipium misse dicunt: collecte vocantur. Et qdem ideo qr sacerdos qui fungitur legatione ad deuz pro populo. in eis petitiones omnium in vnum colligit ꝛ concludit: vt eas ad dominum referat: ꝓprie tamen dicuntur collecte que super collectum populum dicuntur: puta in processionibus: vel dum colligit populus ad stationem faciendam: vt de vna ecclesia ꝓcedant ad alteram. lix. di. quoniam de conse. di. v. conuenit. In vrbe nãq̃ quelibet ecclesia stationalis habet aliquam ecclesiam sibi vicinam in qua colligit populus die stationis: ꝛ ibi dicitur collecta super populum collectum: ꝛ inde omnes simul ad ecclesiam in q̃ fit statio accedunt. Unde in concilio agat beñ. de consecra. distinc. v. conuenit. in fine: dicitur q plebs collecta oratiene ad vesperam dimittatur ab episcopo cuz benedictione. ꝛ est sumptum hoc nomẽ de leuitico vbi cenophegia que est vltimum festorum legalium collecta vocatur: pro eo quia in fructuum collectione fiebat ꝛ figurabat futuram operum nostrorum collectionem cum dicetur. Ecce homo ꝛ omnia opera eius cũ eo. ¶ Orationum varij fuerunt doctores quarum numerus ꝛ varietas in tantuz excrescebat: q octauũ affricanum concilium constituit vt mlile preces vel orationes vel misse vel prefationes vel commendationes vel manuum impositiones dicantur: nisi in concilio fuerint approbate. Et gelasius papa tam a se q̃ ab alijs compositas preces dicitur ordinasse. Beatus gregorius se clusis his que nimia vel incongrua videbantur. rationabilia coadunauit congrua multa: nihilominus per se necessaria superaddens.

¶ Ceterum quidam modum ꝛ ordinem excedentes in tantum orationes multiplicant: vt auditoribus tantum tedium generent ꝛ fastidiuz: quasi deus ꝛ homo verborum multitudine flecti possit: vt premissum est de consecra. distinctio. v. non mediocriter. cum ecõtra Ysaias dicat. Cuz multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam: ꝛ dominus in euangelio dicat. Cum oratis nolite multuz loqui sicut ethnici faciunt putant enim in multiquio exaudiri: Unde cum ei dixissent apostoli. Domine doce nos orare: compendiosam eos orationem docuit. Pater noster ꝛ cetera. Huiusmodi ĝ orationis formã sequentes sacerdotes in missa septenarium orationis numerum non excedunt. Nam christus septem petitionibus omnia corpori ꝛ anime necessaria comprehendit in illa: prout sub eo dicetur: quia vero numero deus gaudet impari. quidam obseruant vt impares dicant in missa orationes: videlicet vel vna tantum: sicut vna epistola vel vnum euangelium dicuntur: ꝛ iste numerus est ordinarius: vel tres vel quinque vel septem. Unam ad designandum fidei vnitatem vel vnitatis sacrm Tres ad significandũ mysterium trinitatis: ꝛ qr xps ter ĩ passione orauit. d. Pater si fieri pot trãseat a me calix iste. Minq̃ ad designandũ. v. plagas xpi: seu in

qncupartitam xpi passionem. Septem ad designandum spiritum gratie septiformis seu septem dona spiritus sancti deus eñ diuisionem ⁊ discordiaz detestatur. Unde cũ ceteroꝝ dierum opib⁹ benediceret operibus tñ secũde diei benedixisse nõ legitur: eo q̃ binarius numerus p̃mo ab vnitate recedebat. ⁊ ab eo ceteri diuisibiles numeri originem sortiunt̃: ⁊ impar numerus mundus est. xxxij. q. i. nuptie. ¶ Et nota q̃ in sũmis festis tantũmodo dicitur vna collecta: nisi forte eadem die aliud festum occurrat. ¶ Sciendum quoq; est q̃ totidem collecte ⁊ eodem ordine dici debent in secreta post cõionez. quot p̃cesserunt ante epistolam in exordio misse nec plures nec pauciores. finis nãq; dz suo principio: ⁊ quelibet post cõionem collecte ⁊ secretelle p̃cedentibus cõuenire. Cauendum ẽ etiam q̃ si collecta p̃ defunctis intermisceat̃ in missa que dicitur p̃ viuis: non finalis sed pe. vel antepenultima dicatur: q̃ finis dz ad suum p̃ncipium referri: de conse. di. i. nullus episcopus. Sempeniz facienda est memoria p̃o defunctis: put dicetur sub. x. particula secrete super verbo. Memento etiam domine ⁊c̃. q̃ etiam illi viuoꝝ ⁊ etiam sanctoꝝ in quorum honore celebrant̃ qui vita glorie viuunt auxilio egent. Sed in missa p̃o defunctis intermiscerim non debz collecta p̃o viuis: etiam vt quidam dicunt illa cõis. Deus qui viuorum dominaris ⁊c̃. ab Aug. composita ad notandum q̃ defuncti iuuare nequeunt viuentes in hac vita: nec etiam implorare eterna vita: licet ipsi iuuari valeant ab vtriq;. In missa tñ p̃o defunctis potest vt gdam dicunt esse penultima collecta de sanctis ⁊ conuerso. Innocen. papa primus composuit quattuor collectas p̃o mense septembri. Innocẽtius vero papa tertius composuit illã. A cunctis nos quesumus domine mentis ⁊ corporis defende ⁊c̃. In ecclesia lateran̄. nunq̃ dicitur oratio: sed in missa ⁊ in omnibus horis loco orationis alta voce p̃nunciatur oratio dominica: que in nouo testa. prima oratio fuit. Nam ⁊ in primitiua ecclesia sic fiebat. ¶ Sane pontifex seu sacerdos dum orare seu orationem dicere incipit manus eleuat ⁊ extendit. iuxta illud. Manus dimissa erigere ⁊ genua debilia roborate: ⁊ romano pontifici etiam alijs episcopis in multis ecclesijs ministri astantes eleuatas manus sustentant que manuum eleuatio a lege sumpsit exordium. Legitur enim Exo. xvi. c. ⁊. xxxvi. di. si quis q̃ cum israel pugnaret aduersus amalech in deserto Moyses ascendit super verticem collis. Cunq; leuaret manus vincebat israel. si vero paululum remisisset: amalech populum superabat. Aaron autem ⁊ hur sustentabant manus eius ex vtraq; parte. Legitur etiaz. iij. Re. c. viij. q̃ Salomon stetit ante altare domini in cõspectu ecclesie israel: ⁊ expandit manus suas in celum orans p̃ populo: ⁊ Heñ. iiij. Leuo manum meaz ad dñm deũ excelsum. Eleuatio autem ipsa representat q̃ christus eleuatis manibus ferebatur in celum: vel eleuat manus ad instar saluatoris in cruce pendentis. Unde illud: Eleuatio manuũ meaꝝ sacrificiuz vesptinũ. Extensio vero manuũ ideo fit. Nam xps cum expandisset manus in cruce, p̃secutoribus orauit dicens. Pater mi dimitte illis q̃ nesciunt qd faciunt. moraliter instruens: q̃ xps semper paratus est recipe penitẽtes. Juxta illud quod ipse p̃misit: Omnis qui vẽit ad me non ejiciam foras. Quidaz tamen perfidi heretici derident huiusmodi manuum intensionem p̃pter illud Isa. Cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis.

¶ De epistola. Rubrica.

Oratione finita dicit̃ epistola que significat doctrinam apl̃oꝝ. eleganter autem p̃cedit oratio: q̃ legitur Luce. x. c. Rogate dominum messis vt mittat operarios suos in messem suam. ¶ Sane epistola grece latine supermissio vl̃ superogatio dicitur ab epi quod est supra ⁊ stolon missio missa enim est ab apostolis supra legem moysi super psalmos ⁊ prophetas supra euangelium sicut ⁊ prophetie supra legem. vnde ⁊ littere de vna persona ad aliam misse appellant̃ epistole. scilicz supra misse quasi misse supra seu preter id quod refert nuncius viua voce: sicut ⁊ apostolus supra id quod dixerat ephesijs cozinthijs ⁊ alijs epistolas mittebat. Legi debet epistola ꝑm magistrum petrum antisiodoren̄. in dextra parte ecclesie: quia christus primo venit ad iudeos qui dicebantur in dextra esse. Melius tamen fit in medio ecclesie p̃o eo quod Joannes fuit medius inter apostolos ⁊ prophetas vt iam dicetur. Dicitur quoq; epistola in loco inferiori: euangelium superiori: ⁊ supposito pãno de quo sub euangelio dicetur. Premittitur autem epistola euangelio. Epistola nãq; designat officium quod Joannes ante christum exercuit qui preiuit ante faciem domini parare vias eius: sicut ipe testatur: Ego vos clamantis in deserto parare viam domini. Joannes ergo quasi subdyaconus ⁊ subminister illi⁹ qui de se dicit. Non veni ministrari sed ministrare. Unde sicut predicatio Joannis precessit predicationem christi: ita epistola euangelium precedit gerit quoq; epistola figuram legis ⁊ ꝓphetie: que christi aduentuz precesserunt: sicut ipsa euangelium precedit. Precessit quidem lex euangelium: sicut ymbra lucẽ: sicut timor charitatem ⁊ initium perfectionem. ¶ Sane subdyaconum epistolam lecturum vnus tantum comitatur acolytus: q̃ predicationem Joannis pauci secuti sunt quoniam lex neminem ad imperfectionem ducit: sed dyaconum euangelium lecturum: tam subdyaconi q̃ acolyti ⁊ ceteri comitantur: quia predicationem euãgelij que perfectum facit plurimi susciperunt. Dici etiam potest q̃ per subdyaconi ⁊ dyaconi ad legendum: processum duplex christi manifestatio per duplicem eius aduentum significatur: quorum primus vnum tantum habuit precursorem. scilicet Joannem qui per subdyaconum precedentem significatur. Secundus duos habebit videlicz Enoch ⁊ Heliam qui per duos vel p̃ plures precedentes dyaconũ figurant̃ Facies aũt epistolam legentis respicere debet altare quod xp̃m significat: q̃ Joãnis predicatio se ⁊ alios dirigebat in christum: de cuius vultu iudicium ⁊ equi

tas ꝓcedunt: extra de eccle. bene. vt nostruꝫ. Is vero qui precedit subdyaconum euntē legere non vertit faciem ad legentem: qꝛ Jo. non ad se audientes: sed potius ad xp̄m se dirigebat: ſꝫ qui dyaconum euntem legere p̄cedebant nunc respiciunt ad euangeliū ⁊ ad faciem recitantis. Primo vt ex mutua vtriuſqꝫ ispectione amoꝛ ⁊ charitas xp̄i notet̄ qui in euangelio p̄dicatur. Secundo vt se esse contestes euangelice doctrine ostendant: sicut legit̄ in Jsa. Vos estis testes mei dicit dn̄s. Quia vero Joannes fuit limes p̄cedentium ⁊ subsequentiū: medius inter ap̄los ⁊ ꝓphetas. Haꝫ lex ⁊ ꝓphete vsqꝫ ad ioān̄em. ⁊ ex eo regnū dei euāgelizatur: ideo epl̄a nec semp legit̄ de ꝓphetis nec semper de apostolis: sed interdum sumitur de veteri testamento: interdum de nouo. Joānes enim cuius vocez representat epistola cū antiquis xp̄m predixit futurū dicens. Qui post me venit ante me factus est: ⁊ cum modernis christum ostendit presentem dicens: Ecce agnus dei ecce q̄ tollit peccata mundi. Interdum ergo sumit̄ de ap̄lis: qꝛ licet eoꝝ doctrinā non p̄cessit euangelium: tñ ad vitam actiuā refertur sicut lex ⁊ ꝓphetia ⁊ interdum de vete. testa. raro tamen: qꝛ velaꝫ templi scissum: nec ponendum est ante oculos velum. Epistola tñ non legit̄ de quinqꝫ libris Moysi qꝛ in illis temporalia ꝓmittebant̄. Jn cuius signum lectiones de illis sumpte terminant̄ in grauem accentuꝫ: vt iam dicetur. ¶ Considerandum aūt est q̄ quando lectio vel epistola de libris Moysi vel Salomonis sumitur. nomen eoꝝ recitetur: vt dicetur in ꝓhemio sexte partis. Jtem in epistolis sumūtur de ꝓphetis vl̄ de actibus apostoloꝝ siue de apocalypsi ponitur in p̄ncipio hec oratio. Jn diebus illis ⁊ in fine dicitur: ait dominus omnipotens: eo q̄ in libris illis hoc sepe scriptum inuenitur. Eadem etiam ratione dicitur in epistolis Jacobi ⁊ petri charissimi: ⁊ i epistolis pauli: fratres: ⁊ i christo iesu domino nostro. Jn epistola tamē ad hebreos dicunt q̄dam non debere apponi fratres eo q̄ apostolus suspectus erat hebreis: sed melius est vt apponatur: qm̄ q̄dam boni erant inter eos vt ipse eos in quodā loco eiusdez epistole vocat fratres. Propter p̄missam etiam causam dicitur in euangelio. Jn illo tempore: ꝓprie tamen loquendo nulla epistola est de veteri testamento: sed ille lectiones vocantur. Poꝛro licet in epistolis q̄ de apocalypsi leguntur dicatur. Lectio libri apocalypsis beati Joannis apostoli: in q̄busdam tamen ecclesijs ⁊ epistolis tacetur illud verbum beati. Certum est enim q̄ beatus Joānes preciꝑue fuit inter omnes apostolos a christo dilectus. Dilectio autem dei bonos nos efficit: qꝛ beatus quez elegisti ⁊ assumpsisti. Hac ergo consideratione eum sicut ceteros sanctos superuacuum est beatitudinis titulo sanctum ostendere: ⁊ solem quodāmodo facibus adiuuare. vi. q. c. omnia. cum ipse velit titulus per se patens effectum beatitudinis. s. dilectionem dei euidenter preceteris sit sortitus. ¶ Cetez nullus debz epistolam solenniter in ecclesia legere nisi sit subdyaconus: qui si forte defuerit dicatur a dyacono: de quo dictum est in secunda parte sub titulo de subdyacono ⁊ de dyacono. vel etiam a sacerdote. Melius enim est vt sacerdos etiam missam cantans illaz legat q̄ si ab accolyto vel alio inferioris ordinis legatur. ¶ Circa hoc autem notandum est q̄ populi instructio fit ꝑ verbum dei q̄ quidam dicunt a deo per eiꝰ ministros ad populum peruenit: ⁊ ideo ea que ad plebis instructionem pertinent non a sacerdote sed a ministris dicuntur. Ministerium tamen verbi dei triplex est. Primuꝫ auctoritatis: qō competit christo: qui minister dicitur: ad Romanos. xx. Erat enim sub potestate docens. Secundum manifeste veritatis: quod competit p̄dicatoribus noui testamenti. de quo dicitur in secunda Corinth. iij. Qui ⁊ idoneos nos fecit ministros. Tertium figurationis: quod competit predicatoribꝰ veteris testamenti: ideoqꝫ doctrinam christi ꝓponit dyaconus. Doctrina vero predicatoꝝ veteris testamēti ꝓponitur per subdyaconos: nec obstat q̄ aliquādo per eos legitur loco epistole aliquid de ipo veteri testamento: qꝛ predicatores noui testamenti etiā vetus predicant. Ceterum doctrina predicatoruꝫ veteris testamenti non semper legitur: sed illis diebus q̄ bus precipue configuratio noui ⁊ veteris testamenti designatur: vt in ieiunijs quattuoꝛ temporum ⁊ quando aliqua celebrantur que in veteri lege figurata sunt sicut passio: natiuitatis: baptismus: ⁊ aliquod huiusmodi: ⁊ quoniam vtraqꝫ doctrina ordinat ad christū ⁊ eoꝝ qui preibant: ⁊ eoꝝ qui sequebantur: ideo doctrina xp̄i postponit̄ quasi finis. Cum autem dicitur epistola genua non flectimus: cum ad nouum pertinēat testamentū: imo sedemus: qꝛ doctrina i silentio ⁊ quiete audientia est. Vsus etiaz sedendi a veteri testamēto assumitur: sicut in esdra legitur. Milites tamen stare consueuerunt quando epistole pauli leguntur in honoꝛem eius qꝛ miles fuit: vnde in signū militie sue depingitur cum ense in manu: vel ideo qꝛ ipse suam predicationem euangelium nominauit. ¶ Et est sciendum q̄ nunq̄ in quadragesima legitur epistola pauli: nisi tantum in cena domini: que ad nouum p̄tinet testamentum. ¶ Sane lectiones apostolicas ⁊ euangelicas: quis primo ante sacrificium dici debere statuit non omnino certum est. Creditur tamen q̄ primi successoꝛes apostoloꝝ eo q̄ in illis eadem sacrificia celebrari iubentur. ¶ Queritur autem quare ꝓphetias voce inferius deflexa: euangelium vero ad epistolam voce exaltando finimus. Respondeo ꝑ ꝓphetiam q̄ est de ve. testa. synagoga que inclinata ē ⁊ cecidi intelligitur: ideoqꝫ inclinando vocem ⁊ quasi cadendo ꝓphetia finitur. Hinc etiam est q̄ synagoga depingit̄ quasi fracta hasta vexilli: per euangeliū vero ⁊ epistolam ecclesia militans representatur que exaltata est: ⁊ ideo illa cum exaltatione vocis finiuntur. Preterea in veteri testamēto temporalia ⁊ caduca ꝓmittebant̄: in cuius figura lectiones in grauē accentū terminant̄. Jn nouo vō testamento spūalia ⁊ eterna in cuius rei signum euangelium ⁊ epl̄a in accentū terminantur acutum. Quedā tñ lectiones de ve. te. sumpte que in officio misse ꝑ epl̄is sepe leguntꝫ in acutum terminant̄ accentum: ⁊ sub tono epl̄ari leguntur. cuz enim tunc in locuz epl̄e succedant merito: ⁊ quo ad hꝫ ⁊ quo ad nomen illarum debent imitari formam.

¶ De reuerentia post lectam epistolam facienda. Rubrica.

POst lectam epistolaz subdiaconus cū accolyto ad sacerdotez accedit illud insinuans q̄ Joannes cum audisset in uinculis opera xp̄i misit duos ex discipulis suis non credentes xp̄m esse messiam vt interrogarent illum. Tu es q̄ venturus es aut aliuz expectamus. Et respondens ihesus ait illis. Euntes annū ciate ioanni que vidistis ⁊ audistis. Ceci vident ⁊ c̄. vt dicetur in. vj. parte sub tertia dominica aduētus. Quia vero illi per visa miracula cognouerunt hunc esse de quo eoz̄ magist̄r p̄dixerat. Qui post me venit ante me factus est: cuius non sum dignus soluer calciamēta sua: iō pronus ad pedes calciamentū romani pontificis subdiaconus osculatur. Preterea q̄ dextra domini fecit virtutez: iō subdiaconos in quibusdam ecclesijs osculatur dextram sacerdotis. Ad huc lecta epistola subdiaconus librum clausuz ep̄o representat. ipse vero supra illum manū ponit quā subdiaconus osculatur. Nempe ep̄s christū figurat: cui clausus liber representatur ad designandum q̄ solus xp̄s potuit aperire librum ⁊ soluere signacula eius in quo ⁊ ipse christus ⁊ eius mysteria clausa erant: donec cepit ab ipso christo per predicationem euāgelij aperiri. Christus aut̄ legem in qua clausus tenebat opere impleuit: qui non venit legem soluere sed adimplere: quod significat manus impositio super librum Manus enī opus significat. Ipsa quoq̄ manus positio significat desiderium ⁊ promissionem credendi ⁊ opere complendi q̄ lecta sunt. Quia vero nemo accipit benedictionem in lege promissam: nisi qui cum amore qui per osculum designatur. opere perficit q̄ō sermone alios facere docet: iō ad hoc designandum subdiaconus benedictionē accepturus manuz ep̄i osculatur. Rursus q̄ p̄tifex vt premissuz est xp̄m rep̄sentat: subdiaconus ⁊ ceteri debent ei actus suos humiliter subdere: ⁊ ab ipso benedictionis gratiam postulare. Unde in euangelio: Cuz omnia benefeceritis dicite serui inutiles sumus quod debuimus facer fecimus: ⁊ subsequenter ep̄s vel sacerdos subdiacono benedicit: q̄ ⁊ xp̄s cōmendauit Joannē dicens. Quid existis videre in deserto prophetam: etiā dico vobis plusq̄ propheta. Amen dico vobis. Inter natos mulierū ⁊c̄. Subdiaconus q̄ post finem: diacon̄ vero ante principiuz lectionis ad sacerdotes accedit ⁊ exhibet reuerentiam q̄ lex finem accepit in christo sed euangelium originem sumpsit ab ipso. naz lex ⁊ p̄phete vsqz ad ioannem. euangelium christi ⁊ epistole post ioannem. In missa vero p̄o defunctis subdiaconus lecta epistola non venit ad osculum manus: tuz q̄ ibi cessat ratio supradicta: tum q̄ in illa missa quelibet solēnitate subtrahuntur.

¶ De sessione sacerdotis vel episcopi ministrozum. ¶ Rubrica.

QRatiōe finita sacerdos seu ep̄s sedet. ¶ Et est notanduz q̄ in misse officio tribus horis sedet: vz dū epistola legitur: de quo in titulo de mutatione sacerdotis dicetur: ⁊ dum r̄nsoziū talla cantantur: significās tres dies quibus dominus sedit hierosolymis in templo i medio doctoruz audiens ⁊ interrogans illos. Sedēs autem stat conuersus ad populum vt ostendat potestatem sibi a deo esse datam q̄ possit speculari ⁊ supintendere q̄ stant in ecclesia humiliter: qui supbe. aie eniz ei cōmisse sunt. ⁊ de illis est rationem redditur⁹ deo. Sedet etiaz in loco eminētioꝛi vt quasi veniatoꝛ custodiat vineā suam: ⁊ populo supintendat. nā ⁊ dominus in alta polozum sedens custodit ciuitatē suaz. ¶ Porro oratio que dicitur ante epistolam priusq̄ sacerdos sedeat spiritualiter significat tp̄us illud quo xp̄s in celum ascensurus apostolis benedixit. Sessio vero q̄ sequitur signat xp̄i sessionem p⁹ assessionē ad dextram patris: sedes quippe victoris est. Unde sessio sacerdotis victoriaz xp̄i designat: vt dicetur sub titulo de mutatiōe sacerdotis. Sessio mīstroꝛ signat sessiones ipsoꝛ quibus dicitur. Sedebitis vos super sedes iudicantes. xij. trib⁹ isrāl. ſ. illos qui in celestib⁹ iam regnāt. Qui vero in choꝛo laborant illos qui adhuc i mundo peregrinant̄. Unde lectoꝛes ⁊ cātoꝛes ad officiuz surgentes negociuz dei agunt: quib⁹ dicitur: negociamini dum venio. Quidaz q̄ ministroꝛuz cū ep̄o sedent: per quos xp̄i mēbra in pace iaz quiescētia ibi intelliguntur de quibus apl̄s. Consedere fecit nos i celestibus in christo aut ille qui iudicabunt. xij. tribus israel. alij vero stant p̄ quos christi membra adhuc i certamine posita intelliguntur. Nempe pontifice sedente in quibusdaz ecclesijs candelabra mutant̄ de locis suis ⁊ collocantur in ordinē vnius linee a primo vsqz ad altare: ad notandum q̄ de plenitudine christi omnes accepimus in spūs vnitate: sed gratiarum varietate. diuisiones eniz sunt gratiarum idem autez spiritus: de cōse. di. iij. cum omni. Spiritus eniz a primo cerco stato seu candelabꝛo. i. a christo procedens ⁊ vsqz ad altare. i. electoꝛum coꝛda pueniens alternatim in membris dona variat gratiarū. Et memento q̄ accolyti deponunt candelabra in terram: quoniaz post peracta predicationis officia per humilitatez agnoscunt q̄ sunt puluis ⁊ cinis: sicut dixit Abraam. Loquar domino cum sim puluis ⁊ cinis Jn romano ordinario legitur vt pontifex non sedeat donec post primam orationem dicatur amen. Non q̄ debet sedere vsqz ad lectionem: quoniā precedens officium gratulatiōi de aduētu ⁊ opib⁹ xp̄i deputat̄. Ep̄us enim xp̄m venientē ⁊ opantez significat: ceteri vero eos q̄ peribāt ⁊ qui sequebant̄ ⁊ q̄ obuiabāt repꝛesentant.

¶ De graduali. Rubrica.

POst epistolam cantatur gradual seu responsoriuz quod pti net ad operā actiue vite: vt notet̄ nos operibus respondere eis que in lectione audiuimus. ſ. p̄dicatione. ¶ Rur-

sus q̄ ioannes predicabat penitentiam dicens: Penitentiaz agite: appropinquabit enim regnuz celorum. Et iterum. Facite dignos fructus penitentie. Merito post epistolam graduale sequitur: qō penitentie lamentū insinuat. ꝓpter q̄ in diebus penthecostes de officio tollitur: vt iam dicetur. Tertio iō post epistolā sequitur graduale: quia post predicationem ioannis discipuli secuti sunt xp̄m sicut ioānes euangelista describit. Strabat ingt ioānes ⁊ ex discipulis eius duo: ⁊ respiciens ihesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei: ⁊ audierunt duo discipuli eum loquentem: ⁊ secuti sunt ihesum. Ad hoc cantus epistolam comitat̄: q̄ predicationes predicatorum secuta sunt gaudiuz ecclesie ⁊ dei laudes ⁊ preconia de credentium cōuersione: q̄ per graduale conuersio de iudeis: ꝑ versuz conuersio de gentibus: per alleluia vtriusq; in fide leticia per sequentiam canticum victorie figuratur. Alia ratio ponetur sub ti. de tractu. ¶ In quibusdaz tamen ecclesijs graduale ante epistolam cantatur ad notandum q̄ predicator prius opere ⁊ postea verbo debet docere Dicitur autem graduale vel gradale a gradibus. s. humilitatis significās ascensus nostros de virtute in virtutem: sicut filij israel de mansione in mānsionem processerunt vt tandem videatur deus deorum in syon. Unde in deutro. Terra nostra mōstruosa est Hec terra est celestis hierusalez que per cogitationes celestium habetur. Conuenit enim gradnale illi qui nec dum ascendit de virtute in virtutem: sed adhuc i conualle positus lachrymaruz iam tamen ascensiōes in corde disposuit. Rectius ḡ faciunt qui gradnale nō festiuis ⁊ modulatis vocibus offerunt: sed quasi cantum grauem ⁊ asperum simpliciter potius ⁊ lamētabiliter canunt: tamen responsorium per quod etiam predicatio noui te. figuratur. altius lectiōe ⁊ epistola q̄ significat predicationem veteris testa. canitur: vt si quis forte cordis auribus obturatis depressa āmonitione veteris testa non excitatur. saltem excelsa modulatione noui demulceatur. Gerūm ⁊ lector ⁊ cantor officiuz suum impleturi ⁊ gradum ascendunt: q̄ doctor pfectione vite vulgum trāscendere debet .iiij. di. statuimus. Pōt etiaz dici q̄ per epistolam ioannis: per graduale apostoloruz predicatio intelligitur per alleluia deuotio ⁊ leticia. ¶ Rursus per lectiōez vetus: per cantum vero nouuz intelligitur testa. Sic ergo cantus suauior est lectione: sicut nouū testa. suauius est veteri. Secundo dicitur graduale a gradib⁹ altaris: eo q̄ in festiuis diebus in gradibus cātatur: sicut ⁊ alleluia ad notandum premissos virtutuz gradus. In profestis vero diebus in medio chori añ gradus altaris cātatur ad designandū q̄ in corde quod est in medio corporis: premissos gradus fundare debemus. Tertio dicitur graduale quoniā apostoli pōt dominum gradiebantur: vt iam dicetur. ¶ Responsorium vero dicitur: q̄ versui vel epistole correspondere debet: vt si in epistola agatur de gaudio ⁊ re pōsorio similiter. si ibi de tristicia ⁊ hic similiter: ne possit nobis improperari qō dominus dicit. Cantauimus nobis ⁊ non saltastis: lamentauimus ⁊ nō plorastis. Unde apostolus: Gaudete cum gaudentibus ⁊ flete cum flentibus. Dicitur etiam responsorium q̄ chorꝰ respondente illud incipientibus cantatur ꝓpter q̄ significat vitam actiuam in qua sancti se adinuicem hortamur vt ad eternam pueniant vitam. Pōt tamē responsorium ad responsionem apostoloruz referri quoniaz xp̄o vocante ⁊ dicente. Uenite post me: ipi nō tantum verbo sed opere responderunt: quia relictis omnibus secuti sunt eum: ⁊ gradiebātur post dominuz discipuli post magistrum de hoc dicetur in ꝓbemio quinte partis. Significat autem graduale seu responsorium laborantes in hac vita: ⁊ ideo non dicitur infra octauas pasce ⁊ penthecostes: p̄ quas octaue nostre resurrectionis designantur: quādo omnis laboris expertes erimus. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum. Itaq; in graduale semiamus: in alleluia metemus. Uersus respōsorij sic vocatur: quoniam de eo fit reuersio ad ipsuz responsoriū prout sub ti. de alleluia dicetur. ¶ Rursus graduale bonum opus ⁊ vitam presentem i qua seminamus ⁊ a domino pegrinamur significat. versus vero adiutorium designat. Uersus ergo post graduale canitur: quia adiutorium nobis est neceessarium quandiu in hoc ergastulo detinemur. Graduale plane incipitur ne nimis versus ascendant: in quo designantur qui religionem propter eius austeritatē ingredi mutuunt: versus vero alte in quo designant̄ qui iciunando: orando ⁊ alia bona faciendo ascēduz non timentes carnem quam cum vitijs ⁊ concupiscētijs mortificant. Ad hoc quandoq; vnus solus versū cantat ad monendum q̄ quisq; secum fragilitatem suam tractet: ⁊ quanquā gradum timore versus alte non inchoetur. In quo etiam significantur hi qui cōsideratione propie fragilitatis quicquid agunt humilius agunt: finito tamen versu vox fiducialiter exaltatur in quo designatur q̄ de misericordia dei confisi fiducialiter omni sue actioni insistunt. Cantatur autem graduale a perfectis: prout in ti. sequenti dicetur. Porro responsoꝝ qō i missa cātat̄: nec pfecte nec imperfecte repetitur: nec ei gloria patri subijcitur: qō tamen in responsorio aliarum fit horaruz. Circa qō attendendum est q̄ alie canonice hore instituite sunt ad referendum deo laudes pro diuersis beneficijs in illis horis ab eo receptis: hinc est q̄ lectio in illis primo dicitur in qua beneficiuz vel pars eius in illa hora datum designatur: postea cantatur responsorium in quo laus beneficio correspondet: q̄ ergo laus repeti dz. Justa illud apostoli: Gaudete in domino. iterū dico gaudete. i. laudem deo dicite: ideo huiusmodi responsorium repetitur. Sed ⁊ quia quis benefactori suo tenetur: deo vero nihil aliud possumus nisi gloriā ⁊ honorem offerre: iō in fine responsorij ⁊ cuiuscūq; nocturni vbi in lectionibus aliquod beneficiuz totuz vel pars eius est repetituz referimus gloriaz ⁊ gratiā trinitati. Responsorium autem quod in missa cantat̄ gratiam designat vt premissum est responsiōem apostoloruz christo eos vocante omnia relinquentium. Quia ergo illi nihil retinuerunt ꝓ quo iterum eos vocari oporteret: ideo responsoriuz illud nullo modo reperitur licet nec cum gloria patri finitur: quia non

ad gloziam sed ad luctum vocati sunt: dicente domio in luca. Sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos. ¶ Et nota q̄ Greg⁹ Ambro. ⁊ Belasius composuerūt gradualia tractus ⁊ alleluia: ⁊ ad missam ea cantare statuerunt. Ceterum quandoq; solum responsoziuz cātatur in missa: quandoq; solum alleluia: quādoq; responsozium cum alleluia: quandoq; cum tractu quādoq; alleluia cuz tractu: de quo dicetur in sexta parte sub ti. de septem diebus post pasca.

¶ De alleluia Rubrica.

Quia post luctum sequitur consolatio. Nam beati qui lugent quoniaz ipsi consulabūtur: iō post graduale cantatur alleluia quod est leticie canticum ⁊ auditum ab angelis decātari: sicut legitur in apocalypsi. ¶ Rursus q̄ ascensus de virtute in virtutem quos per graduale diximꝰ significari sepe tediosi essent nisi gaudium haberent admixtum: sicut filijs israel multa incōuenientia acciderunt quando de mansione in mansionem processerunt: iō post graduale cantatur alleluia. Tobie penul. Platee tue sternentur auro mundo ⁊ candido ⁊ i vicis eius cantabitur alleluia. Est autem alleluia laus angelica: sententia quidem breuis magnum continens iubilium siue incitans ad iubiliuz. Jubilat enī ecclesia sciens q̄ grandis restat via vsq; ad montem dei oreb: quod interpretatur mensa. timēs q̄ fideles obdormiant in fide ⁊ faciant vitulum conflatilem. i. lasciuiant in temporalibus. Est autem alleluia hebraicum nomen vocabulum siquidem significans potiꝰ q̄ exprimens ineffabile gaudiuz ab hac vita peregrinantium: gaudium videlicet angelorum ⁊ hominuz in terra felicitate letantium: quod nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascēdit. Cuiꝰ verbi expositio ꝺm Innocentium. iij. ex. cxij. psalmo habetur cui cum alleluia premittatur in ti. statim psalmus exponendo ti. incipit. Laudate pueri dominuz. vnde ꝺm eum alleluia interpretatur laudate pueri dominū. Augustinꝰ vero sic exponit al. i. saluuz. lu. i. me. lu. i. fac. ia. id est domine. Hieronymus sic alle. i. cantate. lu. i. laudem. ia. i. ad dominū. Gregoriꝰ sic alle. i. pr̄. lu. filiꝰ. ia spūs sāctꝰ. vl̄ alle. i. lux. lu. i. vita ia. i. salꝰ Magister petrus antiosidoreñ. sic al. i. altissimus. le. i. leuatus est in cruce. lu. i. lugebant apostoli. ia. i. iam surrexit. Petrus comestor dixit super apo. ⁊ Augꝰ in glosa psalterij q̄ alleluia est verbum imperatiui modi ⁊ sonat allelu. i. laudate. ia. idest vniuersalez. vel. ia. i. inuisibilem. s. deuz quasi laus inuisibilis dei. Et quoniam alleluia future beatitudinis quasi proprium est vocabulum. merito magis eo tempore. s. pascali frequentatur quo christus resurgens eiusdem beatitudinis spem nobis tribuit ⁊ promissum: prout ibi dicetur. Quod enim alijs temporibus caneretur ad missaz oliz ecclesie romāe cōsuetudo nō erat: sz a beato grego. cōstitutū. imo potius restitutū est. Hā cū priꝰ tēpore damasi pape fuisset eadē cōsuetudo defecerat. Hieronymus dicit q̄ alleluia dicaī in missa tractum esse de ecclesia hierosolymitoz. Animus igitur alleluia post graduale canticū videlz leticie post luctū penitētie: sūmo ope nitētes exprimere magnitudinē cōsolatiōis que reposita est lugiētibꝰ. Juxta illud. Beati q lugent qm̄ ipsi cōsulabunt. iubilātes potius q̄ canentes vnāq; breuē digm sermōis syllabaz in plures neumas protrahimus: vt iocūdo auditu mens attenta repleatur ⁊ rapiaī illuc vbi semp erit vita sine morte ⁊ dies nocte. Est etiaz alleluia modicuz in sermōe ⁊ multum in neuma: q̄z gaudiū illud magis est q̄ possit explicari sermone. Neuma eniz seu iubilus qui fit in fine exprimit gaudium ⁊ amorem credentium: ⁊ quanta leticia ⁊ laꝰ secuta sit per predicationem ⁊ fidem auditam. Juxta illud: Audiuit ⁊ lerata est syon ⁊c. ⁊ in canticis. Exultauimꝰ ⁊ letabimur in ⁊c. Quid sit neuma dicetur in prohemio quinte partis. Quando autem dicitur sequentia non dicitur neuma post alleluia prout sub ti. de sequentia. dicetur. Potest etiā alleluia referri ad exultationem eorum qui de miraculis xp̄i gaudebant: laudantes dominum ⁊ dicentes. Quia vidimus hodie mirabilia: ⁊ quia visitauit dominus plebem suam. Tunc enim cantabatur in iubilo alleluia: quia omnis plebs vt vidit dedit laudē deo ⁊ gaudebat de vniuersis que gloriose fiebant ab eo. Hinc est q̄ a septuagesima vsq; ad pascha non cantatur alleluia: quia tempore tristicie non debet decantari carmen leticie: prout ibi in prohemio sexte partis dicetur. Porro q̄ alleluia interposito versu repetitur: ⁊ sic bis in missa dicitur: designat eterne vite gaudium: ⁊ q̄ interiecta leticia sancti geminaz glorificationis stolam accipient. anime videlicet ⁊ corporis. Nam ꝺm stolam mentis seu anime exultabunt sācti in gloria letabuntur in cubilibus suis ꝺm stolam carnis fulgebunt ⁊ tanq̄ scintille in arun. d. de hoc dicetur in sexta parte sub sabbato in albis. Versus ergo nihil sinistrum aut triste sed totum iocundum: ⁊ dulce debet sonare quales sunt illi. Dominus regnauit: decorem indutus est. Dominus regnauit exultet terra ⁊c. Jubilate deo omnis terra ⁊c. Justus vt palma florebit ⁊c. quoniam absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: ⁊ iam non erit luctus neq; t. q. p. t. ¶ Versus quoq; dicitur a conuertēdo eo q̄ per eum reuertimur ad alleluia qui post alleluia sequitur: quia significat operationem que laude coniungi debz: quia non bene deum laudat qui bene operari cessat. Per hoc vero q̄ alleluia cum neuma repetitur laus ⁊ gaudium ineffabile patrie significatur. In nōnullis ecclesijs alleluia cantatur a pueris graduale a magnis: vt notetur q̄ deus ex ore infantium perfecit laudez: ⁊ psalmista. Laudate pueri dominū cuius psalmi titulus est alleluia. Illi enim qui pueri sunt laudi christi conueniunt. fortes vero in fide ⁊ in tollerando aduersa que pugnare possunt cōtra amalechitas graduale debent cantare. ¶ Circa hoc notandum est q̄ cantorum alij sunt qui in choro cātus voce magna distribuunt. hi sunt rectores ecclesie qui deum laudant ⁊ alios verbo ⁊ exemplo ad laudāduz inuitant. alij sunt pueri qui graduale in gradibus cāntant. hi sunt actiui de virtute in virtutem in charita-

tis gradibus ascendentes: qui dum graduale inchoant alios ad compunctionem inuitant. Dum versuū concinnunt ad se redeuntes suas cogitationes accedunt ⁊ dum illum finiunt se bonuz certamen certasse ⁊ cursum insinuant consummasse. Alij sunt perfecti viri qui in alijs ecclesijs alleluia vel tractus in pulpitis concinnunt. hi sunt contemplatiui carnem affligētes ⁊ mentem excedentes quorum conuersatio est in celis. non est hic hominum sed angelorum. ¶ Sequentiam vero non illi soli decantant sed chori communiter iubilant: quoniaz iubilus eternus ⁊ ineffabilis angelis erit comunis ⁊ hominibus. Deberet etiaz alleluia in gradib⁹ ⁊ versus orientem decantari: ⁊ quoniam vitam contemplatiuam significat debet legi in altiori loco q̄ responsorium quod actiuam designat ¶ Rursus in quibusdam ecclesijs cantans alleluia sumit aliquid in manu vt insinuet se deum non soluz voce sed etiaz opere collaudare seu manus ducit: iuxta psalmistaz: Omnes gentes plaudite manibus iubilate ⁊ c̄. In plerisq; etiam ecclesijs alleluia de trinitate cantant in dominicis diebus. s. Benedictus: vel qualis pater vt fidem hilariter profitentes ad spem perueniant. ¶ Et attende q̄ alleluia dominicalia a pentecoste vsq; ad aduentuz sepe omittimus quoniam aliter ⁊ aliter in alijs ⁊ in alijs gradualibus disponuntur. Ea igitur diligens cantor attendat ⁊ diligenter vniuersitatibus officiorum assignet.

¶ De tractu Rubrica.

A Dominica septuagesime vsq; ad vigiliam pasce silicet in dieb⁹ ⁊ officijs luctus: q; tunc non canitur carmē letitie: loco alleluia quod significat exultationem habitam de spe eternorum. dicitur tractus ex institutione Thelesphori papa. Dicitur autez tract⁹ a trahendo: quia tractim ⁊ cum asperitate vocum ⁊ prolixitate verborum canitur eo q̄ miseriam ⁊ laborem presentis incolatus insinuant: de quo psalmista. Heu mihi quia incolatus meus prolungatus est ⁊ cetera. In tractibus enim repzensentatur longa sanctorum patrum expectatio: ⁊ iudeorum captiuorum meror ⁊ afflictio qui tempore babylonice captiuitatis sedentes super flumina babylonis ⁊ flentes i salicib⁹ sua organa suspenderunt: quod tempus ecclesia repsentat a septuagesima cantica leticie subticendo ⁊ tractus dicendo. Tantum autez interest inter alleluia ⁊ tractum quantum inter leticiam ⁊ tribulationez. Itē tantum est inter responsorium cui omnes respondēt ⁊ tractum cui nemo: quantum inter actiuam ⁊ contēplatiuam vitam. Est autem tractus medius inter responsorium ⁊ alleluia: vt dicetur in sexta parte sub titulo de septez diebus post pasca. Porro tractus quia gemituz ⁊ canticū lachrymabile exprimit. lachrymas sanctorum siue in actiua siue in contemplatiua vita repzesentat. Unde tractus dicitur: quia sancti suspirantes ab imo pector's gemitum trahunt: quia licet gaudeat vt mouet alleluia: tamen hic in valle lachrymarum commorantes habent irriguum spiritus ⁊ inferius: quod tractus misticat: gemit enim flebiliter pro dilectione superne beatitudinis: ⁊ super flumina babylonis sedentes patrie sue memores: iteriz lachrymas fundunt pro suis ⁊ aliorum excessibus dum ex vicinitate babylonici fluuij seipsos vident sepe aspersos: ⁊ alios penitus immersos ipsius fluuij rapiditate ferri deorsum. Sed quia hic plorarus quādoq; est respectu superni gaudij: quādoq; respectu nostre miserie: ideo tractus similiter quandoq; est de leticia pro superiori irriguo: vt De profundis ⁊ alijs huiusmodi: de vtroq; irriguo tractat Gregorius i libro tertio dialogorum ca. xxxiiij. ¶ Et est aduertendū quia post duos tractus tribulationis sequitur tractus leticie: put sub dominica septuagesime ⁊ dominicis sequentibus videri potest: ⁊ hoc ideo: quia post duos dies sepulture dñi occurrit tertius resurrectionis. ¶ Rursus q; gaudium sanctorum non est hic plenum ⁊ continuum sed sepe interrumpitur: ideo ecclesia quādoq; interponit tractuz: vt in tempore septuagesimali: ⁊ cū in sabbato pascali post alleluia sequitur tractus: quia hoc gaudium non expedit sine fletu: in sabbato tamē in albis duplicatur alleluia: quia eterna vita perfectū erit gaudium glorificata carne cum anima ⁊ completa resurrectione sanctorum cum resurrectione christi. ¶ Sane in dominica septuagesime vsq; ad quartā feriam cinerum dicuntur tractus solum in dominicis diebus: eo q̄ populus tunc melius conuenit in ecclesia qui indiget edoceri qualiter captiuitatem diabolicam per babylonicam significatam debet deplorare. Tractus enim tempus babylonice captiuitatis repsentant: sed post dictam feriam que est caput ieiuniorum magis frequentantur: quia tunc magis est tp̄us merozis ⁊ afflictionis vt pote ordinatum ad executiēdum iugum diabolice captiuitatis per merozem contritionis ⁊ humilitatem confessionis atq; asperitatē satisfactionis: que precipue in ieiunio vigent. Sed licet dominica dies resurrectionem figuretur tamen i dominicis septuagesime cantica leticie subticentur ⁊ tractus dicūtur quia iudei toto septuagenario babylonice captiuitatis cōtinue afflicti fuerunt: ⁊ nos isti⁹ vite septuagenario que per septuagenarium: ⁊ per cōsequens per septuagenarium ducitur continue dolores ⁊ miserias experimur donec ad octauaz vere ⁊ pfecte ⁊ non figurate resurrectionis per christi misericordiam veniamus. ¶ Postremo considerandū est q̄ versus sequentiarum bini ⁊ bini sub eodem cantu dicuntur quod contingit quia vt plurimum bini ⁊ bini per rithmos sub paribus syllabis componūtur q̄ in versibus tractuum non reperitur: qui ex sacra scriptura vt plurimuz summūtur: ideoq; in tanto neque unt combinari. Rursus ille sub vno cantu combinantur ad notandum q̄ exultatio vere charitatis in vno deo perficitur: sequentia enim exultationem: combinatio charitatem designat. Versus vero tractuum quia merozem significant singulariter decantantur: iuxta illud psalmi. Singulariter sum donec ego tran

ſeam. Hieronymus. xj. q. i. quando. Solus ſedebam quia amaritudine plenus eram. ¶ Non eſt etiam obmittendum q̄ licet regulariter graduale vel alleluia immediate ſequatur epiſtolam: ne nos muſicus ille reprehendat. Dicens cantauimus & non ſaltaſtis lamentauimus & non planxiſtis. Alleluia enim cantatur pro ſaltatione: graduale pro planctu ſubiungit penitentie. Hoc tamen fallit in ſabbatis quattuor tēporum: & in quarta & in ſextis ferijs maioris ebdomade: & in quibus tractus immediate ſequitur epiſtolaz & hoc ideo quia in illis diebus muſicus ille nobis aufertur. Nam in dicta quarta feria venditur: in ſexta crucifigitur quod i dictis ſabbatis quo ad aliquid repreſentatur: & ideo ad maiorem luctum inſinuandu tractus in illis immediate epiſtolam comitatur. Ō autem tractus maiorem inſinuet luctum q̄ graduale per hoc innuitur q̄ nunq̄ cum alleluia cantatur niſi ob ſpecialem cauſam in ſabbato paſcali.

¶ De proſa ſeu ſequentia. ¶ Rubrica.

POſt alleluia proſa ſeu ſequentia dicitur quod eſt ſimiliter canticum exultationis ad notandum geminam glorificationis ſtolam quam ſancti accipient prout iam premiſſum eſt. Cantatur autem ſequentia ab omnibus ſimul in choro vt notetur cōcordia charitatis. talis enim laus deo placet. vnde in cāticis. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa mea in vno oculorum tuorum: ideo dicit in vno vt notetur cō cordia & voluntas vniformis quia laus ſic facta eſt cibus delicatiſſimus deo. hec eſt tunica illa iconſutilis quam deus non patitur ſcindi. xvj. q. j. ſicut. de hoc dictum eſt ſub titulo de alleluia: & dicetur in phemio quinte partis vbi de antiphonis agitur. ¶ Hocherius abbas ſancti Galli in theutōia primo ſequētias pro neumis ipſius alleluia compoſuit: & Nicholaus papa ad miſſas cantari conceſſit. Sed & Hermānus contractus theutonicus inuentor aſtrolabij compoſuit. ſequentias illas. Rex omnipotens. & ſancti ſpiritus ꝛc. & Aue maria gratia. & antiphonaz: Alma redemptoris mater. & Symō bariona. Petrus vero cōpoſtellanus epiſcopus fecit illam: Salue regina miſericordie vita dulcedo & ſpes noſtra ſalue: ad te clamamus. Quidam vero rex francie robertus nomīe compoſuit ſequentiam illam: Veni ſancte ſpiritus: & hymnum. Chorus nouc hieruſalem. Antiquitus enī mos erat vt ſemper alleluia cantaretur cum neuma: ſed poſtea dictus papa inſtituit loco illius neume in precipuis ſolennitatibus ſequentias dici. Quando ergo non dicitur alleluia nō debet ſequentia dici: quoniam loco neume eius dicitur: & idem ſignificat quod neuma ſcilicet eterne vite gaudiuz & delitias que nullo verbo exprimi poſſūt: & ideo p neuma que eſt vox non ſignificatiua intelliguntur. Et inde eſt q̄ quedaz ſequentie antique ſolent verba noua & incognita habere & inuſitata: tum quia celi gaudium ſecretuz atq̄ incognitum mortalibus eſt: tum quia nobis incognitus eſt modus laudandi deum i patria: tum quia iubilus cordis in preſenti vita incognitus eſt ad plenuz tuz quia omnia noua ſunt pulchritudine decorata vt in prohemio digeſtorum. Hodie vero ſequentie cum voce ſignificatiua dicuntur ad notanduz q̄ in illa magna feſtiuitate vite eterne iubilus penetrabit. Sequētie vō eterne vite myſticant laudes Juxta illud: Beati qui habitant in domo tua domine in ſecula ſeculorum laudabunt te. Habent enim verba laudiflua & dulcem atq̄ ſuauem cantum: quia ibi omnia erūt plena laude & melodia celeſtis organi habundabit dulciflua leticia: quia ſicut letantium omnium habitatio erit ibi. ¶ Rurſus quoniam laudes eternitatis verbis humanis plene non reſonantur: ideo quedam eccleſie myſtice neumatizant ſequētias ſine verbis aut ſaltem aliquos vſus earum: nulla enim erit ſignificatio verborum: neceſſaria vbi ſingulorum corda patebunt ſingulis intuentibus librum vite: & vbi idē erit teſtis accuſator & iudex. xj. q. iij. eorum. ¶ Et nota ſecundum Jſidorum q̄ proſa eſt producta ratio a lege metri reſoluta: ſic dicta ex eo q̄ profuſa. Sequentia vero dicta eſt quia neuman iubili ſequitur: & hic & in euangelio dicitur ſequentia ſequentie in numero ſingulari.

¶ De mutatiōe ſacerdotis. ¶ Rubrica

HActenus dum epiſtola lecta fuerit & choro graduale pſallente: ſacerdos tacit⁹ ad dextram partem ſedeat altaris illud inſinuans q̄ ioāne predicāte chriſtus quodāmodo tacebat: quia non p̄dicabat aperte: ſed dicturus euangelium ſurgit: quia vt euāgeliſta tradit poſtq̄ iohannes traditus eſt. venit ihēſus in galileam predicans euangelium regni dei. & quoniā ſedes victoris eſt ſeſſio ſacerdotis victoriam chriſti recte ſignificat q poſt ieiunium vicit diabolum: nam reliquit eum tentator: & acceſſerūt angeli & miniſtrabant ei. Poſt dictam ergo ſequentiam ſurgens ſacerdos: & ad ſiuiſtram altaris partem accedens pronunciat euangelium ſignificans q̄ chriſtus non venit vocare iuſtos ſed peccatores: iuxta quod ipſe in euāgelio dixit. Quia non indigent qui ſani ſunt medico: ſz q male habent. ij. q. i. multi. per dextram enim iuſti: p ſiniſtram autez peccatores ſignificanť: propter quod dominus in iudicio ſtatuet quidem oues a dextris: hedos vero a ſiniſtris: de hoc dictum eſt ſub ti. de oratione. Quidam tamen dixerunt q̄ ideo ſacerdos in principio miſſe conſiſtit ad dextram. cum vero p̄nūciat euangelium conuertitur ad ſiniſtram & circa finem iterum redit ad dextram: quia cultus dei primo fuit in populo iudeorum: & iudea tunc erat a dextra: deinde iudeis non credentibus & verbum dei tanq̄ indigni reſpuentibus: cultus dei tranſiuit ad gētes: ad quas apoſtoli tranſierunt: & tunc iudea fuit a ſiniſtra parte & circa finem reuertetur iteruz ad iudeos ad p̄dicationem Enoch & helie qui conuertent corda patrum i filios: quoniaz in diebus illis ſaluabitur iuda

⁊ reliquie israel salue fiant: qui enim primo dixerat i viam gentium ne abieritis: postea precepit dicēs. Ite in orbem vniuer sum. Quia ergo predicatio peruenit etiam ad illos q in sinistra parte fuerunt dum siccato gedeonis vellere cos aream irrigauit: merito in parte sinistra legitur euangelium: sicut in sequenti ti. Dicetur. Unde vsus. Et ratio cur pars altaris dextra i sc. Principiuz finemqz tenet mediumqz sinistra. Dextra iudeos gentiles leua figurat. Cepit ab his deferī ad hos refertur ad illos. Nostra fides: ⁊ erunt omnes in fine fideles. Sed cum sacerdos q pronunciat euangelium repsentet personam christi: q non predicauit gentibus sed iudeis: iuxta quod ipse dicit in euangelio. Non sum missus nisi ad oues q̄ perierunt domus israel. Utrum illud recte dicatur prudens auditor aduertat. de hoc dictum est sub ti. qualiter episcopus vel sacerdos. Ad quācunqz vero altaris partem ille se transferat ministri eum retro sequentur: ꝓut dictum est ibidem.

¶ De euangelio. Rubrica.

Supra proxime tactuz est qualiter sacerdos non solēniter celebrans ipsemet euangeliuz dicit. Uerum quando episcopus vel sacerdos celebrant cum ministris cūcta solennius peraguntur. tunc enim in quibusdam ecclesijs vt romane diaconus dextra manu pōtificis osculata codicem euangelij sumit de altari: illum subdiacono ad ferendum tradens. postea benedictionē postulat ab episcopo vel a sacerdote ⁊ ei benedicitur. In alijs tamen ecclesijs prius benedictionez postulat q̄ codicem accipiat de altari. Data itaqz benedictionē procedit diaconus ad pulpitum per dextram partez chori: quem precedit diaconus cum textu euangelij: ⁊ illum precedit thuribuluz cum incenso: ⁊ ante thuriferariū ceroferarij cum faculis accensis ante illos i quibusdaz ecclesijs crucis vexillum: sicqz pulpitum ascendit ⁊ euangelium incipit: quo dicto ad episcopū vel sacerdotez simul redeunt: q̄ singula prosequemur. ¶ Notandum est autem q̄ in quibuldam ecclesijs in precipuis festiuitatibus diaconus proficisci volēs ad legendum euangelium incipit antiphonam que ē in nocturnis super benedictus: ⁊ duz ipse accedit ad pulpituz illa cāratur ⁊ finitur a choro: vt notetur charitas: ⁊ cantatur sine neuma ad notādum q̄ deus nō precepit nos habere nisi simplicem charitatē. ¶ Sane iam figura mutatur: nam diaconus q prius repsentabat ꝓphetam iam repsentat ioannem euāgelistam: quoniam lex ⁊ ꝓphete vsqz ad ioannez ex eo regnum celorum euangelizatur. Ideo autem euangelium legitur vt velut christus post legez prophetias ⁊ psalmos ore suo predicauit: ita post epistolam respōsorium ⁊ alleluia: per illud populo predicatio eius annuncietur. Et dicitur euangelium quasi bonus nuncius: ab eo quod est bonum ⁊ angelus quod est nuncius. Est enim euangelium christi ⁊ apostolorum predicatio: nunciat quidem vitam post mortem: requiez post laborez: regnum post seruitium. ¶ Est autem sciendum q̄ sicut caput pēminet ceteris corporis mēbris: ⁊ illi cetera membra seruiunt: sic ⁊ euangeliū pn cipale est omnium que ad officium misse dicuntur: ⁊ toti pēminet officio misse ⁊ quecūqz ibi cantāntur ⁊ leguntur illi consentiunt in intellectuali ratione: prout in sexta pte sub qualibet dominica dicetur. ¶ Diaconus ergo primo dextram manum pontificis osculatur nihil dicens: qz predicatur euāgelizare debet ꝓ gloria eterna de qua sponsa dicit in canticis: Dextra illius amplexabitur me. Nam ⁊ angelus qui resurrectionis christi gloriā venerat nunciare sedebat in dextra: stola candida coopertus. In alijs tamē ecclesijs non osculatur sed solum inclinans benedictionez posceit. Uerum subdiaconus vel diaconus non manus sed pedes romani pontificis osculatur: vt sūmo pontifici summā exhibeat reuerentiam: ⁊ ostendat cuz esse illius vicarius cuius pedes osculabatur mulier illa q̄ fuerat in ciuitate peccatrix. Adorandus est enim scabellum pedum eius: qz sanctū est: cuius etiā resurgentis a mortuis pedes mulieris tenentes adorauerunt. Generaliter enim nemo debet manum sūmi pōtificis osculari: nisi cum de manibus eius aliquid accipit: vel cum ad manus eius aliquid tribuit vt ostendat q̄ ex vtroqz debemus ei gratias agere: qui sicut semper dat propria sic nūq̄ recipit aliena. quas oblationes romanus pontifex recipiat sub ti. de oblationibus dicetur. ¶ Subsequenter diaconus textuz euāgelij sumit de altari: qz de syon exibit lex ⁊ verbuz domini de hierusalem non vtiqz mosayca lex quondaz exierat de monte synai: sed euangelica: de qua propheta ait. Ecce dies veniunt dicit dominus ⁊ conuumabo testamētuz nouum supra domuz israel ⁊ supra domum iuda. Sumitur etiaz liber de altari quoniaz apostoli de altari euāgeliū acceperunt cū pdicantes passionē xpi euangelizabāt. Uel altare in hoc loco signat iudeos a quibus transfertur regnuz dei ⁊ datur genti facienti fructuz eius. Et ex eo q̄ liber sumitur de altari notatur q̄ euāgeliuz est verbū dei qđ per altare significat: ſm illud Exo. xx. Altare de terra facietis mihi. Et propter pmissas rationes quidā volētes dicere finita missa euangeliū sancti Joānis vel aliud impmitur primo signuz crucis super altare ⁊ postea in fronte. Sumit autem illuz vt quidam volūt dextra parte altaris qz ecclesia de iudeis a qua nostruz sumpsit exordiuz antiquitus fuit a dextris: ⁊ ponit cuz in manu sinistra dextraz supponens: iuxta illud. Leua eius sub capite meo ⁊ dextra eius amplexabitur me. ⁊ hoc propter triplicem causam. Primo qz euangelista docet celestia que per dextram terrenis que per sinistram intelliguntur supponi. Secundo inclinatur liber super sinistrum humerum ad notandum q̄ christi predicatio de gentili populo transibit ad iudaicuz Isa. xx. c. In diebus illis saluabitur iuda. Tertio qz in vita temporali que per illaz significatur: necesse est euangelium predicare. Et textus euangelij in quibusdam ecclesijs ornatur exterius argento ⁊ lapidibus prout dictum est in parte. iij. sub ti. de legalibus indumentis. Liber autem ipse ab aduentu sacerdotis ad

altare donec euangelium legatur super altare remã-
sit: quod quantuz de hoc significat hierusalẽ: quoniã
euangelica doctrina primũ in hierusalem facta est ꝛ
ibi pmansit ab aduẽtu domini illud donec publicare-
tur gentilib⁹ Juxta illud. De syon exibit lex ꝛc̃. vt su-
pra. Hierusalem enim est locus passionis que per al-
tare etiaz significatur. ¶ Consequenter benedictio
nem postulat qz nullus debet predicare nisi mittatur.
Juxta illud apostoli. Quomodo predicabũt nisi mit
tantur: extra de here. cũ ex iniuncto. ꝛ dominus ingt
apostolis. Rogate dominũ messis vt mittat oparios
in messem suam. xxv. di. in nouo. Ysaias autem cum
audisset vocem domini dicentis. Quẽ mittam ꝛ quis
ibit ex vobis. Respondit. Ecce ego siz mitte me dixit
ꝯz dominus. Vade ꝛ dic populo huic: audite audien
tes ꝛc̃. vii). q. i. sciendum. ¶ Rursus huiusmodi be-
nedictionẽ prefiguravit Moyses: q ascendẽs in mõ
tez accepit tabulas ꝛ benedictionem ꝛ populo mãda
ta ꝓposuit: ꝛ dominus etiam benedixit ordini diaco
nali cui dedit spiritum sanctũ ꝛ misit ad predicandũ
per vniuersum orbez. Pontifex ergo vel sacerdos vi
sibiliter benedicit diacono q lecturus est euangelium
quod non fecerat subdiacono lecturo epistolaz quia
christus inuisibilis manens legem ꝛ prophetas que p
epistolaz significantur inuisibiliter misit: sed postq̃ in
terris visus: ꝛ cuz hominibus cõuersatus est aposto-
los ꝛ euangelistas visibiliter misit ꝛ docuit. Euntes i
quit predicate dicentes. Appropinquabit regnuz ce-
lorum. Illi autem egressi circuibant castella euangeli
zantes ꝛ curantes vbiqz ꝛ mittit eum ad legendum e
uangelium ad notandum q̃ christus misit apostolos
ad predicandum regnuz dei. ¶ Diaconus autez ea
q̃ sibi in benedictione dicuntur considerans se corde
purum: ore mundum ꝛ opere castum studeat exhibe
re: quatenus sacrosanctum euangelium possit digne
preferre: quia puteus aquarum viuentium. i. eũ ange
lica predicatio: nõ fluit impetu. i. libere nisi de libano.
i. corde casto ꝛ ore candido. Non enim est speciosa la
us in ore peccatoris: imo peccatori dixit deus. Quar
tu enarras iustitias ꝛ assumis testamentũ meum per
os tuuz. iij. q. viij). ℣. quod testatur: ꝛ ideo signo crucis
munitur: deinde licentia ꝛ benedictiõe obtentis ꝛ in
super cruce impressa vt securus incedat procedit ad
pulpitum cuz silentio inclinato capite: nihl in quibus
dam ecclesijs ferens ꝓpter illud qõ dominus ipse p̃-
cepit apostolis quos misit ad predicanduz regnũ dei.
Nihil inquit tuleritis in via ꝛ nemincz salutaueritis
In alijs tamen ecclesijs diaconus fert librum vt iam
dicetur. Sed peruenies ad ambonez salutat quasi in
trans domum cui offert pacem vt infra dicetur: ꝛ trã
sit per dextraz partẽ chori ad sinistram: ꝛ liber euãge
lij de dextra ad sinistram transfertur: ibi legitur quia
de syon exibit lex ꝛ verbum vt supra. Judea enim re-
spuente verbum dei apostoli trãsierunt de iudeis ad
gentes: ꝛ postea predicatum est gentibus que per si-
nistram intelliguntur. Unde apostolus ad hebre. di-
cit. Vobis oportebat prius predicare verbuz dei: sed
qm̃ repulistis illud ꝛ indignos vos iudicastis: ecce cõ
uertimur ad gẽtes: extra de renunc. nisi: de hoc supra
in ti. primo. In ecclesia romana ꝛ in quibusdã alijs
subdiaconus per vnã viaz ꝛ diaconus p aliaz in pul-
pitũ ascẽdit: qm̃ ille docẽdo ꝛ iste discẽdo in augmẽtũ
sciẽtie ꝓcedit ꝛ qz ministratoz p meritũ opis ꝛ p̃dica-
toz p meritũ oris in augmẽtũ iustitie ꝓgrediẽ. Unde
psalmista: Justicia tua sicut mõtes dei. p eandẽ tamẽ
viã descẽdẽtes ad põtificẽ reuertũtur: qz p finalẽ pse-
uerantiã ptingũt ad primuz sicut dñs ait. Qui pseue-
rauerit vsqz i finẽ ꝛc̃. de peni. di. ij. apostol⁹. ꝛ. c. multi
Et qz p̃dicatio sine ope nõ sufficit. Cepit enim ihs fa-
cere ꝛ docere: iõ p̃dicatoz p eandẽ viã reuertiẽ p quaz
accesserat ministratoz. Preterea iõ lectur⁹ euangeliũ
ab vna pte ꝓgreditur ꝛ ascẽdit: ꝛ ab altera regrediẽ
ꝛ descẽdit: iuxta illõ euãgelij. Per aliã viã reuersi sũt
in regionẽ suã: qm̃ apli primo p̃dicauerũt iudeis ꝛ po
stea gentib⁹: ꝑm illõ apli. Qm̃ repulistis vbuz dei ꝛ i
dignos vos fe. ꝛc̃. Sane diaconũ subdiacon⁹ antece
dit: qz ioanes ꝛ eius p̃dicatio xp̃m ꝛ ei⁹ p̃dicationez
p̃cessit: portãs in qbusdaz ecclesijs puluinar qõ libro
supponat. Per puluinar qdez qõ fesso supponitur ad
quietẽ: significaẽ vite solatiũ siue tporalia: quasi dicat
Si vobis semiamus spiritualia: nõ est mirum si a vo
bis metimus carnalia. xij. q. i. ℣. i. Mã ꝑm apli p̃mo
ad corinth. Qui altari seruiũt cũ altari participãt: ex
tra de preben. cũ ꝑm. dignus est enim operarius merce-
de sua Matth. x. ꝛ dñs p̃cepit i lege. Nõ claudes os
bouis triturãtis: extra de p̃ben. extirpãde. ¶ Rur
sus puluinar supponitur cuãgelio ad notandũ q̃ suа
ue est iugũ dñi siue onus euãgelij illõ portare volenti
bus. Qm̃ in matthEo. Jugũ meũ suaue ꝛ onus meum
leue huic iugo qui subijcitur oia subiecta habet secũ-
dũ augustinum. puluinar ergo suauitas ꝛ dulcedo in
mãdatis dei. Qm̃ ꝓpheta. Parasti in dulcedine tua
pauperi deus: ꝛ iterũ: q̃ dulcia faucib⁹ meis eloquia
tua dñe. In ecclesia tñ romana diacon⁹ p̃cedit vt do
ctor: subdiacon⁹ segtur vt auditoz ille p̃cedit vt predi
cet. iste segtur vt ministret. Post lectionẽ vero subdia
conus q̃si sufficiẽter edoctus p̃cedit referẽs euãgeliũ
qm̃ mercedẽ euangelij de sua ministratiõe reportet:
ꝑm illud qõ dñs ipse ꝓmisit in euãgelio. Qui recipit:
ꝓphetaz in nomie ꝓphete mercedẽ ꝓphete recipiat
quẽ ideo p̃mittit diacon⁹ ad põtificez vt oñdat se fru
ctũ predicationis referre de quo dñs iusserat: posui
vos vt eatis ꝛ fructũ afferatis: ꝛ fructus vester mãe-
at. Ad hec subdiaconus librũ ꝛ puluinar reportãs si-
gnificat q̃ p̃dicatoz bono ope debet vitã suaz deo of-
ferre. Qm̃ apostolus ad corith. ix. Omne quodcũqz
facitis aut vbo aut opere in noie dñi ihu xp̃i facite.
xxxij. q. vlti. nõ obseruetis. Premittit quoqz episcop⁹
ante euangelium thuribulum cum incenso: qz christi
opera precesserunt eius doctrinaz: iuxta illud. Cepit
ihesus facere ꝛ docere. Thuribulum autem cuz thu-
re significat orationem cum deuotione quam tũc ma
xime debent habere fideles in audiendo diuinuz ser-
monem. ¶ Rursus diaconus ideo premittit thuri-
bulum quia predicatoz debet odorem bone opinionis
ex se mittere. Juxta illõ apostoli. Christi bonus odor
sumus in omni loco: nam cuius vita despicitur restat
vt eius predicatio contemnatur: extra de sacra vnc.

e.i. Tertio thuribulū precedit vt ipsius diaconi oratio sicut incensum inconspectu domini dirigatur. Ante thuribulū vero p̄mittit duos ceroferarios cum sacu lis accensis. Primo quia debet desiderium ⁊ gaudiū in cordibus auditorum accendere quatenus ⁊ liben ter audiant ⁊ gratant obediant. In quibusdaz tamē ecclesijs thuribulum cereos precedit quoniā orationes ⁊ opera ⁊ virtutes de ratione famaz lucē ⁊ signa precedunt: iuxta illud Luce. Luceat lux vestra. ⁊ illō Et virtus exibat de illo ⁊ sanabat omnes. Secundo sacerdos vel episcopus p̄mittit ante diaconum duos accolytos portantes cereos ⁊ incēsuz ad notandū q̄ christus premittebat binos nuncios añ faciem suam in oēm ciuitatez ⁊ locum quo ipse erat venturus p̄ferentes coruscationes miraculorum ⁊ odorez virtutū vnde reuersi dixerunt. Bñe in tuo nomine etiam demonia subijciuntur nobis. Facies enīz christi conue nienter hic intelligūtur apostoli qui normā doctrine sue populis ostendebant: propter quod ipsis aiebat. Qui vos recipit me recipit. Tertio ideo librum euan gelij precedunt thuribulū ⁊ candelabra: q̄ doctrinā christi virtus ⁊ fama p̄cibant: euangelista testante. Exiit ihesus in virtute spiritus in galileaz: ⁊ fama exiuit de illo in vniuersam regionem: ⁊ ipse docebat in synagogis eorum. Quarto p̄pter causam in secun da parte sub ti. de accolyto scriptam. Rursus duo ce rei illuminati doctores ecclesie per quos ecclesia illu minatur: ⁊ q̄ debent habere noticiā vtriusq̄ testamē ti designātur. Hinc est quod ipsi cerei plerūq̄ quibus daz diuersorū celorum lineis decorātur ad notandū q̄ per doctores ipsos sacra scriptura diuersis scīb⁹ exponitur: prout dictum est in prohemio libri. Si ve ro linee ipse auree vel argentee sint designant q̄ in ip sis doctoribus est auruz sapientie ⁊ argentuz eloquē tie. Vel cerei ipsi designant duo testamēta quibus ge nus humanum illuminatur vel legem ⁊ prophetas: qui in quibusdam ecclesijs duz euangelium legitur in pauimento ponūtur: quoniā leges vmbra ⁊ prophe tarum enigmata per lumen euāgelij etiaz ab humilib⁹ intelligūtur: q̄ per euangelicaz doctrinaz lex ⁊ p̄phe tia penitus euanuerūt in littera. In quibusdaz tamē ecclesijs in diebus profestis vnus puer cum vno tan tuz cereo diaconuz precedit: per quod significatur q̄ primuz christi aduentuz qui humilis fuit ⁊ occultus preuenit tm̄ vnus p̄cursor scilicet ioannes baptista q̄ fuit lucerna verbi. In dieb⁹ vero festiuis duo cerei p̄cedunt: q̄ in secūdo aduentu qui solēnis erit: ⁊ manifestus duo p̄mittentur precones. s. Helias ⁊ enoch q̄ interficiētur ab antixp̄o in hierusalez: qō significat p extinctiōem cereorū. De candelabris ⁊ etiā cereis aliter dictuz est in prima pte sub ti. de picturis. Añcedit quoq̄ crux p̄mo ad notandū q̄ diaconus debet p̄dicare crucifixum. Secūdo q̄ qui euz intuetur p fidem sanatur a morsu serpentis antiqui: ipse est enim serpens in palo. Tertio crux precedit euāgeliū in signuz q̄ predicator sequi debet crucifixuz. Unde dom⁹ inquit petro. Sequere me. io. xxj. c. Post hec diacon⁹ sup ambonē ascendit: dicit aūt ambo ambonis pulpitum vbi legitur euangelium ab ambio ambis: q̄ loc⁹ ille gradib⁹ ambitur. Sūt enīz in quibusdaz eccl⁹ sijs duo paria graduz. siue duo ascensus in illū p mediū chori: vnus a sinistris videlz vſus orientē quo fit ascē sus: alter a dextris videlz vſus occidentē quo fiat de scensus vt premissum est. Vel ascendit ab australi p te: nā christus a bethel. i. bethleem que est austruz ve nit in hierusalez. vnde dicitur. Deus ab austro vēiet. Ascendit ergo super ambonē ad notandū q̄ christus ambit omnes qui custodiūt verbū euangelij ⁊ vt pos sit ambiri ⁊ sic melius ab hominib⁹ intelligi. Itē ascē dit vt in edito ⁊ alta voce annunciet euangelium tan q̄ vbiq̄ ⁊ ab omnibus audiendum: iuxta illud p̄phe ticum. Super montez excelsum ascende tu qui euan gelizas syon. exalta in fortitudine vocem tuam: ⁊ do minus inquit in euangelio. Quod dico vobis in tene bris dicite in lucem: ⁊ quod in aure auditis predicate super tecta: extra de here. cuz ex iniūcto. vt imitemur dominum qui in montem ascendit vt euangelium p̄dicaret: ⁊ aperiens os suum docebat discipulos dicēs Beati pauperes spiritu ⁊c̄. Lex etiam in monte data est. Euangeliuz ergo in alto ⁊ in eminenti loco legi tur: quia doctrina euangelica dilatata fuit vbiq̄ ter rarum. Unde in omnem terraz exiuit sonus eorum ⁊c̄. xix. di. ita. Epistola vero in loco inferiori: q̄ lex ⁊ prophete qui per illaz figurantur clausi fuerunt in iu dea. vnde notus in iudea deus ⁊c̄. Preterea p epistō lam predicatio ve. test. que humilior per euangelium noui test. q̄ excellentior est intelligitur. doctrina enim christi vel lex euangelica excellit apostolicam: ⁊ apo stolica legalem doctrinam. Unde apostolus ad hēb. vij. lex neminem ad perfectionem duxit. euangelium aūt dat salutez omni credenti. In missa aūt p̄o defū ctis non in loco eminentiori sed iuxta altare euange lium ⁊ epistola leguntur: ad notandū q̄ quantuz spe ctat ad defunctos talia non sunt predicationes que vnis publice fiunt. Ipsis autē cum sint absentes fieri nequeunt publice vel occulte: sed magis sunt p ipsis orationes per quas ad xp̄m qui per altare significat appropinquantes eis possumus reuelationē aliquaz obtinere. Legitur etiam de more euangelium super aquilam: iuxta illud. Et volauit super pēnas ventorū ⁊ aquila ipsa seu locus in quo legitur in diebus festi uis aliquo pāno lineo vel serico cooperitur ad signi ficandum mollitiem cordium christianorum. Unde dominus per p̄phetam. Ecce cor carneum dabo vo bis: ⁊ scribam legem meam in cordibus vestris. Lo cus vero in quo epistola legitur non cooperitur ad si gnificandum duritiam cordium iudeorum. Lectur⁹ aūt euangeliuz transit ad partē sinistrā prout iaz ⁊ su pra sub ti. de mutatiōe sacerdotis dictū est: ⁊ opponit faciem suam aquiloni: iuxta illud Isa. xliij. Dicam a quiloni da. ⁊ austro noli prohibere vt ostēdat nos do ctrina euangelij debere armari ⁊ predicationez chri sti contra illam specialiter dirigi qui ait: Ponaz sedē meam ab aquilone ⁊ similis ero altissimo. nam ⁊ secū dum prophetam: Ab aquilone pandetur omne ma luz sup habitatores terre. ¶ Rursus versus aquilo nem euangelium legitur iuxta illud quod legitur in canticis. iiij. Aquilo surgat i. dest diabolus fugiat.

ter veniat ideſt ſpiritus ſanctus accedat. Recte enim contra diabolum euangelium legitur. Ut illum ſua virtute expellat: quoniam diabolus nihil rantum quantum euangelium odit. Siquidem aquilo vētus frigidus diabolum ſignificat: qui flatu tentationum corda hominum a dei timore congelat ⁊ refrigerat. Cum ergo fides in euangelio contineatur que eſt armatura noſtra contra diabolum. iuxta illō. Cui reſiſtite fortes in fide merito legitur contra illum. Nō qz etiam verſus meridiem legitur quia doctrina chriſti que primo fuit inter iudeos ⁊ nunc inter gentiles ad eos in fide redibit: Hi vero qui eum in veniendo preceſſerunt reſpiciunt ad euangelium ⁊ ad faciem recitantis: prout ſub epiſtola dictum eſt. Deinde lecturus euangelium ſalutat populum vt illum ad audiendum verbum dei attentum reddat dicens dominus vobiſcum. oſtendens etiam per hoc ſe orare vt dominus ſit cum eis ⁊ obſeruans q dominus iuſſit. In quacunqz domuz intraueritis primū dicite. Pax huic domui. Chorus vero ⁊ populus quaſi redditus attentus ad illum ⁊ ad quācunqz partem in qua euāgelium legitur ſe vertunt quia omnibus propoſitum. eſt. Ite in mundum vniuerſum predicate euangeliuz omni creature. i. homini pro quo facta ē omnis creatura: vel qui habet aliquod participium cū omni creatura: ⁊ reſpondent ⁊ cum ſpiritu tuo: ſupple vt digne poſſis euangelium legere: ac ſi dicant: tecum ſit ad dicendum ⁊ ſic mutuo ſe ſalutant: prout ſub prefatiōe dicetur. ¶ Sane euangelium ſtando ⁊ non ſedendo auditur ſicut ſtatuit anaſtaſius papa de conſe. di. i. apoſtolica: vt ad pelium pro chriſti fide ſeruanda promptitudo notetur. Unde luce. xxij. Qui non habet gladium vendat tunicam ⁊ emat illum. Et quia ipſius doctrina ad morem celeſtium dirigit mentes noſtras. ad huiuſmodi etiam promptitudinem deſignandum quidam dum euangeliuz legitur clamides deponunt: ⁊ etiam ad notandum q omnia temporalia dimittenda ſunt propter chriſtum. Juxta illō euāgelij. Ecce nos reliquimus omnia: ⁊ ſecuti ſumus te. Et ex quo ſtanduz eſt apparet q nec iacere nec appodiari debemus euangelium audiendo. Reclinatoria ergo tunc relinquuntur: ad notandum q non debemus confidere in principibus: nec ſuſtentari in terrenis quia vanitas vanitatum ⁊ omnia vanitas dixit Eccleſiaſtes: Subauditur comparatione dei in quem curam noſtram iactare debemus. Et ſm ipm Anaſtaſiuz ſtantes curui manere debemus: vt humilitatem que a domino docetur etiam corpore demonſtremus. Auditur etiam capite nudato primo vt attētio adeſſe monſtretur. ob quam etiam cauſam quidā tunc mentionem ⁊ genas manu tenent. ſecundo vt quinqz ſenſus patuli ſint ad audienduz: tertio ad notandum q omnia que ſub velamine ⁊ figura in lege ac prophetis continebantur ſunt in euangelio manifeſtata. In chriſti enim paſſione velum templi ſciſſuz eſt ⁊c. Deponuntur etiaz tunc baculi ⁊ arma. Primo ne imitemur in deos in conſpectu crucifixi arūdines ⁊ arma ferentes. Secundo ad notandum q chriſto predicante omnes legales obſeruātie que p baculos ſignificantur depoſite ſunt. Tertio depoſitio baculorum ⁊ armorum humilitatem notat: ⁊ chriſtiane perfectionis eſſe non ſe vindicare ſed domino reſeruare vindictam. Juxta illud Mihi vindictam ⁊ ergo retribuam dicit dominus Et matthe. v. Qui te percuſſerit in vna maxilla prebe ⁊ ei alterā. xxiij. q. i. §. i. Auditur etiam euangelium in ſilentio: quia omnia ſoluta ſunt in euangelio que in lege ⁊ prophetis p̄miſſa erāt. Pōtifex vero ſeu ſacerdos dum euangeliū legit: faciem vertit ad illud ad notandum q chriſtus predicatores euangelij ſemper ad adiuuandū reſpicit: ſtans ſup ſcabellū ad deſignandū q per huiuſmodi p̄dicationē ois aduerſa poteſtas debellāt: ⁊ chriſti pedibus ſubmittīt ⁊ ſic impleť qō in p̄s. dicit. Donec ponā inimicos tuos ſca. pe. tu. Diaconus vō ſtatim poſtq̄ ſibi reſponſuz eſt ⁊ cum ſpiritu tuo: vt cunctos reddat dociles ⁊ beniuolos ad audiendum verbum euangelij. i. bonū nuncium nunciantē regnū dei ſubdit. Sequentia ſancti euangelij thurificans librum: ⁊ ſignās ſigno crucis. Et etiā in quibuſdā locis oſculať libruz quaſi dicat: hic eſt liber ſeu euangeliū dei hic eſt liber crucifixi quem predico: hic eſt liber pacifici p quez recōciliationē accepimus. Unde apoſtolus. i. ad corinthi. i. Predicamus vobis chriſtum crucifixum. Per incenſi autem fumū bona predicationis opinio intelligitur. Deinde ſignat ſe in fronte in ore pariter ⁊ in pectore ſeu in corde: ne diabolus qui bonis operibus inſidiatur tollat ei per erubeſcentiam deuotionē de corde vel ſermonē de ore: ac ſi dicat. Ego chriſti crucem non erubeſco: ſed eaz ore predico: ⁊ corde credo: quia corde creditur ad iuſticiaz ore antē confeſſio fit ad ſalutem. Predicamus inquit apoſtolus chriſtum ieſum ⁊ hunc crucifixum. iudeis quidem ſcandalū. gentib? aūt ſtulticiam Et apoſtolus ad gala. vj. Mihi autez abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri ieſu chriſti. Dñs etiam in euangelio ait. Qui me erubuerit ⁊ ſermones meos. hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in maieſtate ſua ⁊ patris ⁊ ſanctorum angelorū. Unde in daniele legitur. Non eſt confuſio confitentibus te. Quidam autem ſignant ſe tantum in fronte ⁊ in pectore quaſi i vtroqz ſuperliminari. Clerus vero ⁊ populus audito titulo euangelij. ſ. ſequentia ⁊c. ſiue bono nuncio vertentes ſe ad orientem ſiue ad altare: vt deum qui eſt verus oriens glorificent: qz miſit eis verbum ſalutis: ſicut legitur in actibus apoſtolorū: ⁊ glorificauerunt deuz dicentes: ergo ⁊ gentibus deus penitentiam dedit ⁊ vitaz cum reuerentia ⁊ honore reſpondent: gloria tibi dñe. Propoſito itaqz euangelio ad legendum in quo agit de gloria ⁊ de noſtra liberatione. ſ. qualiter chriſtus diaboluz deuicit: ⁊ nos ab ipſius ſeruitute liberauit: ⁊ victor ad gloriā patris aſcēdit: ipſi auditores euangelij letantes in laudez ſui ſaluatoris conclamant dicentes. Gloria tibi domine: quaſi dicant gloria tua que nobis in euangelio predicatur: nobiſcum ſine fine permaneat ⁊ ſemper creſcat: ⁊ hec dicendo ſigno crucis in fronte: in ore ⁊ in pectore ſe ſimiliter contra diabolū muniunt. ne eos ipediat in audiendo. In fronte quia ibi ē locus pudoris ⁊ verecundie. Unde p hoc q crucē fronte imprimūt:

ostẽdunt se nõ erubescere credere crucifixũ cui⁹ liber legitur: ⁊ cum habere deum ⁊ dñm. Per hoc q̃ in ore signat signant crucẽ dñi audacter predicare. Per hoc q̃ in pectore ostendunt se libenter cõpati pro nomine christi: qua etiã ratione quidã quãdiu euãgeliuz legit cum vtroq; pollice ante pectus signũ crucis figurãt. ¶ Rursus nos in ore signam⁹ ad designandũ q̃ de verbis euãgelij debet esse locutio nr̃a. In pectore vo ad designandũ q̃ verba euangelij debẽt nos ꝓcutere in pectore ⁊ in mente. Mox vero post factuz signum crucis. versus diaconũ audituri euangeliũ se conuertunt. De crucis mysterio dicẽt in ꝓoemio quite partis. ¶ Porro alicubi subdiacon⁹ dñi legitur euãgelium sinistram manũ libro supponit ad notandũ q̃ illi qui sub tẽpore legis fuerũt quor̃ finis seu vltimus fuit Joannes quẽ significat subdiacon⁹ ⁊ si aliqua bona agebant. illa tamen debilia ⁊ infirma erant que ꝑ sinistram significant̃: q2 si lex ad gratiã disponeret: tamen gratiam non ꝓcebat. Conuenienter ergo sinistra manus libr̃ euangelij supponit̃ In quo christi fides ꝑdicat sine q̃ ꝑ opa legis nẽo saluat̃. ¶ Rursus per sinistram manum temporalia per librum euangelij spiritualia congrue designatur. Manus ergo sinistra libro supponitur ad notandum q̃ sicut anima sine corpore nõ viuit ita nec spũalia diu sine temporalibus subsistere possunt. Terminatur autem euangelium exaltando vocem in fine ꝓout sub epistola dictuz est: ⁊ mox illo finito munit se diaconus signo crucis: ne diabolus susceptum semen euangelij de vase signato surripiat. Et deinde euangelium osculatur ad notandum se ex charitate ⁊ amore euangelizasse. Auditores vero se versus orientez conuertunt quasi ad hierusalem gratias agentes quia inde venit ad nos euãgeliuz. Juxta illud quod dominus dixit in euangelio apostolis. Vos eritis mihi testes horum in omnes gentes incipientes a hierusalem: ⁊ signo crucis se i pectore muniunt contra diabolum ne semen verbi dei suffocetur in eis. vnde luce. viij. Volucres celi comederunt illud. Et ne sermonem domini rapiat de pectoribus eorum: quasi dicant deus nos faciat in doctrina christi perseuerare: ⁊ vt significet se habere in corde quod exprimit ore: Quod etiam apertius designatur in quibusdam ecclesijs. in quibus finito euangelio dicitur amen ⁊ bene: quasi dicant verum est qõ in euangelio dictum est quod est contra quosdam hereticos: qui lecto euangelio quasi contradicentes dicunt falsum est. Vel amen. q.d. fiat nobis quod dominus in euãgelio pollicetur. Juxta illud Neemie. viij. Benedixit esdras domino deo magno. Et respõdit omnis popul⁹ amen amen. Et eleuãtes manus suas incuruati sunt ⁊ adorauerunt ꝓni in terrã. In alijs vero ecclesijs dicitur deo gratias. sicut fit post aliquam lectionem vel capitulum. Quidam etiam litterati dicũt. Benedictus qui venit in nomine domini: quod est finis euangelij mathei. quod legitur in festo beati stephani ⁊ in dominica palmarum. In quibusdam locis cerei qui significant doctores per quos ecclesia illuminat̃ post lectum euangeliũ extinguuntur: quoniã xp̃o in eis loquente possunt ecclesiã illuminare eo aũt tacente. i. spũ sancto ab eis recedente hoc ne queunt. Preterea euãgelij ꝑdicatione finita lex ⁊ ꝓphetie cessabunt: In nõnullis tñ ecclesijs dum euãgelium legit̃ candelabra cum cereis deponunt̃ ad terrã ad notandum legẽ ⁊ ꝓphetiaz inferiorẽ euãgelio esse Cõsequenter subdiaconus codicem euangelij refert diaconus vero vacuus redit: vt ostẽdat se predicatõe finita contemplationi vacare. Veniens aũt prius ad legenduz euangeliũ librum in quibusdã ecclesijs ferebat: ad notandum q̃ ipse nõ solum debebat docere sz ⁊ facere. Redit etiã ad episcopum seu sacerdotem. vñ venit ad notandum q̃ omnis doctrina a deo est ⁊ ad ipm reuertit̃. Unde salomõ: vñ exeunt flumia reuertunt̃. Textus quoq; euãgelij sup puluinar reportat̃: q2 ecclesia vt audiuit euãgelium: illud suauiter corde suscepit ⁊ letata ẽ. Juxta illõ: Audiuit ⁊ letata ẽ syon ⁊ ait Anima mea liquefacta ẽ vt dilect⁹ locut⁹ est. Liber quoq; euãgelij ⁊ thuribulũ ad pontificẽ reportantur q2 ad eũ oia bona referẽda sũt a quo cuncta ꝓcedunt. Ipse eni ẽ finis cõsumãs sz nõ cõsumẽs: alpha ⁊ o primus ⁊ nouissim⁹ initiũ ⁊ finis. Nã ⁊ apostoli ꝑdicatione pacta ad xp̃m reuersi sũt referẽtes ei gratias de miraculis ⁊ ꝑdicationis ꝓfectu. ¶ Ep̃us vero thus adorat ⁊ euangeliũ osculatur. Primo ad notandũ: q2 qõ xp̃s inspirauit ⁊ docuit: hoc approbat ⁊ acceptat. Deus eni nihil accipit nisi qõ efficit nec remunerat nisi qõ donat: q2 sicut cuncta que facit bona sunt: sic nulla sũt bona nisi que fecit. Nam vidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona Scõo apertũ codicẽ osculatur ad significandũ q̃ scire debz ⁊ nuda ac apta sibi esse debent quecũq; sunt in lege. vnde luce. viij. Vobis datum est nosce mysteriuz regni dei. ⁊ malachie. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam ⁊ legem requirunt supple subditi de ore eius: extra dicere. cũ eximiuncto Tertio quia ipse solus intrat i sancta sanctorum ꝓout in ꝓoemio huius partis dictum est. Quarto quia huiusmodi osculum significat affectum amoris ad euangeliũ qui ꝑcipue in eꝑo vigere debet: adeo vt paratus sit mortẽ ꝓ eo subire. xxv. q. i. violatores. Quinto subdiaconus librũ apertuz prelato seu sacerdoti offert ad osculandũ: ad notanduz ipsum debere delectari in fide fideliũ que infusa est in eis ⁊ patefacta per euangelij predicationem: que prius in lege fuerat clausa. Postea in quibusdam ecclesijs liber clausus illis qui sunt in choro ostenditur pro eo q̃ post premissa verba nobis datuz est ⁊c. Sequitur in apostolo: ceteris autem in parabolis. Et est aduertendum q̃ postq̃ diaconus lecto euangelio librum osculat⁹ est ad notandũ se ex charitate ⁊ amore euangelizasset: tũc demũ fert̃ euangeliuz eꝑo: qui christũ significat ad osculanduz. i. ad predicationem acceptandam ⁊ nõ ante ad figurandum q̃ deus illaz duntaxat ad ꝑdicationẽ acceptat que fit ex amore ⁊ charitate. Verũtamen in missa pro defunctis euangelium non fertur pontifici ad osculanduz. tum quia tunc premisse rationes cessant. tum quia in missa illa omnis solẽnitas subtrahit̃: ne festiue solennitates cũ desolationis meroribus miscentur. Legens tamen euangeliuz in missa pro defunctis. librũ in quibusdã

ecclesijs osculatur. qz quicunqz illud ꝓnunciat debet charitatis amoꝛe in illū tendere cuius doctrina euangelicam recitauit qui amoꝛ per osculuz designatur Et attendendū q̄ statim post libꝛi osculum: sacerdos ministeꝛ pontificem qui christum designat incensat ad ostendendum q̄ sacerdotis maxime officium est oꝛationis ignitū sacrificium quod p̄ incensū significatur christo offerre non solum in expiationē delicti: veruz etiā in gratiarū actionez ꝓout in Leuiti. habet. Postest etiam sub epilogo dici: quia q̄ liber euangelij ꝑ subdiaconum poꝛtatur q̄ subdiaconus pulpitū ascēdit q̄ aperto libꝛo populū salutat: ꝛ oēs rūdent q̄ titulum euangelij ꝓmittit q̄ alta voce ꝛ distincte ꝛ contra aquilonē legit q̄ omnis populus aures ꝛ oculos ad libꝛū diꝛigit: ꝛ in silentio ac stando audit: ꝛ in fine ad celū manus leuans oꝛat dicens. amen. Hec inquā omnia ꝛ singula ex lege sumuntur. Legitur eniz in p̄ncipio Neemie q̄ congregatio populo ad plateaz que est ante poꝛtā aquarū. Esdras scriba attulit libꝛū legis moysi ꝛ stetit sup gradū ligneū quē fecerat ad loquendū ꝛ aperuit libꝛū coꝛā omni populo. ¶ Poꝛro leuite silentiū faciebant in populo ad audiendū legez benedicentes deo magno ꝛ ois populus stans i gradu suo rūdit Amen: Et legerunt in libꝛo legis dei distincte ꝛ aperte ad intelligendū. Omnis vero populus eleuātes manus suas adoꝛauerūt ꝓni ad terrā. Illud quoqz p̄ter eundū nō est q̄ euangelijs que i ecclesijs leguntur generaliter due p̄fationes ꝓmittuntur. p̄ma est initiū sancti euangelij. scēa sequentia sancti euangelij. Siquidē p̄ma p̄fatio ꝓmittit p̄ncipio cuiuslibet euangelij quattuoꝛ euangelistarū. s. euāgelio ioannis. In p̄ncipio erat verbū: euāgelio mathei. Liber generationis. euāgelio luce. Fuit in diebus herodis. ꝛ euangeliū marci. Principium euangelij iesu christi. qō in quibusdā ecclesijs legit̄: in prima dominica de aduentu: vt ibi dicet ꝛ tunc nō subijcitur ill̄. In illo tēpoꝛe qz in ipsis principijs agitur ꝛ determinat̄ certū tp̄s. vnde esset nugatio ꝛ superfluerent verba illa. Secunda vero prefatio p̄mittitur omnibus alijs euā gelijs. Et dicit̄ sequētia qz verba ipa q̄ legēda sunt sequunt̄ post initiū seu post ea que p̄cedūt in euangelio vnde sumpta sūt. vnde cū dicit̄ sequentia supplenduz est: sūt verba sancti euangelij ꝛc̄. vel sequentia est numeri singularis: ꝛ tūc cum dicit̄ sequentia sancti euangelij ꝺm ioannē supplet̄ hec est. ¶ Sane in euangelijs quibus ipsa scēa prefatio ꝓponit̄ subijcit̄ quādoqz. In illo tēpoꝛe ꝛ quādoqz nō subijcit̄. Siquidē siue in illo tempoꝛe dicuntur quando ex eoꝛuz verbis certum est de tempoꝛe vt permissū est: ꝛ tunc icipiunt per aliquā determinationē regie vel alterius potestatis: vt illud: anno quintodecimo tiberij: vel per simplicem rei geste narrationem certū tempus determinantem: vt illud: cum esset disꝑsata: ꝛ illud. Postq̄ cōsummati sunt: ꝛ illud. Cum natus esset iesus: ꝛ illud Factum est autem cum baptizaretur: ꝛ illud. Cum autem esset annoꝛum duodecim: ꝛ illud postq̄ impleti sunt dies: ꝛ illud. Vespere autez sabbati: ꝛ illud. Elizabz impletū est ꝛc̄. Reliquis vero euangelijs subijciꝛ tur. In illo tempoꝛe: ꝛ est sensus. In illo tēpoꝛe. s. gratie: de quo dicit apostolus. Ecce nunc tēpus acceptabile ꝛc̄. de pe. di. i. ecce. ¶ Non est etiam omittenduz q̄ euangeliuz legitur in ecclesia quādoqz ꝺm historiā vt illud qō dicitur in die pasce. Maria magdalena ꝛ Maria iacobi ꝛc̄. ꝛ illud quod cantatur in natali ad secundā missam de pastoꝛibus. Quandoqz ꝺm allegoꝛiam: vt illud qō legitur in assumptione beate marie: in quo mentio fit de maria ꝛ martha: vbi dicitur. Intrauit iesus in quoddam castellum ꝛc̄. ꝓout ibi in septima parte dicetur. Quandoqz ꝺm rem vt illud de sancta trinitate. Quādoqz ꝺm personam: vt illud qō cātatur in festo sancti thome apostoli vbi dicit̄. Thomas vnus de duodeciz. Quandoqz ꝺm partem: vt illud quod dicetur in festo sancte crucis de nicodemo: vbi dicitur: sic oꝛtet exaltari filiuz hominis ꝛc̄. In quo verbo xp̄s passionem suam significat ꝛ exaltationem coꝛpoꝛis sui in cruce. Et ideo euangelium i quo hec clausula continetur legitur in festo sancte crucis ꝛ in festo michaelis archangeli: ꝓpter illum versum. Angeli eoꝛum semper vident faciem patris mei qui i celis est. Item etiam ꝺm partem: vt illud. Liber generationis ꝛc̄. Et hoc ꝓpter vltimuz versuz in quo fit mentio de christo. Quandoqz ꝺm totum: vt illud qō legitur in circuncisione domini. Postq̄ cōsumati sūt dies octo ꝛc̄. Quandoqz ꝺm tempus: vt illud quod dicitur in prima die quadrageſime. s. ꝓpter iciuniū. Quandoqz ꝓpter letanias: vt illud: Siquid petieritis ꝛc̄. quod in letanijs dicitur: in quo fit mentio de ouo pane ꝛ pisce. Et quandoqz ꝓpter locuz: vt illud quod legitur in dominica sexageſime. s. Exijt qui seminat ꝛc̄. Sane mulier etiam abbatissa non debet legere euangelium. Licet enim beata virgo dignioꝛ ꝛ excellentioꝛ esset apostolis vniuersis: dominus tamē non cōmisit ei claues regni celoꝛum: extra de peni. ꝛ re. noua. hinc est q̄ abbatissa non potest ꝓprias moniales benedicere: vel earum confessiones in crimini bus audire vel euangelium legere vel publice predicare. In matutino tamen posset: sed non publice euāgelium dicere. xvij. q. i. diaconissam. ¶ Et nota q̄ quattuoꝛ sunt euangelia de beata Maria: vt dicetur in septima parte sub festo assumptionis.

¶ De symbolo. Rubꝛica.

Euangelio lecto mox cantatur alta voce symbolum illud. s. Credo in vnū deuz quia eni coꝛde creditur ad iusticiam oꝛe autem cōfessio fit ad salutez: ideo ecclesia vt ostendat q̄ euangelij verbuz seu predicationem fide ꝛ coꝛde recipit mox fidei symbolum oꝛe decantat. Symbolum ergo post euangelium fidem post predicationem ostendit. Unde Joan. hec eo loquente multi crediderunt in eum. Nam ꝺm apostolum ad romanos decimo. Fides est exauditu auditus autem per verbum dei. Dicitur autem alta voce: vt omnes illud dicant ꝛ adiscant. Omnis eniz christianus tenetur publice fidem catholicam profiteri ꝓpter quod in fronte signatur in prima vero ꝛ

in completorio sub silentio dicitur: ne muscę morientes perdant suauitatez vnguenti prout in quinta parte sub ti. de prima tangetur. ¶ Rursus ideo in missa patenter dicitur ad notandum q̄ hodie fides catholica libere predicatur ꝛ docetur. In prima vero sub silētio dicitur ad notandum q̄ in primitiua ecclesia pręsertim tempore passionis christi predicatores ꝛ fidei professores siluerunt ꝛ in completorio ad notanduz q̄ similiter in fine seculorum antechristi persecutione inualescente illorum ora claudentur. ¶ Sane sacerdos seu episcopus illud incipit ad designandum q̄ omne bonum a christo procedit. Nam omne datum optimum ꝛ omne donum perfectum desursum est. d. a. p. lu. i. q. Quāpio. Ne autez musicus ille celestis dicat: cantauimus vobis ꝛ non saltastis chorus euangelice doctrine consona voce respondet. ꝛ solenni tripudio fidem catholicam profitetur dicens. Patrem omnipotentem ꝛc̄. quāuis in missa pape quandoq; aliter obseruetur: prout iaz dicetur. Ad hoc sacerdos illud incipiens manet erectus ante medium altaris manibus extensis sursum eleuatis quas postq̄ inceperat iungit. Siquidem sacerdos christum representans erectus manet ad notanduz q̄ christus semper paratus est cunctis spiritualia bona largiri: ꝛ ante altaris medium innuens q̄ non est personarum acceptor: sed quantum in ipso est omnibus equaliter influit: nec angulum diligit neq; sinuz manibus quoq; extensis ad designandum q̄ paratus est habundanter bene meritis illa largiri: sursum tamen eleuatis q̄si ipso facto ostendens q̄ que sursum sunt querite at q; a deo misericordiam poscere: ꝛ in eo solo sperare debemus. Deinde postq̄ inceperit manus iungit: quia ei soli de perceptis bonis gratias agere ꝛ nos humiliare debemus. Et quoniam symbolum verbuz est euangelium quo ad sensum: ideo stando illud audire sicut ꝛ euangelium: ꝛ illo dicto signum crucis facere debemus. Symbolum autem grece latine sonat iudicium vel signum vel collatio: tum quia regulam fidei plenam indicat ꝛ perfectam: tum quia simul in vnum fidei continet articulos. Et nota q̄ triplex est symbolum. Primum est symbolum apostolorum qō vocatur symbolum minus: quod videlicet ex institutione Damasi pape dicitur tacite per ferias in singulis canonicis horis. Et illud dicitur a sin quod est cō ꝛ bolos quod est sententia: quia compositum fuit ex diuersis verbis apostolorum sicut pueri in festiuis cō uenientes afferre solent bolos. i. fruſtra carnium ꝛ panis: que in vnum collecta symbolum vocantur. i. collectio inimicitiarum. xliij. di. non oportet. Traditur enim q̄ postq̄ apostoli spiritum paraclitum acceperunt cum iam forent ad predicandum euangelium ꝓfecturi conferentes in vnum super articulis fidei statuerunt: vt sic omnes erant in vna fide concordes: sic omnes vnam fidem concorditer predicarent: ꝛ ideo symbolum minus componentes vnusquisq; boluz. i. particulam vnam apposuit. Unde ꝑm apostolorum cathalogum siue numerum duodecim particulas dinoscitur continere. Petrus nāq; apposuit. Credo in deum patrem omnipotentem cre. ce. ꝛ ter. Andreas Et in iesum xp̄m filium eius vnicum dominum nostrum. Jacobus. Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine. Joannes. Passus sub pontio pilato crucifixus mortuus ꝛ sepultus. Philippus. Descendit ad inferos tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomeus. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Thomas. Inde venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos. Matheus. Credo in spiritum sanctum. Jacobus. Sanctam ecclesiam catholicam sanctorum cōmunionē. Simon. Remissionem peccatorum. Thadeus. carnis resurrectionem. Mathias. Et vitam eternam. Scōm symbolum est. Quicunq; vult saluus esse. ꝛc̄. Ab athanasio patriarcha alexandrino in ciuitate treueri compositum Hoc tamen potest dici tertium. nam nicenū de quo sequitur fuit prius in prima nicena synodo compilatum. Tertium est nicenum. xv. di. c. i. s. Credo in vnum deum. qō Damasus papa ex condicto vniuersalis synodi apud constantinopolim celebrare instituit in missa cantare patenter quāq̄ ꝛ Marcus papa primus statuisz illud alta voce cantari ꝛ vocatur symbolum maius. A grecis ergo vsus cantandi ad missam symbolū creditur peruenisse q̄ similiter duodecim clausulas continet. Prima est. Credo in vnuz deum ꝛc̄. Scōa. Et in vnum dominum iesum xp̄m. Tertia qui propter nos homines ꝛc̄. Et cum dicitur ibi. Et homo factus est debem⁹ genua flectere: quia xp̄m hominem factum ꝛ pro nobis crucifixum adoramus. Quarta. Crucifixus etiam pro nobis. Quinta. Et resurrexit tertia die ꝑm scripturas. i. eo modo eo ordine ꝛ eo tēpore quo predictum est in scripturis. Sexta. Ascendit in celum. Septima. Et iterum venturus est ꝛc̄. Octaua. Et ī spiritum sanctum dominū Nona. Et vnam sanctam catholicam ecclesiam. Decima Confiteor vnum baptisma. Undecima. Et expecto resurrectionem mortuorum. Duodecima. Et vitam venturi seculi amen. ¶ Et est notandum q̄ ī predictis niceno ꝛ cōstantinopolitano cōcilijs non leguntur verba illa: ꝑm scripturas. neq; illa filioq; procedit. ꝛ quoniam apud grecos in fine ipsius symboli sub anathemate dicitur prohiberi ne quis de fide trinitatis aliud docere vel aliter predicare q̄ ibi cōtinet̄ presumat sed ꝛ calcedonense. concilium. apud eos celebratum anathematizare precepit eos qui alteram fidem ausi essent cōponere: proferre: scribere: docere vel aliud symbolum tradere q̄ premissum est: ideo ipsi greci nos anathematizatos asserunt pro eo q̄ ibi addimus verba ipa. Sed minus benedicunt: tū quia illud non fuit canon late sententie sed cōminatio quedam tum qz inferior potentiorem ligare non potest xxj. di. inferior. Romana enim ecclesia non subest cōcilijs sed potius consilia subsistunt sibi. extra de clec. significasti. Preterea verba illa ꝑm scripturas sūpta sunt ex expositione fidei eiusdem concilij constantinopol' ꝛ sic nihil videt̄ additum nec errorem aliquez sapiunt Sane vt supra sunt expositia intellecta. Item per verba illa filioq; nō docemus aliud: vel aliter de trinitate predicamus: immo idem. Cū enim filius idē sit cum patre in substantia: ergo q̄ a patre procedit ꝛ

a filio procedit: ⁊ sic nihil addimus sed potius declaramus nec alteram fidem cōponimus: proferimus: scribimus: vel aliud symbolum tradimus: nec in aliquo contra predictum facimus anathema. ¶ Hirum tamen est quo ausu ipsi greci spiritum sanctum a filio procedere negare presumunt: cum ⁊ hoc in concilio ephesino apud eos edito contineatur expresse. de cō se. di. p. c. vlti. ⁊ penul. sed ipe si errasset videntes quosdam prelatos de suis ad generale concilium lugdun̄ sub Grego. papa. x. celebratum miserunt qui in dicto concilio publice nobis videntibus suo ⁊ omnium prelatorum ⁊ imperatores romani nomine professi sunt q̄ spiritus sanctus eternaliter ex patre ⁊ filio: nō tanq̄ ex duobus principijs sed tanq̄ ex vno principio non duabus spirationibus sed vnica spiratione extra de sum. tri. ⁊ fide catholi. prout i eiusdez gregorij constitutione habetur coram toto concilio ter grece ⁊ ter latine symbolum cum dictis verbis. fm scripturas ⁊ filioqz similiter decantando. ¶ Cantatur autem hoc symbolum maius in solēnitatibus eorum dūtaxat q̄ illud composuerunt ⁊ in illis de quibus aliqua mentio fit in ipso: videlicet in omnibus diebus dominicis In festiuitatibus domini. s. in natali epiphania. cena domini. pascha. ascensione. penthecosten. ⁊ transfiguratione. ⁊ in festo de trinitate: ⁊ in omnibus festiuitatibus beate Marie. sancte crucis. angelorum ⁊ apostolorum de quibus fit mentio ibi. Et apostolicam ecclesiam. In solēnitatibus autem luce ⁊ marce euangelistarū dicunt quidam non debere cantari: q̄ illi apostoli non fuerunt. Item dicit debet in dedicationibus ecclesiarū ⁊ in cōmemoratione omnium sanctorum quā q̄ ⁊ ipsa sit dedicationis festiuitas. Et dicitur etiam infra octauas natalis domini excepta die innocentium in qua cantica leticie subticent̄. In octaua tamen cantatur prout in sexta parte sub illo festo dicetur. ¶ Cantatur ... iaz infra octauas epiphanie pasce ascensionis penthecostes apostolorum petri ⁊ pauli ⁊ assumptionis beate Marie. Licet enim in natiuitatibus sanctor̄ Joannis baptiste ⁊ sancti Laurentij symbolum non cantetur. in octauis tamē eorū cantatur eo q̄ infra octauas apostolor̄. ⁊ assumptionis occurrūt ⁊ ob hoc etiam in octaua sancti ioannis baptiste prefatio de apostolis ⁊ i octaua beati laurentij prefatio de assumptione cantatur. In quibusdam tamen ecclesijs dicitur symbolum in festo beati Joannis baptiste: ⁊ non incōpetenter: q̄ in symbolo de ꝓphete fit mentio: ibi qui locutus est per prophetas: ⁊ quia ipe nō solum fuit prophete sed plusq̄ prophete. De eo quoqz scriptū est Fuit homo missus a deo tē. ⁊ ita fuit apostolus de ipso etiā ait Jo. os aureum in sermone qui legit̄ in festo decollationis Jo. par angelis apostolorū vox. Ipse etiā primo baptizauit ⁊ baptismū predicauit: ⁊ i symbolo fit mentio de baptismo Horum quidem omniū fit cōmemoratio in symbolo. Quorundā tamen obscure vt epiphanie. est tamē illō pro festū dñi: est etiā festuz illud baptismatis: de quo in symbolo continetur ibi. Confiteor vnū baptisma tē. ⁊ cene domini: sed illa est solennitas eucharistie ad quam respicit illud. Sanctorum cōmunionem ⁊ angelorum. sed illi nomine celi debent intelligi ō quo in symbolo dicitur ibi. Creatorem vel factorem celi ⁊ terre tē. Quibusdam tamen videtur tunc non esse cātandum eo q̄ angeli nunq̄ habuerunt fidem sz spem nec credunt sed sciunt: quoniam plenam scientiam habent. Fit etiam cōmemoratio licet obscure dedicationis ecclesiarum: sed ad illam respicit illud sanctaz ecclesiam catholicam. tunc enim sanctificatur: ⁊ vt ita dicam catholizatur ecclesia cum dedicatur: Ad octauas vero respicit resurrectio mortuorum: de qua dicitur ibi. Et expecto resurrectionez mortuorum. In festo sancte agnetis symbolum non cantatur: quia licet in ecclesia celebretur: non est tamen festum octauc ꝓ ut in septima parte sub ipso festo dicetur. ¶ Porro quidam non absurde symbolum cantant singulis diebus a die resurrectionis vsqz ad festum ascensionis: sicut in omnibus diebus dominicis: ⁊ etiam in solennitate beate Marie magdalene dicentes illam fuisse apostolorum apostolam: eo q̄ ipsa prima resurrectionis gaudium apostolis nunciauit: ⁊ in festo beati Martini: quia de eo cantatur. Martinus par apostolis. Quidam etiam dicunt illud in principali festo cuiuslibet ecclesie seu oratorij. non tamen in octauis illorum si eas celebrent. Ueruntamen de quibusdam mentio fit in symbolo in quorum commemoratione symboluz non cantatur vt passionis ⁊ sepulture quoniam illorum dierum officium aliorum officiorum regulam non sectatur. Non dicitur etiam quando in ꝓfestis celebratur ad honorem beate virginis vel sancte crucis vel sancti spiritus: extra de cele. mis. consiliū ¶ In quibusdam locis cantato symbolo vel cum cātatur populus cantat kyrieleson: quoniam postq̄ christus ⁊ apostoli docuerunt fideles fide recepta: laudes deo dederunt: quas fortitan representat suauissimi symboli melodia. ¶ Illud autem sciendum est q̄ christus non venit predicare gentibus: sed iudeis. Juxta illud euangelij. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Unde precepit apostolis. In viam gentium ne abieritis: ⁊ in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: donec post resurrectionem precepit eis dicens. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. Et iccirco romano pontifice solenniter celebrante symbolum fidei non cantores in choro: sed subdiaconi ad altare decantant ⁊ generaliter ipsi ad vniuersa respondent vsqz dum ipse pontifex dicit. Pax domini sit semper vobiscum: quoniam vsqz post christi resurrectionem sola iudeorum ecclesia per que subdiaconos qui sursum ad altare consistant designatur corde credit ad iusticiam: ⁊ ore confessio est ad salutem: extra de sacra vnc. c. i. sed ex tunc cantores in choro respondent ⁊ vniuersa decantat: quia post resurrectionem ecclesia gentium quam cantores qui de orsum in choro subsistunt designat fidem christi recepit ⁊ laudem preconia personuit saluatori. Inter euangelium ⁊ tamen ⁊ sacrificium chorus concinit offertorium quoniā inter passionē ⁊ predicatōem gentilitas fidei votū deo offerēs cātauit q̄ mulier cananea de finib⁹ tyri ⁊ sydōis egressa clamauit ⁊ dixit

¶ Põt etiã dici qm altare thurificatur in figuraz angeli q stetit iuxt̃ aram templi habens thuribulũ in manu sua: de q̃ fumus aromatuz in cõspectu dõini ascẽdebat. Christus enim magni cõcilij angelus carnez immaculatam igne sancti spũs plenam pro nobis in ara crucis obtulit domino in suauitatem odoris. Fumus aromatum sunt orationes sanctorum q̃ per ardorem charitatis ex passione domini propagate ad deum patrẽ ascendunt t nos ad coronã trinitatis puebunt: iõqz sacerdos thurificat in modum crucis t corone: si semel thurificat recolit vnicam passionem si autem semel coronat vnius denarij retributionem. Si vero ter eternitatis in passiõe opationez t trium ordinũ glorificationem: t iõ thurificans ait. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo. t. e. m. m. sa. ve: Moraliter aũt incensuz deuotionis adolẽdũ est in thuribulo cordis igne charitatis vt odorem suauitatis emittat: vt videlicet tam nos quaz oblatio nostra simus bonus odor deo: de quo dicit scriptura fungi sacerdotio t habere laudem in nomine ipsius. t. o. il. in. d. in. o. s. Hoc eniz incensuz sacerdos accipit ideſt christus acceptat t incensat ex eo sacrificium t altare. Potest etiam dici quod thuribuluz quod oblationi sacerdos supponit: significat christum per quez petit vt sibi propicietur deus. Sane omnibus defert̃ incensuz vt ostendatur qp omnia a sacerdote facta pertinent ad omnes. vnde psalmista. Dirigatur domine oratio mea: sicut incensuz in conspectu tuo: nisi in missa pro defunctis vt dicetur in. vij. parte sub ti. de officio mortuorum. In concilio rothomagẽsi. in burcardo libro. iij. c. vt tempore ita legitur. In tempore quo legitur euangelium finito euangelio super oblationẽ incensum in mortem videlicet redemptoris nostri ponatur decreuimus. Leo etiam papa statuit incensum super oblatam poni. Quidaz tamen heretici garriũt non esse in missa thurificanduz: qm̃ christus in cena terrenum incensum non sumigiauit. t isa. Incensuz est ab hominatio mihi. Quare altare t crucifix⁹ thurificãtur dictum est sub ti. de aque benedicte aspersione. Post thurificationẽ iterum digitos lauat: nec vltrius vsqz post cõmunionem cuz eis cuz quibus sacrã hostiam tractare habet aliquid tangat sed post eius elevationez eos iungat: vt dicetur sub. viij. particula canonis. Ministeꝛ quoqz episcopi trahit t super brachia eius in formaꝛ planetam t alia indumenta: naz t legalis sacerdos dum sacrificabat summitates balthei super humerum reflectabat.

¶ De inclinatione sacerdotis t osculatione altaris ac oratione. Rubrica.

Thurificationis expleto mysterio sacerdos se inclinãdo dicit. Suscepe scã trinitas tc̃. qõ sumiſ de tertio danielis: vt videlicet hostiaz offerat ex pinguedine charitatis vt sit dignus ad sacrificiuz immolandũ. Sacerdotis inclinatio christi humilitatez significat qui exinaniuit semetipsum formaz serui accipiens factus obediens vsqz ad mortem: mortem autem crucis qui etiaz inclinans se ad pedes discipulorum: post sacramentum in cena traditũ orauit ad patrem. Postea vero se erigens osculatur altare ad notandum qp per passionez christi pplus liberatus est t deo patri reconciliatus: vnde apls ad ephe. iij. Faciens pacem vt reconciliet ambos deo in vno corpore. Consequenter sacramentuz incepturus orat primũ pro se: deinde pro populo. Conuertens enim se ad illum sub silentio dicit dominus vobiscum: sicut dictuz est sub ti. de salutatione t mox voce aliquãtulum eleuata vt oratio omnium auxilietur ei quasi non presumans qp solus possit tantũ mysterium exequi monet illum dicens. Orate pro me fratres tc̃. t ego pro vobis: in quo significatur illud quod christus discipulis suis dixit Lu. xxij. Orate ne intretis in tentationem t ibidem. Ego pro te oraui petre. Monet autem orare vt sacrificiuz fiat deo acceptabile t populus debet similiter secrete orare respondens. Memor sit de mi

nus omnis sacrificij tui ⁊ holocaustum tuum pingue fiat: vel respondet. Suscipiat dominus sacrificium tē vel dicat. Si spiritus sanctus superueniet in te: vel illud. Mittat tibi dominus auxilium de sancto: vel immola deo sa. lau. Debemus. n. inuicez orare secunduz apostolum vt saluemur. Orauit. n. ⁊ xps primuz pro se: pater inquit venit hora clarifica filium tuuz vt filius tuus clarificet te: deinde pro po. dicens. Pater sancte serua eos quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut ⁊ nos ex de sū. tri. c. ij. Dicturus ergo orate pro me fratres se vertit ad populum: quia ipsum distincte alloquitur: sz dicturus oremus post dominus vobiscum se ad altare conuertit: quia tunc non distincte sed per modum conceptionis ad aliquid excitat ad secum orandum seu gratias referendū. Monito itaqz populo sacerdos statim reuoluitur ad altare per sinistram partez prout sub ti. de salutatione ad populum dictum est: ⁊ tunc tandem dicit orationem quam interiserat ab offertorio citra quando dixit oremus: ad notanduz qz christus iterum redijt hierosolymaz ad domū oratiōis qz ad tempus deseruerat cū secesserat in effren. Sic enim legitur in euangelio. Cum venisset ihesus hierosolymam intrauit in templum ⁊ eiecit ementes ⁊ vendentes de templo dicens. Domus mea domus orationis vocabitur. Instat enim sacerdos orationibus ne indignus inueniatur: vt oza. qui tetigit temerē archam domini ⁊ percussus est a dño: nec legitur aliud fecisse nisi vxorem ppriam cognouisse in nocte precedenti bethesamite quoqz qua temere voluerunt archam domini tangere: occisi sunt de populo. lxxxviij. de plebe quinquaginta milia: preciosa archa est calix domini. Orat autem voce demissa. primo ne vilescat officium misse: ⁊ ideo oratio ipsa quia secrete dicitur a quibusdam secreta a quibusdam secretella ad differentiam maioris secrete: a quibusdam vero sacra vocatur: de quo ⁊ de huiusmodi silentio sub ti. de secreta dicetur: vt dictum est sub ti. de offertorio. Secūdo orat in silentio vt deuotius oret nec cogitet quomodo eius vox ⁊ corporis compositio placeāt populo: quia ⁊ dominus elogatus est a discipulis quantuz cōtinet iactus lapidis vt oraret. Tertio in hoc qp sacrete orat significat secretas preces xpi dicētis. Pater mi si fieri pōt transeat a me calix iste. Math. xxvj. Quarto hoc silentium recolit sacramentū in sacrificijs patrū absconditū vt abel isaac in agno paschali in vitula rufa in hirco emissorio. ¶ Quinto in hoc representat silentium qp dominus habuit in passione quia tanqp ouis ad occisionem ductus est: quod ⁊ martyres imitati sunt. Unde non murmur resonat non querimonia tē. Sexto ideo orationes que post oblatōes sequūtur i silētio ⁊ secrete dicūtur: qz iudei statiz p9 suscitationez lazari voluerūt occidere ieſuz: ille vō abscōdit se i ciuitate effren i solitudie ⁊ tacuit a p̄dicatiōe ⁊ miraculoz operatione vsqz i sabbatū i ramis palmarum quo vēit in domū symōis leprosi: ⁊ tūc p̄dicauit a parte: ad qō designādū sacerdos i fine secreti eleuat iterū vocē dicēs palā ⁊ alta voce p oia secula seculoruz: qō expositū est sub ti. de oratiōe. Secūdo iō dicit alte p oia ad notādū qp p9 resurrectiōez xps p̄dicauit apte. Tertio qz est principiuz sequētis orationis: vt iam dicetur. Quia vō querit assensuz pplō ⁊ confirmationem: qz ipse est quasi legatus pplī: ideo ppls assentiens voci eius dicit amen: qz seculū per ipm creatum est. ¶ Adhuc dicturus per oia secula seculoruz deponit manus sup altare. Primo ad notandū qp omnem cogitatum tēporalez deponit ⁊ se totaliter deo cōmittit imolatione dūtaxat tota mente intendens. Secūdo manus deponit cum eniz nunc ad cordis eleuationem ⁊ ad gratiarū actionem inuitet: ⁊ eleuationē cordis per cōtemplationem p̄cedere debeat exercitiū bone operationis: quam manuum depositio significat. De qua operatione postea gratias referimus ei qui in nobis incipit opus bonum vt perficiat: sicut dicit apostolus: iccirco tunc manus deponit.

¶ De prefatione. ¶ Rubrica.

Ante prefationez describitur in libris quedam figura representans ex parte anteriori lrām v. ex parte vero posteriori litteram. d. q̄ duc littere ꝓiuncte pro vere dignuz ponūtur littera videlicet pro dictione. ¶ Sane per litterā. v. q̄ inferius clausa ⁊ sursius aperta est: habēs initiuz a linea longiori: humanitas siue humana xpi natura q̄ in virgine principiū habuit sed fine carebit. per. d. vō circulariter clausum diuinitas seu diuina natura que nec principium nec finem habet figuratur. Tractus autem in medio vtrāqz copulans partez crux est per quam diuinis sociantur ⁊ vniuuntur humana. Ideo ergo hec figura in prefationis principio ponitur qa per mysterium vnionis ⁊ dominice passionis pacificantur homines: angelis sociantur: humana diuinis in preconio saluatoris. In prefationibus enim omnibus conueniunt homines ⁊ angeli ad concinendum preconia regi: vnde ⁊ alta ⁊ delectabili voce cantanē quia in eis angeloz p̄conia representanē. Et canrāt cora altari ⁊ a solo sacerdote. Juxta illud apoc. xiij. Et cantabunt q̄si canticū nouū añ sedē: ⁊ nemo poterat dicere canticū nisi tē. Siquidem hec oratio vocatur prefatio: quia p̄cedit sacrificium principale. Est eniz q̄si ꝓlocutio. i. ad ministeriū p̄paratio: ꝓlocutio videlicet toti9 orationis secuture. a. Te igitur vsqz ad agnus dei. In hac. n. ꝓloquit sacerdos grates ⁊ laudes deo vt melius ad consecrāduz corpus xpi valeat peruenire. Vocatur etiam p̄paratio: quia p̄parat fideliū mētes ad future reuerētiā cōsecratiōis. Dicit etiā hymn9 angelic9 qz angelicis laudib9 est plenus. Verūtū sacrificiū vocat i secretella oblatio: sz a dñs vobiscū qp statim p9 illā sequit vsqz ad sanct9 vocatur hymn9. ¶ Sane sicut in primo ti. dictū est in fine secretelle dicit alta voce per oia secula seculoruz: quod siquidē est finis illius oratiōis ⁊ initiū p̄fationis: per quod sacerdos insinuat qp xps est lapis angularis q fecit vtraqz vnū: iudeos cōtinēs ⁊ gētiles: vt fit vnum ouile ⁊ vn9 pastor. Dictur9 ergo sacerdos rē attentione dignissimā: salutat pplm dicens: dñs vobiscū: optās nos tales existere cū gb9 dñs manere dignetur:

ꝛ illud nobiscū celebrare cōuiuiū ad quod mulier attulit alabastrū vnguēti nardipistici preciosi: ꝛ effudit illō sup caput dñi recūbentis ꝛ ppls rñ.d.ꝛ cū spiritu tuo ꝛ sic mutuo ꝓ se orāt. Hā ꝛ in ve. tes. oēs sacerdotes orabant dū cōsumaret sacrificiū tonatha inchoāte ꝛ ceteris respondentib⁹. Postea sacerdos eos incitans subiungit sursum corda. s. in celestib⁹ non in terrenis: ꝛ eleuat manus propter rationes sub ti. de oratione scripta ad fi. Chorus respondet: habemus ad dominum. i. habere debemus: vnde in canone cypriani de conse. di. i. quando: pape ita dicitur: ideo sacerdos ante orationem canonis prefatione premissa parat fratrum mentes dicendo. Sursum corda vt dum plebs respondet habemus ad dominum admoneatur nihil se quam dominuz cogitare debere. Rursus ideo chorus subiūgit habemus ad dominuz vt ecclesia vere sicut mulier vnguentaria sursuz ad illā verbi diuinitatem cor eleuet: ꝛ illud caput equale deo patri fide contingēs vnguento catholice professionis p ungat: cuius sane preconium sacerdos ꝓsequitur dicens. Gratias agamus domio deo nostro: quia prooibus beneficijs q̄ nobis contulit gratias ei referre debemus. Chorus respondet: dignū ꝛ iustuz est: quoniaz gratias omnipotēti deo referre debemus. Segtur per xp̄m dominuz nostrum: supplendum est confidentes ꝛ credentes q̄ per christum maiestatem ei⁹ laudant angeli adorant dominationes tremūt potestates. Hoc sacre cōfessionis preconium: ita recte cōcludit ecclesia vt cum angelis ꝛ hominibus decantet hunc deuoti pectoris hymnuz. Sanctus sanctus dominus deus sabaoth. pleni sūt celi. ꝛc̄. de quo infra dicetur. ¶ Pōt etiam prefationis officium ad illud referri quia ihesus ascendit in cenaculum magnuz stratū in quo multa locut⁹ est cū discipulis suis ꝛ gratias agens hymnū illū retulit deo patri: de q̄. d. Matth. ꝛ hymno dicto exierūt in montē oliueti. Ergo p dñs vobiscuz oratio quā discipulis fecit accipitur per sursum corda ascensus ad cenaculū: iterū per sursuz corda ad confitendū filio surgimus: ꝛ angelorum ministeriū implorамus: qui vota nostra suscipiāt ꝛ ad deuz pferāt. Per gratias agamus: christo recolim⁹ gratiarū actionem ꝛ inuitamus populum ad agendum gratias deo patri per filium per quem redimimur ꝛ cuz angelis ad laudandū admittimur. Monet ergo sacerdos populum sursum. i. supra semetipsum habere vel eleuare corda ad dominum: iuxta exhortatiōez apostoli dicentis. Que sursum sunt querite non que super terram. Nam qui interrenis sunt nihil dignuz deo offerre pñt vbi. n. est thesaurus tuus ibi est ꝛ cor tuum. Multi quidez duz ore loquunt celestia corde meditantur terrena quibus dominus improperat p ppheta m. Populus h̄ labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Chorus vero respondens profitetur se sacerdotis monita suscepisse. d. Habem⁹ ad dominū: vnde diligēter ꝓuideat ne cor habens deorsum ad seculum spiritui sancto dānabiliter mentiat. Sacerdos etiā post quā attētos reddidit ꝛ deuotos hortatur vt gratias agamus dño deo nostro: quoniā ipse est deus ideſt creator: ipse est dñs. i. redēptor: ipse est noster. s. saluator. Tunc. n. erit verissime noster cū erit oia in omnibus. i. sufficientia singulorū. ¶ Rursus quia populus professus est se intentuz esse ad dominū: ideo presbyter subiūgit gratias agamus. Chorus vero sacerdotis verbum approbans ꝛ affirmās rūdet: dignū ꝛ iustum est. Dignū quidez quantuz ad deū q: ipe est dñs deus noster. Justū quantū ad nos q: nos iumus pplus eius ꝛ oues pascue eius. Dignū quoq; ꝛ iustuz est quantū ad vtrūq;: vt. s. populus simul cū sacerdote gratias agat deo a quo oia bona suscepimus. Subsequenter subiungit sacerdos. Vere dignū ꝛc̄. Et secūduz magistrū petrum antisiodorēn. hec incipit prefatio. i. plogus vel ꝓlocutio sequentis canonis captans dñi benuolentiaz dicens. Vere dignum ꝛ iustum est equum ꝛ salutare: dignum q: bon⁹ est: iustum quia beneficus: equuz quia misericors: salutare quia salus: vel dignū quia nos mera voluntate fecisti: iustum quia nos pura misericordia redimisti: equuz q: gratuite nos iustificas salutare. i. salute: plenuz quia ꝑpetuo nos glorificas. Nos tibi semper ꝛ vbiq; gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus: vbiq; eni est dominus sanctus vbi q: est pater oipotens: ꝛ sēper est eternus deus. Unō ps. In omni loco dominationis eius: benedic anima mea domino. Et iterum benedicam dominuz in omni tempore semper laus eius in ore meo. Sequitur p christum dominum nostrum. Aduocatum enim habemus sm apostoluz apud patrem ihesum xp̄m dñz nostruz qui interpellat pro nobis: ꝛ ipse est ꝓpiciatio pro peccatis nostris qui exaudit⁹ in omnib⁹ p sua reuerentia. Per eum ergo quasi per mediatorem laudes offerimus: per eum quasi aduocatuz gratias exhibemus. Per quem maiestatem tuaz ꝛc̄. Maiestas dicitur q̄si maior stans vel maior potestas: q: maior est eius potestas q̄ bonum laudant angeli adorāt dominatiōes tremūt potestates: vtiq; p illū laudāt: adorant ꝛ tremūt per quē oia facta sunt per quē simul cū patre omnes spirituū ordines sunt creati. Nam dixit deus. Fiat lux ꝛ facta est lux. Verbo dixit ꝛ verbo fecit quia verbo domini celi firmati sunt ꝛ oia per ipm facta sunt ꝛ sine ipso factum est nihil. Choros angelorum nominat quia angeli huic officio nō dubitant abesse. ¶ Et est notandum q̄ ecclesia angelis est assimilanda ad hoc vt placet deo. ¶ Rursus per hoc quod dicitur. Domine sancte pater omnipotens eterne deus per christū dñm nostrum quem laudant angeli adorāt ꝛc̄. intelligitur q̄ ecclesia ꝛ angeli laudāt deum: nō solum inquantū deum verum etiā inquantū hominē. Dicitur ergo laudant. Uñ psalmista: laudate eum oēs angeli eius. adorant ꝛc̄. vnde Esdras exercitus celi te adorat. Tremunt. vnde Iob. Colūne celi cōtremiscūt ꝛ pauēt aduētum eius. Tremere vō dicūtur nō meta formidinis cū sint pfecte beati sz administratiōis affectu vl obedientie famulatu: cuz sm apostolū oēs sint administratorij spūs i ministeriū destinati. Tremūt q̄q; potestates: nō q̄ ordies angelorum corporales sint: sed ō dicit vt intelligam⁹ oia celestia terrestria ꝛ infernalia ante conspectū diuine maiestatis tremere atq; timere: sicut ꝛ nos tremere ac timere

ante dominos nostros solemus. Sequitur celi celorũz: per celos hic throni accipiuntur: quia dominus ait: Celũ mihi sedes est. ⁊ dicunt celi laudate deum quia laudis materiã ꝓbent. vnde propheta: Celi celorũ ⁊ aque que super celos sunt laudent nomen domini. Celi quidẽ diuine iussioni obediunt: quia se ostendere serenos ⁊ nebulosos ptãrem nõ habent. Cherubin quoq; ⁊ seraphin. ¶ Ad intelligentiã eoꝝ que hic dicunt notandũ est nouẽ esse ordines angelorum vz angeli: archangeli: throni: dñationes: virtutes: ꝓncipatus: ptãtes: cherubin ⁊ seraphin. ¶ Angeli quoq; grece dicunt nuncii latine. i. excelsi ⁊ celestes: eo ꝙ de celis ad annũciandũ ⁊ exequendũ dñi voluntatez mittunt. Angelorũ autẽ vocabulum officij nomẽ est nõ nature spiritus enim sunt semp: sed cum mittunt angeli vocantur. Quib⁹ ideo pictoꝝ licentia pennas facit: vt celerẽ eorũ in cuncta discursũ significet: sicut ⁊ iuxta fabulas poetarũ venti pennas habere dicuntur ꝓpter velocitatẽ. i. iuxta illud: Qui ambulat sup pennas ventorum. ¶ Archangeli ergo grece sũmi nunciꝫ interpretantur qui eni parua vel minima annũciant angeli sunt: qui summa archangeli nuncupãtur. Archangeli ergo dicunt eo ꝙ inter angelos tenent principatum. nam archos grece latine princeps interpretatur. Sunt enim duces ⁊ principes sub quorum ordine vnicuiq; angelorum sunt officia deputata. ¶ Quidã autẽ angelorũ priuatis nominibus appellant vt per vocabula ipsa in opere suo quid valeant designẽt. Gabriel nãq; habraice interpretatur latine fortitudo dei. vbi enim ipsa potentia diuina vel fortitudo manifestatur: Gabriel mittitur. vnde ipse annunciauit christum nasciturũ qui dyabolum deuicit ⁊ humiliter ad debellãdas aereas ptãtes venit. Michael interpretat quis vt deus qñ enim aliquid mire virtutis in mundo fit: hic archangelus mittit. ⁊ ex ipso ope nomen est ei: qz nemo valet facere: qõ facere põt deus. vnde ipse missus est in egyptũ ad imittẽdas illas plagas famosas. Quidam tñ dixerunt ꝙ Michael est nomen vnius angeli. Raphael interpretat curatio vel medicina dei. vbicunq; enim curandi vel medicandi opus necessarium est. Raphael archangelus mittitur. vnde ad tobiam missus est vt eum a cecitate liberaret. Be Gabriele Michaele ⁊ Raphaele dicetur in septima parte sub festo michaelis. Uriel interpretatur ignis dei sicut legimus apparuisse ignem in rubo. legimus etiam ignem missum desuper ⁊ implesse quod preceptum est hec sunt nomina personalia angelorum que nec a se ipsis nec a deo imposita sunt sed ab hominibus: ⁊ nescitur a quibus: nec alia personalia inueniuntur in scriptura. Alia vero sunt nomina ordinum. ¶ Ceterum throni: dominationes: virtutes: principatus: ⁊ potestates: quibus vniuersam celestem societatẽ apostol⁹ cõplectit. Ordines angelorum ⁊ dignitates intelliguntur vt iam dicetur. Sed ꝓ hac ipsa distributione officiorum alij throni: alij dominationes: alij virtutes: alij principatus: alij potestates dicuntur. ꝓ certis dignitatibus quibus ab inuicem distinguũtur. Throni sunt agmina angelorũz qui latine sedes interpretantur: ⁊ vocati sunt throni: quia illic conditor presidet: ⁊ per eos iudicia sua disponit. Dominationes sunt hi qui in virtutibus ⁊ principatibus preeminẽt: qui ꝓ eo ꝙ ceteris angelorum dominantur agminibus dominationes vocantur. Dominantur ergo hic ad notandũ ꝙ eis magis assimilari debemus quia vtum dominandi docent: Est enim vera dominatio facere dei voluntatẽ. ¶ Virtutes angelice quedam mysteria perhibent per quas in mũdo signa ⁊ miracula fiunt ꝓpter qõ ⁊ virtutes dicuntur. ¶ Principatus sunt qui angelorũz agminibus ꝓe sunt ꝓ eo ꝙ subditos angelos ad explendum ministerium diuinũ disponunt princi patus vocabulũ acceperunt nam alij sunt qui administrant alij qui assistunt: sicut ⁊ per Danielẽ dicitur. Millia millium ministrabant ei. ⁊ decies millies centena milia assistebant ei. ¶ Potestates sunt quibus virtutes aduerse subiecte sunt: ⁊ inde potestatiz noie nuncupantur quia maligni spũs eorũ ptãte cohercentur ne tantum noceant quantũ cupiunt. nominantur ergo hic ad notandũ ꝙ potestatẽ dyaboli arcere debemus. ¶ Cherubin autẽ ⁊ ipsi sublimes celorũz potestates ⁊ angelica ministeria perhibentur: qui ex hebreo in latino scientie multitudo seu plenitudo interpretantur. Sunt enim sublimiora agmina angelorum ꝓ eo ꝙ vicinius sunt positi. diuina scientia ceteris amplius sunt pleni. Ipsi sunt illa duo animalia supꝓpiciatorium arche facta ex metallo ꝓpter significandam apostolorum presentiam in quorum medio medius ostenditur deus. ¶ Seraphin vo multitudo est angelorum qui ex hebreo in latinum ardentes vel intendentes interpretant: eo ꝙ ꝓe ceteris ardẽt ⁊ accedunt in charitate: ⁊ quia inter eos ⁊ deum nulli angeli constituti sunt: ⁊ ideo quanto vicinius coram eo cõsistunt. tanto magis claritate diuini luminis inflamabantur: vnde ⁊ ipsi sicut in Ysaia legit: Uelant faciez ⁊ pedes sedẽtis in throno dei. Et iccirco cetera angelorũ turba videre plene dei essentiã nõ valet quoniaz seraphin eã tegit sm Ysaiã noiant. ergo hic cherubin ⁊ seraphin: qz sicut illi toti in dei dilectione ardere debem⁹. Reperit autẽ hoc nomẽ seraphin neutrũ ⁊ masculinũ: siz neutraliꝫ terminat vt i hoc loco beata seraphin. Masculini vo terminat i. m. vnde ꝓpheta: Seraphin clamabat alter ad alterum. Hiero. dicit ꝙ cherubin ⁊ seraphin singularis sũt numeri ⁊ generis masculini: cuius terminatio pluralis est per. n. nõ ꝙ i ministris dei sit sexus: sed vocabula diuersis generibus iuxta lingue ꝓprietatẽ appellant. Greca vero cõsuetudo neutro genere ꝓ n scribit Josephus dicit cherubin ⁊ seraphin esse duo aialia volatilia ꝓut dictũ est i ꝓmio h⁹ ꝓns. ¶ Premissa autẽ ordinũ noia preter cherubin ⁊ seraphin: ⁊ ꝓter noia angelorũ latina sũt. Uerum cũ nouẽ sint ordines angelorũ sicut dictũ est. Qui postq̃ decimus cadens ꝓpter superbiã versus est in dyabolũz in perseuerantia eterne beatitudinis solidati sũt q̃rit q̃ gre tribue exclusis sex tantuz in ꝓsatione cõi ponunt in qua per celos throni accipiunt: vt dictũ est. Uidetur enim ex hoc illi cuz ceteris maiestatẽ diuinam nõ glorificant ⁊ adorant: sed absit hoc Nam virtutes celorũz omnes ordines cõprehẽdunt

vt testat̃ Gregorius in omelia illius euangelij: Erũt signa i sole ⁊ luna. vnde psalmista: Verbo domini celi firmati sunt ⁊ spũ oris eius ois virtus eorũ. ⁊ iteruꝫ Dominus virtutũ ipse est rex glorie. vel forte ꝫ occulta ñ circa hoc prouisum est ratione Dionisius qppe tres esse tradidit hierarchias siue ordines angelorũ trinos in singulis ponẽs vt similitudo trinitatis in eis insinuet̃ impressa. ⁊ dr̃ hierarchia a hiear quod est sacrũ: ⁊ archos qđ est ꝑnceps quasi sacer principatus.

¶ Sunt enĩ tres ordines supiores ⁊ ꝑncipales: tres inferiores: tres medij. Superiores sunt cherubin seraphin ⁊ throni. Medij sunt dñationes ꝑncipatus ⁊ ptates. Inferiores sunt virtutes archangeli ⁊ angeli de quorum singulis medius ordo in prefatiõe subtrahitur: adnotandũ q̃ p comparatione trinitatis eterne cuius maiestatis in ea precipue cõmendatur. ois alia trinitas diminuta reperiet̃ ⁊ imperfecta. nam quis in nubibus equabit̃ dño: quis similis erit dño i filijs dei De superioribus subtrahit̃ cherubin. de medijs ꝑncipatus. de inferioribus archangeli. Hanc qppe eternã ⁊ individuam trinitatẽ Laudant angeli: adorant dñationes: tremũt ptates cũ quib⁹ ⁊ nr̃as voces ⁊c̃.

¶ Deus oipotens duas rõnales edidit creaturas: angelicã videlicet ⁊ humanã: que laudib⁹ diuinis insisterent: ⁊ ei gratiarũ redderẽt actiones: quas dũ pari voto concelebrant tanq̃ superiores cũ inferioribꝰ: corde in celesti cythara sociant̃: de qua dicit Joãnes Et audiui vocẽ cytharidoꝝ cytharizantium in cytharis suis: ⁊ cantabant quasi canticũ nouũ: ideo ergo dicit: Socia exultatione cõcelebrant: qñ omnes predicti ordines ⁊ etiã humana creatura maiestatẽ dei patris per xp̃m: socia exultatione equaliter cõcelebrant supplici confessione: quasi nõ superba presumptione sed humili laude dicentes: Sanctus sanctus sanctus ⁊c̃.

¶ Porro gelasius papa tractus ⁊ hymnos composuit ⁊ p̃fationes cantu quidẽ ⁊ nõ elimato sermone dictauit. ¶ Et est notandũ q̃ ꝫ olim inumere essent p̃fationes hodie vecez tantũ sunt canonizate. Unde pelagius papa de cõ. di. i. Inuenimus: ingt: Inuenim⁹ has nouem p̃fationes in sacra catbalogo tantũmodo recipiendas. vnã in resurrectiõe ⁊ in albis paschalibus. i. septimana paschali. aliã in die ascẽsionis dñi. tertiaꝫ in die pentbecostes. quartam in natali dñi. qntam in epiphania dñi. sextam de apostolis. septimam de sancta trinitate. octauam de cruce: nonam de ieiunio in quadragesima tantũmodo dicẽda: de qua dicetur in sexta parte sub quarta feria cineruꝫ. Urbanus quoqꝫ papa. lxx. di. sanctorum. addidit decimã de beata virgine Maria: illam videlicet equum ⁊ salutare: que ⁊ vnigenitum tuum sancti spiritus ⁊c̃.

Gelasius

¶ De sanctus. ¶ Rubrica.

Ecclesia sperans sociari angelis ⁊ archangelis de quib⁹ in prefatione mentio facta est. statim post illam conformat se angelico cantui canens hymnum illum: Sanct⁹ sanctus quẽ sixtus papa prim⁹ instituit decantari. Hic ẽ enĩ cantus puerorꝫ quẽ cãtauerunt dño offerenti se illis in decima luna qui q̃si reseruat⁹ fuit vsqꝫ ad quartamdecimã lunã in bethania. Cũ ergo sacerdos finit laudẽ siue prefationẽ tot⁹ chorus q repũtat ecclesiam simul canit dictũ euangelicũ hymnum: vt vna ⁊ equalis gloria ⁊ laus ⁊ honor decanteꝫ patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. ¶ Notandũ autẽ est q̃ hymnus iste ptim angelorũ ⁊ ptim hoiuꝫ vba cõplectit̃. prima enĩ pars laudẽ continet angelorꝫ: vltima hoiuꝫ. Legit̃ enĩ Isa. vi. c. q̃ seraphin clamabãt alter ad alterũ ⁊ dicebant: Sanctus sanctus sanctus dñs deus exercituum: plena est ois terra gloria eius. ¶ Legit̃ quoqꝫ in euangelio Matthei. xxi. c. ⁊ Marci. xi. c. q̃ qui preibãt ⁊ qui sequebantur clamabant dicentes: Osanna a filio dauid: benedictus qui venit in noĩe domini. Siquidẽ vox angelorũ. s. osanna in altissimis trinitatis ⁊ vnitatis in deo cõmendat archanum. vox hoium. s. osanna filio dauid diuinitatis ⁊ humanitatis in xp̃o personat sacramẽtũ. Merito autẽ cantica angelorum in ecclesia cantamus: q̃ p hoc sacrificium terrena celestibus iungi nõ dubitam⁹: ⁊ ideo cũ eis in excelsis saluari clamamus. ¶ Illud enĩ aduertendũ q̃ ter dr̃ sanctus vt notet̃ trinitas seu distinctio psonarũ: ꝫ semel tantũ dr̃ dñs deus sabaoth. vt notet̃ diuine vtie vnitas: de consecra. distin. j. ego. q̃ vnitas adorat̃: vt sic trinitatis ⁊ vnitatis mysterio comprobetur. Item dicitur ter in singulari numero sanctus: ⁊ non dicitur pluraliter sancti: vt vna sanctitas in his tribus personis ⁊ vna eternitas intelligatur. Hoc non solum seraphin clamabant sub excelso dei solio: ꝑm prophetam sed ⁊ quattuor animalia ꝑm Apo. in circuitu sedis requiem non habebant die ac nocte dicentia Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotẽs. Dicitur autem deus sanctus. i. sanctificans non autem sanctificatus. vnde sancti estote: quia ego sanctus sum dominus deus vester. Dicitur pater sanctus dicente filio pater sanctifica eos in veritate quos dediſti mihi: quia tu sanctus es. Dicitur filius sanctus angelo protestante. Quod nascetur inquit ex te sanctum vocabitur filius dei. Dicitur sanctus spiritus sanct⁹ christo dicente. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remissa erunt. Dicitur quoqꝫ dominꝰ deus sabaoth. i. dominus exercituum videlicet angelorum ⁊ hominum quorum terribilis est vt castrorum acies ordinata: de quo in psalmo dicitur ab angelis: Quis est iste rex glorie dominus virtutum ⁊c̃. tot enĩ exercitus habet deus in terra quot sunt ordines in ecclesia: tot habet in celis quot ordines sunt in angelis. Homine ergo celorum ⁊ terre: angeli ⁊ homines diuini pleni gratia hic perhibentur. vel ad litteram celi ⁊ terra gratia diuina replentur: quia deitas est vbiqꝫ vnde prophęta. Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades. Sabaoth ergo dominus exercituum siue militarium virtutum siue victoriarũ interpretat̃. vel oipotens vt ipse sit dominus deus ⁊ ipse oipotens: qui exercitus angelorum atqꝫ hominiũ disponit Et iõ subdit: Pleni sũt celi ⁊ terra gloria tua: hoc est vt eius gloria celi ⁊ terra gubernent̃: ⁊

qui in celis ⁊ qui in terra sunt glorificent ⁊ honorent nomen sanctum eius. celi autem pleni sunt gloria re: terra vero spe. Tūc vero in re plena erit cuz adimplebitur illud: fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Dum autem dicim⁹ pleni sunt celi ⁊ terra gloria tua. agimus gratias creatori de hominibus beneficijs. Dum vero dicimus Benedictus qui venit ⁊c̄. agim⁹ gratias specialiter de beneficio redemptionis. Quia enim necessarium est ad eternam salutem incarnationis mysterium confiteri recte subiungitur. benedictus qui venit in nomine domini. Ego inquit. veni in nomine patris mei. nomen patris est filius: de quo dicit prophecta: Ecce nomen domini venit de longin quo: Dñ ergo sanctus inchoat̄ inclinati stare debem⁹ qz tunc incarnatēm maiestatēqz diuinam per angelorum hominumqz cantum recognitam veneremur.

¶ Rursus dicendo: Benedictus ⁊c̄. ⁊ cum hec finit de euangelio debem⁹ signum seu vexillū crucis nobis facere seu imponere: qz xp̄s per crucez triumphauit ⁊ nos triumphare facit. Quando enim xp̄s venit ad hierusalez descendit de monte oliueti: tunc filij israel clamauerunt dicentes: Benedictus qui venit in noie domini. qui aduentus xp̄i in hierusalem significat futuram resurrectionē qñ ipse veniet iudicare vivos ⁊ mortuos. ⁊ apparebit nobis in eadem carne in qua pro nobis passus est: ⁊ tunc in nomine Jesu oē genu flectaret celestium terrestriū ⁊ infernorum vnde ⁊ ex tunc quidam incipiunt genuflectere ⁊ deuote orare.

¶ Sequitur: Osanna. qō est verbum hebreum: ⁊ significat salua obsecro supplendū est populum tuū vl totuz mundū compositū quidē verbū est ex osi qō interpretatur saluifica. ⁊ anna quod est apud hebreos interiectio obsecrantis motum animi significans sub ō precantis affectu. Integre ergo dicitur osanna: qō nos corrupta medij vocali littera ⁊ elisa dicim⁹ osanna: quod facimus ex ignorantia. aut scienter synalimphantes vocalez elidimus prout in metris fieri cōsuevit. Dicitur autem bis osanna in excelsis: propter duas ptes salutis: q̄ sūt stola mētis ⁊ stola carnis gb⁹ sci beatificantur in gloria: vt videlicet anima ⁊ corpore saluati in ter angelos deputemur in excelsis. i. altis s. in celo Reperitur autez hic versiculus in psalmo cētesimodecimoseptimo. q̄ enim turbe dixerunt: Osanna: hoc est qō hic dicitur. O domine saluum me fac. ⁊ eisdem verbis hic subiungitur: Benedictus qui venit in nomine domini. ¶ Sane in hoc angelorum ⁊ hominum cōcentu quandoqz organa concrepant qō a dauid ⁊ a salamone introductum est: qui instituerūt hymnos in sacrificio dñi organis ⁊ alijs instrumētis musicis concrepari: ⁊ laudes a populo conclamari. Verumtamen quanto coz est maius corpore tanto domino deuotius corde q̄ corpore cōfitemur. de hoc dicitur in fine proemij quinte partis. ¶ Ex nūc aūt verbis ⁊ gestibus xp̄i passio representatur. Hā dyaconus ⁊ subdyaconus vadūt post dorsuz epi seu sacerdotis in quo fuga apostolorum in xp̄i passione significatur: prout in ti. de oblatione dictum est. Siqui vo stant retro altare prospicientes in ep̄m: significāt mulieres q̄ a longe stātes eius passionē viderūt. Qēs aūt ⁊ qui retro stāt ⁊ qui i faciē ep̄i inspiciunt iclināt se maiestatē diuinā ⁊ incarnationē dñi venerantes: q̄ per cantū angelorū ⁊ hominū introducta sunt. Ordo eni angelorū. d. sanctus sanctus dñs deus sabaoth: maiestatē itroduxit diuinā. Ordo vero hominū dicit Benedictus q venit in noie dñi. aduentū significauit in carne: ipsa quoqz inclinatio mestitiā significat discipulorū de morte xp̄i qui non audiebant se erigere ⁊ cōfiteri se esse discipulos eius: ideoqz stāt inclinati donec dicat̄: libera nos a malo: Quanum enim erat eis ante lucem surgere. i. ante resurrectionem de christo gloriari: per quā sunt ab omnibus tribulationibus liberati. Unde ⁊ hec petitio in dominica oratione septima est: qui numerus est vniuersitatis: de hoc dictum est sub. ti. qualiter episcopus vel sacerdos.

¶ De secreta vel canone misse Rubrica.

POst acclamatum preconiū sequit̄ secretū silentiū: in quo ⁊ misse canon deuote dicitur ⁊ sacrum mysteriū peragit̄. qō fit per soluz sacerdotem: quoniam ꝺm matheum xp̄s solus orauit. Et ꝺm quosdam hic incipit missa: quoniam cetera sūt de solennitate: de conse. di. ij. panis est. Canon autem misse ⁊ oblatio: vt dictū est in ti. de prefatione ⁊ actio ⁊ canon ⁊ sacrificium ⁊ secreta vocatur. Actio dicit̄ ꝓpter sacra mysteria que in eo aguntur. ⁊ quia tunc cum deo agitur causa nostra: vt dictum est in ꝓemio huius partis. vnde qz in. c. illo: cōicantes ⁊c̄: ⁊ in illo Hanc igit̄ oblationem certis diebus vltra ordinaria canonis seu actionis v̄ba quedā adduntur ⁊ dicunt̄ ideo in missalibus in varijs locis sup illas additiones scribitur talis titulus seu rubrica. Infra actionem eo q̄ ille infra seu quasi in medio ipsius actionis sine canonis dici debet. Canon vero dicitur q̄ regulis patrum compositus est. a sanctis enim patribus aliqua verba mystica sunt ibi instituta. Canon autem grece dicitur regula latine. Dicitur etiam canon: quia regulariter christus verus sacerdos in eo representat̄ seu quia per hunc regulariter fit consecratio sacramenti Sacrificium autem dicitur a sua parte digniori: de quo dictum est sub titulo de oblatione. Secreta dicitur quasi nobis occulta: quia humana ratio nequaquā tantum mysteriuz plenarie capere potest: ad quod significandum merito secreta voce celebrat̄. ¶ Ad hoc etiam significandum sacerdos secretam intrans quasi velatur quibusdam cortinis que sunt in lateribus altaris: prout infra dicetur in quarta particula canonis super verbo: Hanc igitur. Dicitur etiam secreta quia secrete ⁊ subsilentio dicitur. Christus enim ad consecrationem corporis sui venturus secrete ⁊ solus orabat ab hora cene vsq; dum suspensus est in cruce quas orationes secrete significat. Priscis quoqz temporibus antiqui patres sub silentio sacrificabāt ⁊ cōmunicabant: quod etiā in sabbato sancto obseruamus. Preterea vt Joannes euangelista describit postquam christus honorifice fuit receptus ⁊ magni-

ficatus a turbis cū psalmis ⁊ laudib⁹ subiſt ⁊ abſcon
dit ſe: non vtiqz trepidantis formidine ſed diſpenſa-
tionis officio: quia nondum venerat hora eius: qui
poſtquam aduenit ſpontaneus ad paſſionez acceſſit
Illō ergo Chriſti latibulum hoc ſecretum ſilentiuz re
preſentat: in quo ſola dirigitur ad dominuz intenta de
uotio. Tunc enim ſacerdos intrare dz in cubiculū cor
dis ⁊ oſtio ſenſuum corporis clauſo deum patrez 'ora
re qui exauditor eſt clamoris cordis non vocis. Un-
de anna typum gerens eccleſie non petitione clamo-
ſa ſed tacita deuotione quod petiuit impetrauit: de q̄
in libro Reg. legitur q̄ loquebatur i corde ſua ⁊ labia
eius tm̄ mouebantur: ſed vox penitus non audiebat̄.
Unde ⁊ Moyſi dominus inquit: Quid clamas ad
me cum tm̄ ipſe taceret. Prophet̄a etiam dicit: Dicite
in cordibus veſtris ⁊ in cubilib⁹ veſtris cōpugimini.
¶ Poteſt tm̄ dici q̄ prima ſecretella repreſentat tp̄s
illud qm̄ chriſtus venit hieroſolymā ad diē feſtuz non
manifeſte. hec aūt ſecreta tp̄s illud quo receptus fuit
in hieruſalē cum hymnis ⁊ ramis. ⁊ ſexta feria ſequē
ti crucifixus fuit. p̄fatio vero illud qm̄ chriſtus in cena
culo hymnum retulit: ⁊ illo dicto exierunt in montē
olineti: ſurſum corda aſcenſionem. Secundo ideo ſe-
creta in ſilentio dicit̄: ne ſacerdos clamando his que
aguntur min⁹ intendat. Tertio ne vox ſacerdotis ni-
mio clamore deficiat. Quarto ne ſacro ſancta verba
vileſcant. Fertur enim q̄ cum antiquitus publice ⁊ al
ta voce canon diceret̄: omnes pene per vſum illuz ſci
ebant ⁊ in plateis ⁊ in vicis decantabant. Unde cum
quidā paſtores illum in agro cantarent ⁊ panem ſup
lapidem poſuiſſent ad verborum ipſorū prolationez
panis in carnē conuerſus eſt: ipſi tamen diuino iudi-
cio igne celitus miſſo percuſſi ſunt. ꝓpter qō ſancti pa
tres ſtatuerunt verba iſta ſubſilentio dici inhibentes
ſub anathemate ne proferantur niſi a ſacerdotib⁹ ſu-
per altare ⁊ in miſſa ⁊ cum veſtib⁹ ſacris. Quedam
etiā orationes que ante p̄fationez ſub ſilentio dicunt̄
ſecrete vocantur: de quo ⁊ de ſilentio ſub ti. de inclina
tione ſacerdotis dictuz eſt. Conſecrantis ergo mens
vt premiſſū eſt ad id ſolum debet eſſe intenta. nā eos
qui adorant in ſpū ⁊ veritate adorare oportz ne vero
muſce venientes perdant ſuauitatē vngenti. i. ne im-
portune cogitationes tollant deuotionē ōrionis. Fla
bello ſpūs abigantur. i. inſpiratione gratie repellant̄
quatenus auſter aduenies: ⁊ ſpiritus ſanctus acce
dens. perflet ortuz. i. mentez ſecundet vt aromata flu-
ant. i. vt virtutes abundent. ¶ Ad quod etiam ſigni
ficandum eſtiuo tempore materiale flabellum dz ſe-
creta dicitur adhibetur. Hac etiam ratione videlicet
ne muſce venientes perdant ſuauitatem vngenti dici
poteſt q̄ canon dici debet expedite non moroſe. ⁊ ne
auditoribus tedium generetur. Unde in Exo. dicit̄:
Fac feſtinanter quod de immolatione agni dictum
eſt. Et probatur etiam ibi: Et comedetis feſtinanter
ſed nec nimis etiam feſtinanter: quia non debet ſacri
ficium ſine ſale. i. diſcretione ⁊ deuotione offerri. de
bet etiam in libro legi ne vllus error contingere poſ-
ſit. Porro ſacerdos miſſam celebrans repreſentat ea
que olim pontifex inter ſancta ſanctorum egit: ⁊ que
chriſtus egit quem ille prefigurauit. Si quidem ea
que fiunt a principio ſecrete vſqz in finem paſſionem
domini ſepulturam ⁊ reſurrectionem dominicam re-
preſentat. Recolitur enim ibi memoria eorum que ge
ſta ſunt per ebdomadam ante paſchalem: a decima
luna primi menſis quando Jeſus abiſt hieroſolymā
vſqz ad ſeptimamdecimaz quando reſurrexit a mor-
tuis: propter quod in pleriſqz ſacramentarijs inter
prefationem ⁊ canonem imago crucifixi depingitur
vt non ſolum intellectus littere: verum etiam aſpect⁹
picture memoriam dominice paſſionis inſpiret. Et
forte diuina factum eſt prouidentia: licet humana
non ſit induſtria procuratum: vt ab ea littera canon
inciperet. ſ. a. Te que hebraice thau dicitur: que in ſui
forma ſignum ⁊ myſterium crucis oſtendit ⁊ expri-
mit dicente domino per ezechielem: Signa thau in
frontibus virorum dolentium ⁊ geminentium ſuper
ab hominationibus hieruſalem: quoniam per chri-
ſti paſſionem hec omnia in cruce impleta ſunt: ⁊ effi-
caciam habent. In quibuſdam tamen codicibus ⁊
maieſtas patris ⁊ etiam imago depingitur crucifi-
xi: vt ſacerdos quaſi preſentem videat quem inuocat
⁊ quem alloquitur dicens: Te igitur ⁊c. ⁊ paſſio que
hic repreſentatur ordis oculis ingeratur. Sacerdos
autem oſculatur pedes ipſius maieſtatis ⁊ ſe ſignat
in fronte: innuens q̄ reuerenter ad myſteriuz paſſio
nis accedit. Quidam tamen prius oſculantur pedes
maieſtatis: ⁊ poſtea crucifixi ſm̄ ſeriez canonis. Alij
econtra quia per filium peruenitur ad patrem. deiñ
de dicens: Te igitur ſe inclinat: vt ibi dicetur. Secre-
ta ergo paſſionem repreſentat. paſſio incipit ibi: vn-
de ⁊ memores ⁊c. crucifixio ibi: Hoſtiam puram: ho
ſtiam ſanctam: hoſtiam immaculatam. oratio vero a
chriſto in cruce incepta ibi: Supplices te rogam⁹ ⁊c.
Epiſcopi ſeu ſacerdotis inclinatio tūc facta ante alta
re ſignificat emiſſionez ſpiritus capite inclinato. Ele
uatio vocis cum dicitur: Nobis quoqz ſignificat ex-
clamationem centurionis dicentis: Vere filius dei
erat iſte. Due cruces ſupra corpus ⁊ calicem facta
docent chriſtum pro duobus populis crucifixum ob-
lata in calice ſignificat corpus chriſti. Vinum in ca-
lice ſanguinem eius Subdyaconus recedens a facie
epiſcopi incipientis pater noſter: ſignificat mulie-
res ſepulto domino recedentes a monumento. Pa-
tena ſignificat feminarum corda in obſequio ſepul-
ture chriſti latitudine charitatis patientia: prout ſub
titulo de oblatione dictum eſt de his per ſua loca dice
tur. Traditur autem q̄ gelaſius papa quinquageſi-
mus primus a beato Petro canonem principaliter or
dinauit. Non enim ſecreta tota ſimul ab vno compo-
ſita eſt prout dicetur in tertia particula ſuper verbo
cōicantes. Et licet aliqua verba ſint ab aligbus quos
tm̄ ignoramus addita que in euangelij textu nō conti
nent̄ vt dicet̄ in ſexta pticula ſup̄ vbo: Eleuatis ocu-
lis. nulli tm̄ ſubtrahere vel addere lz: niſi forte qm̄qz co
rum noīa pro quibus nominatim ſacrificiū offertur: ſi
cut inferius in decima pticula oſtendet̄. ¶ Notādū
vero eſt q̄ quidē ſedent in canone miſſe ſignificantes
apoſtolos qui ſedebāt triſtes de nece domini in cena-

culo. Alij stant significantes moysen qui extensis manibus orabat: ⁊ aaron ⁊ hur illius manus sustentabant: de quo sub ti. de oratione dictum est. Quidaz vero vt aliqui ex ministris nec sedent nec stant sed in festibus sacris stant capite inclinati: prout dictū est sub ti. de sanctis. ⁊ sub ti. qualiter sacerdos ⁊ ministri ad altare debent stare.

¶ De expositione canonis qui incipit: Te igitur. Rubrica.

Expositioni canonis hic vacare puidimus. Verum tamen quicquid exponendo conamur exprimere vix vllius apparet esse momenti. Deficit nanqz lingua: sermo disparet: superatur ingenium: opprimitur intellectus. pulsabo tamen ad ostium vt amicus accomodet mihi tres panes: de pe. di. i. oportuna. qui maxime i hoc cōuiuio necessarij erūt videlicet fidem que petit ⁊ accipit vitam. spem que querit ⁊ inuenit viam. ⁊ charitatem que pulsat ⁊ aperit veritatem. ¶ Canon autem vndecim continet partes. Secunda incipit ibi: Memento domine. Tertia ibi: Cōicantes. Quarta ibi Hanc igitur. Quinta ibi Quam oblationez. Sexta ibi: Qui pridie. Septima ibi: Simili modo. Octaua ibi: Unde ⁊ memores. Nona ibi: Supplices te rogamus. Decima ibi: Memento. Undecima ibi: Nobis quoqz. ¶ Alij dicūt q̄ continet duodecim partes. Secunda pars ibi: In primis. Tertia ibi: Memento. Quarta ibi: Cōicantes. Quinta ibi: Hanc igitur. Sexta ibi: Qui pridie. Septima ibi: Unde ⁊ memores. Octaua ibi: Supra que propitio. Nona ibi: Memento. Decima ibi: Nobis quoqz. Undecima ibi: Per quē hec omnia. Duodecima ibi: Oremus preceptis sal. mo. ¶ Sed ſm alios sex solum continet partes. Secunda incipit ibi In primis. Tertia ibi: Cōmunicantes. Quarta ibi: Hanc igitur. Quinta ibi Supplices te rogam⁹. Sexta ibi: Oremus preceptis. ¶ Sunt etiaz qui dicunt q̄ quinqz tantum sunt partes: vnde ⁊ quinquies concluditur per christum dominuz nostrum: eo q̄ per gemipartitam domini passionem oratio fidelium exauditur. de hoc dictuz est in fine proemij huius partis. ¶ Incipit ergo canon ⁊ eius prima particula. Te igitur. Et exponit igitur. i. certe sacerdos enim hoc dicens alloquitur deū tanq̄ p̄sentez vel igitur istud cōtinuat ad p̄cedentia. quasi diceret. Tu es sanctus deus igit clemētissime pater. i. clarissima mente abūdantissime: vel. i. misericordissime: vel. i. mentē clarificans. Mens enim clare scit cum deū ꝓpitium sentit: que verba dicendo sacerdos se ante altare inclinat significans q̄ petrus inclinauit se dū prospexit in monumentū. Rursus hec sacerdotis inclinatio in principio canonis humilitatem christi ad passionē q̄qz sacerdos ipse cum reuerentia ad mysteriū crucis accedit significat. ¶ Et in his vbis notat q̄ sicut legalis sacerdos vultū a uersus propitiatoriū habebat: put dictum est in ꝓemio huius partis: sic ⁊ noster ad dei clementiam eoz debet habere: ⁊ sicut pontifex intrabit in sancta sanctorum semel in anno ferens sanguinez hirci aut vituli: sic ⁊ christus per proprium sanguinez introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. sic ⁊ minister ecclesie intrat cum sanguine in sancta sanctorum quotiens in mente memoriam sanguinis xp̄i gerens secrete inchoat mysterium: qui non solum mente sed etiam crucis signaculo: de quo iam dicetur xp̄i recitat passionem. ¶ Sequitur: Supplices. i. humiles vti accepti habeas. i. vt accipias seu vt grata habeas. ⁊ hic osculatur altare in reuerentiam passionis per hoc compati se ostendens. ¶ Sane eodem die qua laudes a turbis xp̄o sunt acclamate videlicet decima luna primi mensis quando ſm legem typicus agnus in domos hebreorum inferebatur. verus agn⁹ Jesus christus ingressus est hierosolymam ⁊ multis insidijs querebatur ad mortem. Traditus autem est a tribus. s. a deo pro nobis. vnde apostolus. Proprio filio suo non pepercit deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum a iuda. vnde in Matthco: Querebat iudas oportunitatem vt eum traderet iudeis. ⁊ a iudeis pilato: vt in Joanne: Rex tua ⁊ pontifices tui tradiderunt te mihi. Prima traditio fuit ex gratia quia dilexit nos ⁊ tradidit se ipsum pro nobis. Secunda ex auaritia: quia constituerunt ei triginta argenteos. Tertia fuit ex inuidia. Sciebat enim pilatus q̄ per inuidiam tradidissent eum. Deus ergo tradidit ex dono: iudas pro munere: iudeus in sacrificium illibatum. ¶ Ad quod designandum sacerdos facit tres cruces super oblatam ⁊ calicem cum dicit: Hec dona: hec munera: hec sancta sacrificia illibata. q. d. offerimus tibi clementissime pater: hec dona: hec munera: hec sancta sacrificia commemorantes illaz traditionem quam deus fecit ex dono: iudas pro munere: iudeus in sacrificium illibatum: singuli tamen ad mortem: mortem autem crucis. Secundo etiam fiunt tres cruces in reuerentiam eius qui est trinus deus: cuius potentia fit econuersio panis ⁊ vini. Tertio in figuram triplicis vnionis in acceptatione saluatoris. Quarto in memoriam trine crucifixionis. Prima fuit in voluntate persequentium: de qua Joan. xj. Collegerunt ergo pontifices ⁊ pharisei concilium ⁊c. Secūda fuit in voce clamantiuz: de qua mar. xv. At illi magis clamabant crucifige euz. Tertia fuit in crucifixione manuum ⁊ peduz: de qua Luce: Crucifixerunt eum. Quinto in tribus crucibus tempus ante legem quod tribus distinguitur interuallis: innuimus scilicet ab Adam ad Noe inde ad Abraam: ⁊ inde ad Moysen. Jn quibus tribus temporibus iusti christuz suis sacrificijs prefigurauerunt: vt abel in agno: melchisedech in pane ⁊ vino: ⁊ abraaz in filio Verum per p̄missa tria verba nō aliud atqz aliud dicitur: sed res vna pro sui magnitudine diuersa appellatione laudatur: donum quidem dantis: munus accipientis: sacrificiū offerentis. Pater dedit: filius obtulit spūs sanctus recepit. vñ apostolus: Christus p spūm sanctū semetipsuz obtulit deo immaculatū. singuli tñ dederunt ⁊ obtulerūt ⁊ acceperūt: sz ad distinctionē pater dr dedisse pp auctoritatē: filius obtulisse ppter

humilitatem: spiritus sanctus accepisse propter beni gnitatem. Eadem enim sacrificia dona sunt simul & munera, dona sunt nobis ad sustentationem a deo collata munera sunt a nobis deo vt laudetur oblata. Nam & que sacris offeruntur altaribus & munera nuncupantur & dona. vnde & dominus inquit in euangelio: Si offers munus tuum ante altare: vade prius reconciliari fratri tuo. Et daniel dixit ad balthasar: Munera tua tibi sint: & dona tua alteri da. xiij. q. v. scriptuz. & alibi Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. Sacrificia dicuntur: quia sacrificantur & offeruntur pro peccatis nostris vt nos sacros efficiunt. Unde apostolus inquit de pontifice vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Sermonum igitur inculcatio pie deuotionis est excitatio & ineffabilis cōmendatio sacramēti: qō sacramentum digne eucharistia appellatur: prout dicetur in sexta particula super verbo: Qui pridie quam pateretur. proprie autē munus homini. donum. deo datur. Nam munera dicuntur que manibus dantur vel accipiuntur. Rursus dicuntur dona quo ad panem in quo est farina & aqua. munera quo ad vinum in quo est vinum & aqua. Hec sancta sunt sacrificia quo ad vtrumqz ꝺm Augus. Bona referimus cum nosmetipsos deo offerimus & donamus. munera cum eius beneficiorum memores sumus: sacrificia illibata cum ei humilitatem & laudes impendimus: de hoc vide de conse. di. i). in canone cō perimus. ¶ Et nota qꝺ ideo dicitur pluraliter dona munera sacrificia: quia panis & vinum priusqꝫ consecrantur: & diuerse sunt species substantiaruz: & diuerse substantie specieruz: sed vbi consecratio celestis accesserit species quidem remanent. sed substantie conuertuntur itaqz diuersa sunt continentia: sed vnicum est contentum. nam idem sub vtraqz continetur: licet non idem vtraqz substantia conuertatur: sicut infra planius & plenius ostendetur. Dicuntur etiam sancta & illibata: quia panis & vinum sanctificantur in sacro sanctum corpus: & immaculatum sanguinem christi. Non enim dicuntur illibata quasi nondum gustata. sed potius dicuntur illibata. i. imaculata. que sine macula cordis & corporis oportet offerri: quatenus & cor ab iniquitate & corpus ab immundicia purgetur ante qꝫ offerantur: qm̄ vt ait apostolus de conse. di. ij. qui celare. c. sequenti. Quicunqz manducauerit panez & biberit calicem domini indigne reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsuz homo: & sic de pane illo edat & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indigne: iudiciuz sibi manducat & bibit. Dicuntur ergo illibata. i. sine labe: sicut agnus paschalis immaculatus qui significat christum qui est sine macula. i. ruga. Vel illibata idem incorrupta: non quia substantiam panis & vini corrumpi non possit. sed qꝫ corpꝰ & sanguis filij dei i qua virtute vbor species iā transsubstantiate sunt corrumpi non possunt. Unde psalmista: Non dabis sanctum tuuz videre corruptionem. Tertio dicitur illibata ad notandum qꝫ nullus extraneus ad fidem debet approximare illis: vt dicet in tertia particula super verbo cōicātes. ¶ Tria aūt sunt ecclesie sacrificia per tria que fiebant in vete. figurata prout dictum est in prohemio huiꝰ ptis. ¶ Sequitur: In primis que tibi offerimus. &c. Sane legalis pontifex ingrediens in sancta, sanctorum orabat: vt dictum est in prohemio huius ptis: & xps ante passionez orauit se glorificari discipulosqꝫ conseruari. & nunc etiam sedens ad dextrā patris interpellat pro nobis: sic & noster & minister sequens aaron & christum pro tota supplicat ecclesia que cōsistit in plātis & subditis &c. Licet autez vnus tantū sacrificium offerat: tñ pluraliter dicit offerimus: quia sacerdos nō tantū in sua: sed i totius ecclesie persona sacrificat: qua ꝓpter in sacramēto corporis christi. nil a bono maius: nil a malo minus pficitur sacerdote: ꝓ vt dictū est i ꝓemio huius ptis. ¶ Verū nobis hic inuestiganduz occurrit quibus & ꝓ quibus & qualiter & quare debeamus sacrificiū altaris offerre. Et quidē hec quatuor ex ipso canone colligere possumꝰ euidenter: qbus soli deo videlicet individue trinitati: pro quibus pro ecclesia sancta catholica videlicz pro oībus orthodoxis. qualiter in vnitate fidei videlicet in cōione sanctorū. quare pro beneficijs corporalibus: spūalibus: & eternis: sed oībus ꝓpter deum. Primū notatur ibi Tibi reddunt vota sua eterno deo viuo & vero. Secunduz ibi: Pro ecclesia tua sancta catholica. Tertium ibi: Cōicantes & memo. ve. Quartū ibi: Pro redemptōne animarū suarum pro spe sa. & incol. sue. Sacrificium ergo laudis offertur: & generaliter ꝓ cunctis & speciali ter ꝓ quibusdā. s. ꝓ prelatis qui sunt iuxta apostoluz in sublimitate cōstituti & ꝓ subditis. ꝓ viris & mulieribus. ꝓ sacerdotibus & astantibꝰ: pro nobis & nostris. Be plātis & subditis: ibi. Una cuz famulo tuo papa nostro & oībus orthodoxis. Be viris & mulieribꝰ: ibi Memento dñe famulorū fa. tuarū. Be sacerdotibꝰ & astantibus: ibi: Omniū circūstantiū & qui tibi offerūt hoc sacrificium. Be nobis & nostris: ibi: Pro se suisqꝫ oībus. Sic ergo exponēda est littera. Que tibi offerimus in pmis. i. principaliter. ꝓ ecclesia tua sancta catholica. i. vniuersali toto terrarū orbe diffusa sz fidei sacramētis vnita qꝫ. i. vt eaz pacificare digneris vt habeat pacez ab hereticis & scismaticis & adunare que dispersa est inter pfidos & paganos. Vel hic dicit qꝫ orandū est ꝓ discordantibus ab inuicē quā & custodire digneris vicijs & demonibus & regere in prosperis & aduersis. Idipsuz tamen videtur esse pacificare qō adunare custodire quod regere. Tunc enim pacificat cum fidelium mentes adunat vt per spm̄ sanctū charitate diffusa multitudinis credentiū sunt cor vnuz & anima vna: extra de sum. c. ij. Tunc custodit cū inter mundi pericula regit vt de sancto mittens auxilium eam de syon tueatur. Licet enim in apoc. septem scribatur ecclesijs vna tantū in canticis est columna. naz sap. edi. si. do. & excidit co. septem. Una igitur est ecclesia septem ordinibus distributa: vel septem carismatibus insignita: quā ipse pacificat & adunat: ille custodit & regit qui propter ipsius regimē & munimē ꝓposuit vniuersis: vt oēs ab vno sicut corpus a capite gubernentur ꝓ quo statim oratur cum dicitur: Una cuz famulo tuo papa nro: q̄ verba Clemēs papa addidit. Nā vt ingt Pelagius papa: cōstat ab vniuerso orbe

separatos esse qui qualibet dissensione inter sacra mysteria apostolici pontificis memoriam ꝺm consuetu dinē nō frequentant. qui vō non sunt de romana diocesi p̄o suo quoqꝫ debent orare pontifice quatenus vnitatem spiritus in vinculo pacis obseruet. vnde debent dicere verba sequentia. s. t antistite nostro. Antistes tñ ipse celebrans nō debet ea dicere. Quod vero addunt quidā de antistite t rege noua traditō est vbi orandum esse ꝑ prelatis ostendit orandum etiā esse ꝑ p̄ncipe apostolos docet. i. ad Thimo. ij. c. Obsecro inquit p̄mo oium fieri obsecrationes: orationes: t postulatōes: t gratiarū actiōes p̄o omnibus hominib⁹ p̄o regib⁹ t omnibus qui in sublimitate sunt cōstituti vt quietā t tranquillā vitam agamus in oī pietate t castitate: de cō. di. i. de hymnis. ad finē. Sicut enim due sunt vite celestis vz t terrena: vna qua spiritus vivit ex deo: t altera qua caro vivit ex spiritu: ita due sunt potestates ecclesiastica videlicz t mundana: vna que moderatur spiritualia: t altera que moderatur carnalia: ista per clericos t illa p laicos. xvj. di. duo. Post vtramqꝫ potestatem orandum est p̄o omnib⁹ orthodoxis qui vtramqꝫ fidem catholicam videlicet t apostolicam venerantur t colunt t sic heretici t scismatici excluduntur. Orthodoxi. n. quasi gloriantes dicuntur qui videlicet deum recte fidei confessione glorificant.

¶ De scōa parte canonis. s. memēto dñe. Rubrica.

MEmento dñe famulorūqꝫ famularūqꝫ tuarūqꝫ t omnium circumstantium tc̄. Secunda pars in qua etiam ostenditur orandū esse p̄o subditis. Et ex hac tunc tra verborū euidenter comicitur ꝙ in hoc loco debeat sacerdos specialiter vivos quos voluerit memorare quoniam subsequenti. Memēto defunctorum poterit agere memoriā spālem. Hinc etiaz euidenter apparet ꝙ factū sit t salubre missarū inter esse mysterijs cuz sacrificium eucharistie p̄o circumstantibus specialiter offeratur. Verum cum deus nihil ignoret nec alicuius valeat obliuisci quid est qđ petimus vt deus memineri nostri. Porro deus dicitur scire quos approbat: vnde nouit dñs qui sunt eius. t dicit nescire quos reprobat: vnde nouit vos. Rursus dicitur obliuisci maloz cū malus ad bonū reuertitur vnde si impius egerit penitentiaz: oium iniquitatum eius non recordabor. Et dicitur obliuisci bonorum cum bonus ad malum peruertitur. vnde si iustus a iusticia sua auerterit se: omnes iusticias eius non recordabor. Deus etiam quandoqꝫ recordatur ad miserendum: vnde: Memento mei deus meus quia ventus est vita mea: quandoqꝫ ad puniendū: vnde: Memento domine filiarum edon in die hierusalem. Petimus ergo non vt nostri meminerit: sed vt nostri misereatur. ꝺm illud: Reminiscere miserationum tuarum domine. t misericordiarum tuarum que a seculo sunt. ¶ Sequitur: Quorum tibi fides cognita est t nota deuotio tc̄. quam qui propitiaris fidelibus t deus nostis: qui solus vides in conscientijs que recte credant t deuote te diligant: vtpote rerum scrutator t cordium deus scientiarum dominus occultorum omnium perscrutator in cuius conspectu nulla creatura est inuisibilis. P̄ro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis t cetera. quasi diceret Memento domine non solum eorum p̄o quibus offerimus: sed etiam sacerdotum qui offerunt hoc sacrificium laudis tc̄. Cum enim sacerdos offert p̄o populo: nihilominus t p̄o se. Vel ideo dicit: P̄ro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt: quia non solum offerunt sacerdotes sed t vniuersi fideles nam t quod spiritualiter adimpletur ministerio sacerdotuz hoc vniuersaliter agitur voto fidelium: vel p̄o quib⁹ offerimus. s. actu: vel qui tibi offerunt. s. deuotione. Dicitur autem sacrificium laudis: ꝺm illud apostoli: Quicquid facere debetis omnia in laudem dei facite vt deus laudetur in vobis. Secundo sacrificium laudis dicitur: quia christus gratias agens illud instituit p̄out dicetur in sexta particula super verbo gratias agens. Tertio ideo: quia cum deo quicquam offerimus sua sibi reddimus non nr̄a largimur. vnde si esuriero non dicam tibi meus est enim orbis terre t plenitudo eius ergo immola deo sacrificium laudis t redde altissimo vota tua. Quarto quia deum laudare debemus non solum quia passus est p̄o nobis: sed etiam quia nobiscum est quotidie vsqꝫ ad consummationem vite. vel quia non solum se dedit p̄o nobis in precium: vel etiaz quia dedit se nobis in cibum vt per precium redimeret nos a morte: per cibuz aleret nos ad vitam. vnde: Qui manducat me vivit propter me p̄o se effigiesis est. i. expositio eius quod sequitur. s. p redemptione animarum nostrarum p̄o spe salutis t incolumitatis sue. ¶ Sequitur Suisqꝫ omnibusqꝫ tc̄. videlicet consanguineis vel affinibus familiaribus vl amicis: licet enim diligere teneamur etiam inimicos: ꝺm illud. Diligite inimicos vestros. seruare tamen debemus ordinem charitatis qui incipit a seipso xxiij. q. v. si non licet. de pen. di iij. sane cauendum. extra de vsu pallei. in fine. ꝺm illud: Introduxit me rex in cellam vinariam t ordinauit in me charitatem. nam t apostolus ait: Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. P̄ro redemptione animarum suarum tc̄. quasi non p̄o temporali lucro vel appetitu terrenorum. sed p̄o spe salutis t incolumitatis sue. i. p̄o salute vel incolumitate sperande: spe. n. salui facti sumus p̄o salute quadam mentis t in columitate corporis. nam vtraqꝫ sanitas est ab illo qui dicit: Salus populi ego sum. Verum vtraqꝫ sanitas prouenit ex redemptione anime i. de remissione peccati. sic econtra de reatu peccati procedit infirmitas vtriusqꝫ iuxta sententiam veritatis Ecce sanus inquit factus es iam noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat: extra de pe. t re. cum infirmitas. in principio. ¶ Porro tria sunt hominis bona corporalia: spiritualia: t eterna. videlicet infirma media t suprema: p̄o quibus sacerdos dicit se offerre p̄o corporalibus i. p̄o incolumitate. p̄o spūalibus. i. p̄o redemptione. p̄o eternis. i. p̄o salute. Hā

ordo cum
ase rpf

ꝛ dominus docet nos pro his tribus orare: vꝫ ꝑ eternis: vnde adueniat regnuꝫ tuum. pro spiritualibus: vnde: fiat voluntas tua: sicut in celo ꝛ in terra. ꝑ corporalibus: vnde panem nostrum quotidianuꝫ da nobis hodie. Offerimus enim sacrificium pro eternis vt dentur nobis in premium. pro spiritualibus: vt dẽtur nobis in meritum. pro corporalibus: vt dentur nobis ad ãminiculum: vt per hec ꝛ ista perueniam⁹ ad illa. Verũ cum dicat apostolus q̃ virtus in infirmitate perficitur: extra de sacra vn. c. i. ꝛ iterum cum infirmor tunc fortior sum. Quid est q̃ ꝑ corporali incolumitate sacrificiũ laudis offerimus: nisi vt nobis conseruata vel reddita sanitate. gratiarum actiones i ecclesia referam⁹. ¶ Sequit̃ Tibiq; reddũt vota ꝛc̃. Vota sua dicunt̃ que voluntarie ꝓmittunt̃. quia volenter ꝛ libenter deo vouere ꝛ votum reddere debemus: extra de voto. magne. Verũ cũ nostra donem⁹ ꝛ aliena reddamus. quomodo vota si sua sũt reddũt ꝛ nõ potius donant. vel si reddunt quõ sua ꝛ nõ poti⁹ aliena. Sane votũ bonũ ꝛ bois ꝛ dei est: sed dei propter auctoritatẽ gr̃e: bois propter libertatem arbitrij propter qõ dicit apostolus: Nõ autez ego sed gratia dei mecum vel vouere hominis est reddere vbo dei.

¶ De tertia parte canonis Rubrica.

Communicantes

tertia ps. Siritius papa addidit hec vba: Cõicantes ꝛ memoriam venerantes. ¶ Sane pontifex vt lex iubebat thuribulum viuis carbonibus plenum intra sancta sanctoꝝ secum portabat sicut in ꝓmio huius partis dictũ est: ꝛ christus carnis sue thuribulum oi virtute plenum tulit ad astra: sic ꝛ sacerdos nr̃ xpi vicẽ tenens vacuis a peccatis ꝛ plenus virtutum odoribus ad sacrificiũ altaris accedere debet. Cõicãtes ꝛ memoriã venerantes. Cõicare idẽ est qõ participare: q; sanctoꝝ ꝛ ãgeloꝝ pascuis cõicare debem⁹. Quattuor autẽ modis in ecclesia cõicatur: prout dicetur in. vj. particula super verbo: qui pridie. Memoriã venerari idem est qõ memoriam honorabiliter colere: q̃ beata Maria virgo per aduentum spũs sancti genitrix facta est filij dei Jesu christi domini nostri: qui deus ꝛ homo est. ¶ Illud autem notanduꝫ est: q̃ secreta non tota simul ab vno: sed particulatim a pluribus ex eo perpenditur fuisse cõposita: q; ter in ea sanctorum cõmemoratio repetit̃: licz hoc ipsum prouenerit ad laudem ꝛ gloriam trinitatis. In secunda quippe cõmemoratione supplentur qui de primitiuis sanctis deesse videbant̃ in prima: verum in ea cõmemoratione que fit ante consecrationem corporis Christi verum postulatur sanctoꝝ suffragiũ. in ea vero que fit post cõsecrationẽ corporis xpi: sanctoꝝ cõsortiũ iplorat̃: quia nimirũ anteq̃ corpus christi: qõ est vniuersalis ecclesia consecret̃. i. anteq̃ regnuꝫ adueniat. necessarium est nobis in via sanctorum suffragium: vt meritis eoꝝ ꝛ pcibus diuine ꝓtectionis muniamur auxilio. sed vbi corpus christi fuerit consecratum. i. vbi regnum aduenerit: assequemur in patria sanctorũ consortiũ vt societatẽ ꝛ partez cum sanctis apostolis ꝛ martyribus habeam⁹. In via quippe cõicamus cum sanctis per fidem quã ipsi hic habuerunt ꝛ nos habemus. in patria vero participabimus cum sanctis per spem quam ipsi habent ꝛ nos habebim⁹ Nos enim fidem habemus ꝛ spem: ꝛ illi spem habẽt ꝛ rem: nos percurrimus stadium: isti possident brauium: nos pugnamus in via: illi trimphant in patria Cõicamus igitur ꝛ memoriam veneramur apostolorum ac martyrũ: ꝛ precipue gloriose virginis dei genitricis Marie vt eoꝝ suffragio ꝺ fide perducamur ad spem: ꝺc stadio perueniamus ad brauium: ꝺe via ad patriã transeam⁹. In primis aũt noiatur nomen beate Marie: quia ipsa eum q̃ oblaturus est: ꝛ q̃ vere ostia est genuit ꝛ i celis obtinet principatũ. Nominãtur ꝛ duodecim apostoli: ꝛ duodecim martyres qui oẽs huius sacrificij testes fuerunt: ꝛ passionẽ christi verbis ꝛ effusionis sanguinis testimonio ꝓbauerũt. In hac igitur cõmemoratione sanctorum illud obseruat ecclesia: qõ antiquitas agere consueuit: vt in ordinibus suis recolat patrũ memoriã quatenꝰ eoꝝ meritis suffragantibus facilius obtineat quod implorat. Sic ꝛ Moyses ꝓ peccante populo intercedens patrum memoriã imposuit dicens: Recordare Abraaz Isaac ꝛ Jacob seruorũ ꝛc̃. Exo. xxxij. Sic ꝛ azarias orasse legit̃ in fornace: ne quesumus auferas misericordiã tuaz a nobis dñe deus noster: ꝓpter Abraam dilectũ tuum: ꝛ Isaac seruum tuũ: ꝛ israel sanctũ tuũ Et qm̃ extra vnitatem ecclesie nõ est locus offerendi sacrificiũ vnitatis: ideo sanctoꝝ memorie cõicamus in sacrificio quatenus in cõione sanctorum sacrificiũ offeramus. nã sicut vnus panis ex multis granis: ꝛ vnum corpus ex multis mẽbris: sic ex multis fidelibus vna constat ecclesia. Scriptũ est enim alienigena non vescetur ex eis qm̃ sancta sunt: ꝛ ideo solum illuꝫ ad esum ei⁹ hui⁹ agni recipimus qui nostre cõiunct⁹ est domui: vꝫ omnẽ domesticum fidei a principe vsqz ad plebeium: a populo vsq; ad publicanum Scripserunt autem quidam q̃ quia sacerdos legalis scripta habebat in longeon: nomina duodecim tribuum seu patrum. Exo. xxx. ideo in huius rei memoriam presbyter nominat memoriam beate virginis ꝛ apostolorum ꝛ quorundam martyrum. ¶ Sed cũ ecclesia inter sanctos magnifice memoriam confessorum veneretur: quare in canone nõ fit de illis cõmemoratio Rñderi põt q̃ canon prius fuit editus q̃ memoriam sanctoꝝ cõfessorum ecclesia celebraret. Nam oẽs fere sancti qui in canone cõmemorant̃: precesserẽ silue strum ꝑter ioannẽ ꝛ paulũ ꝛ marcellinũ ꝛ petruꝫ qui primo successerunt. Ecclesia vero post tempus beati Siluestri cepit memoriã sanctoꝝ confessorũ venerari. Canon aũt ex eo cõuincit̃ precessisse q̃ apostolorũ catbalogus nõ ita reperitur in illo dispositus: sicut in emendationibus codicibus siue euangelijs inuenitur. In prioribus enim editionibus vt dicit Hieronymus nõ solum euangelistarũ mutatus est ordo sed etiam verborũ ꝛ sententiarũ erat confusa commixtio Potest etiam dici q̃ ideo in canone solum fit mentio

de martyribus: quia cum hoc sacramētū fit sacramē
tuz amoris in ipsius sacramenti ministerio: debet so-
lum memoria fieri de illis de quibus spiritualius ap-
paruit signum veri amoris. In apostolis apparuit p
temporalium abiectionem: in martyribus per corpo
rum tormentis expositionem. De primo Matthei.
xix. Ecce nos reliquimus omnia ⁊c̄. De secundo.
Sap. iij. Et si coram hominibus tormenta passi sūt
⁊c̄. ¶ Rursus ideo non fit mentio de confessoribus
quia illi non sunt passi sicut christus: cuius passionis
est memoriale hoc sacramentum. Grego. iij. addidit
hec verba. s. illa que in quibusdam ecclesijs dicuntur
s. quorum solennitas hodie in conspectu tue maiesta-
tis celebratur. Homie deus noster in toto orbe terra-
rum. Terminatur autem hec particula per eundem
dominū nostruz. sicut eniz per filium omnia facta sūt
ita ⁊ per ipsum habent oia esse reparata ⁊ terminata
⁊ secundū quosdā non debet responderi amen. neqz
vsqz ad fractionem hostie: quia angelorum chor⁹ sā-
cti ministerio assistens respondet amen. hoc tamē nō
vbiqz seruatur: de hoc dicetur in. xi. particula.

¶ De quarta parte canonis. ¶ Rubrica.

HAnc igitur obla
tionē. Quarta pars. ⁊ hoc dicendo sa-
cerdos in quibusdaz ecclesijs profun-
de se inclinat. ¶ Sane legalis ponti-
fex orans fumo thymiamatis obumbrabatur ⁊ tege
batur ne pateret alicui dum cremaret incensuz: sicut
in proemio huius partis dictuz est. Et xp̄s dum pa-
trem interpellatur pro nobis angelorum pertransit i-
tuitum: quia intelligi non pōt quantum pītia sumpte
carnis impetret apud patrem pro nobis. Sacerdos
quoqz dum vicem christi gerit quodāmodo tegitur ⁊
latet: quia nec cogitari nec narrari potest quanta vir-
tus ⁊ potentia sit in verbis eius. ⁊ in hoc mysterio qō
latet homines ⁊ angelos. Ad quod representandum
in quibusdam ecclesijs sacerdos secretam intrans q
busdaz cortinis q̄ sunt in vtroqz latere altaris q̄ tunc
extenduntur: quasi tegitur ⁊ velatur seruitutis no-
stre. i. mee ⁊ cunctorum que tibi seruiunt ⁊ famulant.
Et nota q̄ due sunt seruitutis species. vna q̄ soli crea
tori debetur que dicitur latria. altera que creaturis i-
penditur q̄ vocatur dulia. Quasdam eniz creaturas
possumus inter omnia venerari. Utranqz speciē do-
minus determinat dicens: Reddite que sunt cesaris
cesari: ⁊ que sūt dei dei. Unde versus: Latria fit do-
mino: debetur dulia seruo. Ad corpus christi fertur p
dulia fere. Latria ergo est seruitiū siue cultus soli deo
creatori debitus: quē debem⁹ sup oia reuereri. Ad eā
quidē ptinent tēpla ⁊ altaria: sacerdotia: sacrificia: fe
stinitates: ceremonie ⁊ huiusmōi: que soli deo sūt ex-
hibēda. Juxt illud: dn̄m deū tuum adorabis: ⁊ illi soli
seruies. i. soli deo seruitutē adoratiōis impēdes. Nō
eniz sanctis ⁊ angelis ad honorē dei: sed potius deo
ad honorē sanctor⁹ ⁊ angelorū dedicant templa ⁊ al-
taria cōsecrantur: ⁊ sacrificia offerunt: nec ipsis ado
ratiōis seruitus sed soli deo impenditur: vt dicetur in
pemio septime partis: ne si secus fiat non theosebie
cultus exhibeatur: sed idolatrie crimen incurrat ser-
uiendo creature tanq̄ creatori: ⁊ mutādo gloriā īcor
ruptibilis dei: in similitudinem corruptibil⁹ hominis.
¶ Si igitur nec boies nec angeli adorādi sunt attē-
dāt qd agunt q̄ suptextu cuiusdā religiōis seu pieta-
tis diuersas adorāt imagines. nō eni licz aliquid ma
nufactū adorare put pbatū est in parte pma sub ti-
de picturis. Una quidē tm̄ dei patris ē imago q̄ vna
cū patre adoratiōe venerari debemus. s. vnigenitum
dei filiuz Jesum christū qui est splendor glorie: ⁊ figu
ra substantie eius: cuius nō soluz deitatem sed etiam
humanitatē adorare debemus. Juxta illud: Adora-
te scabelluz pedum eius qm̄ scm̄ est. Ceteras vō ima
gines ⁊ creaturas sacras ⁊ sanctas. i. angelos boies
⁊ sacr̄a: non latria sed dulia possumus venerari. De
adoratiōe angelorū legitur q̄ Abraam oculʼ eleuatis
in qualle mābre tres vidit: ⁊ vnum adorauit ex ange
lis. Loth quoqz duob⁹ angelis intrantib⁹ ciuitatem
occurrens adorauit petens vt in domū suam hospi-
tio declinarent. ¶ De adoratiōe boiuz legitur q̄ ia
cob videns esau venientē precessit vtrāqz turmam: ⁊
pronus in terraz septies adorauit. Filij quoqz iacob
adorauerūt ioseph in egypto. De adoratione sacror
dicit ecclesia. Crucez tuam adoramus dn̄e. Et ali
bi legitur. Christiani sacras imagines pie venerātur
⁊ adorāt. ¶ Sequitur: Dies quoqz nostros. Et no
ta q̄ leo papa adiunxit infra actionem. Hanc igitur
oblationē vsqz placat⁹ accipias. Beatus aūt. Gre-
gh̄as tres petitiōes in canone dicit̄ addidisse: Prima
est: dieqz nostros in tua pace disponas. supple p eū
qui p nobis est traditus in manus eor qui pacē ode
runt. Scda: ab eterna dānatiōe nos eripi supple per
eū qui p nobis tp̄ali morte dānatus est. Tertia: ⁊ in
electorū iubeas grege numerari. supple per eū q̄ pro
nobis dānatus ē cuz iniqs. ¶ In pace tua ⁊c̄. Et no
ta q̄ est pax peccatorū: pax iustorū q̄ dicitur pax pe-
ctoris siue spūalis pax tp̄alis ⁊ pax eternitatis. De
pace pctorum dixit psalmista. Zelaui sup iniquos pa-
cem pctorū videns. Et de pace iustorum dicit aplūs:
Fructus spūs est: charitas: gadium pax patientia.
Hāc relīqt dn̄s aplis dicēs. Pacē relinquo vobis. De
pace tpis inqt ppheta. Orietur in diebus ei⁹ iustitia
⁊ abundantia pacis. De pace eternitatis dn̄s dixit a
plis. Pacē meā do vobis nō quō mūdus dat ego do
vobis. Pro hac triplici pace ter oramus in missa. Pri
mo in hac oratiōe. Hanc igit̄. ibi: dieqz nostros i tua
pace dispone. Secūdo in oratiōe: libera nos. ibi. Be
ppitius pacez in dieb⁹ nostris. Tertio in pax dn̄i. ibi.
Da nobis pacē: vt de pace tpis per pacē pectoris trā
seamus ad pacē eternitatis. Ob hoc etiā sacerdos in
missa ter osculatur altare: vz i p̄n. canonis. d. Uti ac-
cepta ⁊c̄. ⁊ in oratione. Supplices. ⁊ post orationem
Domine iesu christe qui dixisti apostolis: licz quidez
nonies osculētur: vt in sui adiutoriū ad hoc impetrā-
dum nouem chozos vel ordines angelorū in quibus
omnes sancti locati vel locandi sunt innocent ⁊ indu
cant: vel hoc faciunt quasi gratias agentes de nouez

ordinibus quos quilibet sacerdos gradatim suscepit Circa huiusmõi altaris oscula notanduz est q̄ sacerdos ea facit tribus temporibus in missa: iuxta tria q̄bus indiget: ꝛ alia tria ab eo in altari agenda. Prio enim facit quedam oscula ante collocationem hostie ꝛ calicis. s. quando primo ad altare accedit quando ad primam collectam dicturus est dñs vobiscũ: ꝛ iterum post euangeliuz dicturus dñs vobiscũ. que oscula facit vt fiat dignus minister in sacrificando. Secũdo facit alia post collationem calicis ꝛ hostie priusq̄ cõicet. s. dicturus. Orate fratres ꝛc̃: ꝛ quãdo in canone dicit. Vti accepta: ꝛ quando dicit. Ex hac altaris participatiõe: ꝛ finita oratione illa: Domie Jesu xp̃e qui dixisti apostolis: que facit vt sit iustus i christi corpore recipiendo. Tertio vero facit alia postq̄ cõicauit. s. dicturus dñs vobiscum añ post cõionem: ꝛ completa oratione. Placeat tibi sancta ꝛc̃: que facit vt sufficiens inueniat gratias deo p̄ receptis referẽdo. Verum oscula que fiunt añ collocationẽ hostie ꝛ calicis: ꝛ ea que fiunt post cõionem fiunt sup altare videlicet in medio eius. Cum enim sacerdotis dignitas ꝛ auctoritas in sacrificando: necnon ad sufficientia ad referẽdas gratias de acceptis sit solum a deo a quo nostra sufficientia est: iccirco añ calicis ꝛ hostie locationẽ: ꝛ postq̄ cõicauit osculatur medium altaris: p̄ qõ propter virtutem consecratiõis ꝛ vnctionis ibi i missa altaris facte maxime p̄sentatur deus in quo vniũtur extrema. Oscula vero que fiunt post calicis ꝛ hostie collocationẽ anteq̄ cõicet fiunt a sinistris calicis prope hostiam. Ad hoc enim q̄ sacerdos sit iustus in sacrificando: requirit̄ nõ solũ actio diuina verũ etiaz sua vñ Aug⁹. Qui fecit te sine te: nõ iustificabit te sine te. Requiritur ergo dispositio ex parte sue quod fit si nõ resistit diuinis mõitibus: sed infusio gratie fit ex p̄te dei: ideoq̄ oscula que fiunt ante cõionem nõ directe fiunt in medio altaris. ¶ Rursus illud quod est ex nobis iustificatione nostra est quid diminutum ꝛ modicum respectu eius quod ex deo est. merito ergo fiunt a sinistra parte calicis: que est pars diminuta ꝛ obliqua respectu dextre: Fiunt tamen iuxta hostiam tum quia in iustificatiõe plura ꝛ nobiliora sunt a deo seu a christo: tum quia etiam illud q̄ a nobis est potius b̄ret rationẽ mali q̄ boni nisi quodãmodo esset a deo per gratiã p̄uenientem elicituz regulatum ꝛ acceptum. Potest etiaz secũdo dici q̄ ideo quãdo calix ꝛ hostia nõ sunt super altare: oscula fiunt in medio altaris videlz directe super locuz crucis ex crismate in ipius p̄secratione facti: q̄ xp̃s stans in medio discipulorũ suorũ dixit eis. Pax vobis: que pax per ipsa oscula designat̄. Tertio ad designandum q̄ sicut habetur in canticis. Christus assensũ in cruce purpureuz. i. sanguie rubricatũ media charitate constrauit q̃ charitas per osculum designatur que etiaz media dicitur: q̄ cõis omnibus p̄ omnibus eniz voluit pati ex charitate. ¶ Porro fiũt oscula ipa manib⁹ sup altare depositis. ¶ Prio ad notãduz q̄ charitas p̄ osculũ designata opib⁹ dz inniti. natura ẽm Greg. Opaꝫ magna si est. si aũt rẽnuit opare amor nõ ẽ. ¶ Scõo notãdũ q̄ i altaris sacrificio sacerdos oiuz tpalium curã deponere: ꝛ solũ ipi sacrificio affixã mentez debet habere. Tertio ad designãduz q̄ ad hec opa eius nõ sufficit q̄ solũ dei misericordia obtinetur. Adhuc nõnulli in locis ipsis osculãdis signũ crucis cuz trib⁹ extensis digitis prius imprimũt: tuz q̄ omnia in fide trinitatis agenda sunt: tuz quia regulariter quicquid ori applicandum est debet prius crucis signaculo insigniri. ¶ Et quanq̄ altaris mensa consecrata fuerit ꝛ alia multa crucis signa in ipso misse officio p̄cesserint: non tamen hec superfluunt: tum quia non ratione ipsius loci: sed ratione operis in loco ipso fiendi fiunt: tum quia quantũcũq̄ altaris mẽsa fuerit ꝓsecrata: nescitur tamen quid in loco ipso maligno spiritui permittatur a deo. Alia etiam multa signa prius facta non ratione loci. sed ratiõe ꝓsecrationis corporis ꝛ sanguis christi facta fuerunt. Alij tamen in penultimo ꝛ finali: dominus vobiscum: nec osculantur altare: nec in illo imprimunt signum crucis: sed se solũ añ faciem suam signant ꝛ bene: tuz quia per altaris osculum quod in fine misse fit intelligitur sacerdos omia p̄cedentia approbare: ꝛ eis toto mẽtis affectu assẽtire: tum quia per corporis domini p̄sentiam omis immundus spiritus de loco ipso credendus est aufugisse. De osculo etiam altaris ꝛ libri sub titulo de altaris osculo dictum est.

¶ De quinta canonis parte. Rubrica.

QUam oblatiõem ꝛc̃. Quinta pars in qua sacerdos accedit ad dñici corporis cõsecrationez. d. ¶ Quam oblationem. i. terrenã materiã ad corpus tui filij destinataz tu deus quesumus in oibus. i. tota cogitatiõe: tota mente: toto intellectu digneris facere benedictiõez ꝛc̃. Sane quarta feria: Judas vnus ex duodecim a dyabolo supplãtatus i. mane sacrilegiuz perpetrauit: duz filium dei. xxx. argenteis vẽdidit phariseis in recõpensationẽ dãni q̄ incurrerat ꝓpter effusionẽ vnguẽti. Quare ingt hoc vnguentũ nõ venditur trecentis denarijs: ꝛ datuz est egenis. Dixit aũt hoc non quia de egenis pertinebat ad euz: sed quia vir erat ꝛ loculos habens ea que mittebantur asportabat. Quilibet ãt argenteus valebat. x. denarios vsuales: ꝛ ita damnũ vnguẽti quod valuerat trecentos denarios triginta compẽsauit argẽteis Si vero dicamus argẽteos fuisse denarios vsuales dicemus q̄ iudas vẽdidit Christum quasi vile mancipium triginta denarijs qui sunt decima trecentorũ denariorũ quos valuerat vnguẽtum: ꝓpter quod dominus despectiue loquitur per prophetaz. Appenderunt inquit mercedem meam triginta argenteos p̄cium appreciati quo appreciatus sum ab eis. Ad designandum ergo precij quantitatem quo christus vẽditus est sacerdos hic facit tres cruces communiter super oblatam ꝛ calicem cum dicit: benedictam ascriptam ꝛ ratam. nam ꝛ trecenta pariter ꝛ triginta multiplicationem suscipiunt a trinario. post modum aũt ad designandum venditionem ꝛ emptionẽ duas cru

ces imprimit figilatim: vnam super oblatas: & alterã super calicem cum dicit. Ut nobis corpus & sanguis fiat. q. d. Illa venditio fuerit maledicta proscripta: irrita: iniq̃: & detestabilis: sed tu deus hanc oblationez digneris facere benedictam ascriptam: ratam: rationabilẽ: & acceptabilez. Judas enim dilexit maledictionem & venit ei: & noluit benedictionem & elongabitur ab eo: sed tu deus hanc oblationẽ digneris facere benedictam per quas nos in celestibus benedicas. Judas deletus est in libro viuentiu: & cum iustis nõ scribetur. Sed tu deus hanc oblationez digneris facere ascriptam per quã nos inter electos ascribas. Judas laqueo se suspendit: & episcopatus eius accepit alter. Sed tu deus digneris hanc oblationez facere ratam per quam ratum sit nostre salutis promissum: vel ratã quo ad cõfirmationẽ in omnib9 bonis: ne sicut chain offeramus: qui se non deo sed dyabolo obtulit sacrificiu. Item iudas exiuit condemnatus: & oratio eius facta est in peccatum. Sed tu deus hanc oblationem facere digneris rationabilem. i. ratione plenam per quam rationabile fiat nostre seruitutis obsequiũ. Judas quoq; reddidit malu ꝓ bonis: & odium ꝓ dilectione retribuit. Sed tu deus hanc oblationẽ facere digneris acceptabilem: per quam nos tibi reddas acceptos. ¶ Secundo fiunt tres cruces communiter super oblatam & calicem: quia christus tria cõmũiter egit circa panem & vinu videlicet accepit: benedixit & dedit. Postmodum specialiter facit vnam crucem super oblatam: quia dixit: comedite hoc est corp9 meum. & alteraz super calicem: quia dixit: Bibite hic est sanguis meus: & secundum hũc sensum recte subiungitur. Qui pridie ꝙ pateret &c. ¶ Tertio fiunt tres cruces: quia iudas vendidit christum ad crucifigẽdũ tribus. s. sacerdotibus & scribis & phariseis: ad notandum ergo cõmuniter tres ẽptores facit sacerdos tres cruces cõmuniter super oblatam & calicem duz dicit: benedictam ascriptam & ratam. ¶ Ad notandum vero discrete venditores & venditum: vel tradentem & traditum: facit duas cruces discrete super oblatam & calicez: cũ dicit. Ut fiat corp9 & sanguis. ¶ Quarto tres prime cruces notant quod factũ est esse ex virtute crucifixi. Vel significant tres dies quibus christus predicauit post dominicam in ramis palmarum vel triduu quo in sepulchro quieuit: vel tria loca corporis in quibus passus est idem manus pedes & latꝰ Due vero sectentes significant diuinam & humanaz naturam: vel ꝙ christus in anima & corpore passus est. Et fiunt quinq; in figuraz ꝙ christus quinq; vulnera habuit. vel in quinq; crucibus tempore legis exprimimus ꝙ quinq; libris distinguitur: & in quolibet christi passio denotatur: que lex quinq; personis regebatur. s. iudice: rege: principe: propheta: sacerdote quibus christus assimulatur. ¶ Possunt quoq; premissa verba secundo modo sic exponi: petimus vt deus hanc oblationem faciat benedictam ascriptam & ratam id est vt eam consecret: approbet & confirmet i rationabilem hostiam & acceptabile sacrificiu ita vt nobis. i. ad nostram salutez panis fiat corpus & vinũ sanguis dilectissimi filij tui domini nostri Jesu christi. Patri quidez dilectus est filius: sicut ipse pater de celo testatus est dicens. Hic est filius meus dilectus &c. & nos eum diligere debemus: quia ipse prior dilexit nos: & ꝓ nobis est passus. Tertio modo sic. Que sumus vt tu deus hanc oblationẽ facere digneris benedictam. i. vt a te spiritualiter benedicatur. Unõ virtute patris nostri sit benedictus fructꝰ virginis Marie ascriptam. i. talem q̃ de memoria tua nulla possit oblitione deleri ratam. i. talẽ que de beneplacito tuo nulla possit oblitione compelli: rationabilem. i. talez que tue diuine rationi conueniat. ¶ Refert enim inter rationabile & rationale. rationabile dicitur quod de ratione procedit: rationale vero dicitur quod vtit ratione: vnde & liber iste rationale vocatur: quia cor que in ecclesiasticis officijs aguntur rationes contiet acceptabilem. idest vt per eam tibi deo acceptemur. ¶ Quarto modo sic: Digneris facere benedictaz. i. spiritui sancto replere. ascriptaz id est diuinitati ascribere. ratam: id est in veritate vt ad salutez sufficiat solidare. rationabilem. idest in nostra fide. acceptabilẽ: id est in nostra deuotione. ¶ Quinto modo sic: quã oblationem tu deus omnipotens digneris facere in omnibus benedicaz: hoc est transferre in eam hostiã que est omnimode benedicta: ascripta rata rationabilis & acceptabilis. Benedicta dicitur hostia salutaris idest ab omni causa maledictionis imunis taz originali ꝙ actuali: tam criminali ꝙ veniali: sicut Elizabet inquit ad virginez: Benedictus fructus ventris tui. ascripta dicitur. i. figuris & scripturis veteribus ꝺsignata: tam in agno paschali ꝙ in mana celesti: taz in Jsaac molando ꝙ in Abel imolato: qñ vt ingt Joãnes. Hic est agnus qui occisus est ab origine mundi. Rata dicitur quasi nõ transitoria: sicut vetus lex que cessit vbi noua successit: sed que permanet in eternuz ꝺm ordinem melchisedech. Rationabilis dicitur quasi nõ pecualis sicut erat legalis que sanguine thaurorum & hircorũ nõ poterat a peccato mũdare. sed que sanguine ꝓprio conscientias emundat ab operibus mortuis: Acceptabilis dicitur quasi nõ illa de qua dicit ꝓpheta. Sacrificium & oblationem noluisti: sicut dominus ait. Non accipiam de domo tua vitulos neq; de gregibus tuis hircos: sed illa de qua dicit psalmista. Tibi sacrificabo hostiam laudis. vnde dominus ait. Sacrificium laudis honorificabit me. Et secũdũ hanc dispositionem recte subiungitur vt fiat corpus & sanguis dilectissimi filij tui dñi &c. Patri. n. dilectus est filius. Juxta illud. Hic est filius meus dilectus &c. & nos eum diligere debemus: quia ipse ꝓ dilexit nos & passus est ꝓ nobis. Aug9. vo sic exponit. Benedictam per quam benedicimur. ascriptam per quam in celo omnes ascribimur. ratam per quaz in visceribus xpi. i. de corpore christi quod est ecclesia censemur. rationabilem per quã a bestiali sensu exuimur acceptabilez vt qui nobis ipsis displicemus per hanc acceptabiles eius vnico filio simus: subiungẽs ꝙ sacerdos euangelistarum verba assumens dicit. Qui pridie ꝙ pateretur &c. Ambrosius dicit ꝙ hec ꝺba. Quam oblationem ascriptam rationabilem &c. : sunt verba euangeliste vsq; ibi. Accipite & manduca

te ⁊ bibite ex hoc omnes. Alij vero dicunt q̄ alexander papa primus addidit canoni verba illa. Qui pridie. vsq; hoc est corpus meum.

¶ De sexta particula canonis. Rubrica.

Qui pridie quam pateretur ⁊c. Sexta pars. ⁊ hec verba dicitur alexāder papa primus addidisse vt premissuz est. Quod autē ab hoc loco agit̄ repñtat id quod christus in cena fecit. ⁊ est sensus hoz verbozū. Qui pridie q̄ pateretur. i. vna die anteq̄ ipse passus est p nobis voluit tradere discipulis suis corporis ⁊ sāguinis sui mysteriū vt illi traderēt nobis. Quintadecima nāq; die primi mensis qui tunc extitit feria sexta passus est christus ⁊ p̄cedente nocte videlicet decimaq̄rta luna primi mensis ad vesperam vt leges scripturarum impleret. post typicū pasca corporis ⁊ sanguinis sui sacramentum instituit: ⁊ ecclesie tradidit frequentandum. Sic enim fuerat prefiguratū in Exo. x. die mensis primi tollat vnusquisq; agnuz per familias ⁊ domos suas: ⁊ seruabit eum vsq; ad. quartāde cimam diem mensis huius immolabitq; eum vniuersa multitudo filiozum israel: ad vesperam ⁊ sument ō sanguine agni ac ponent super vtrunq; postem ⁊ insuper liminaribus domozum in quibus comedent illum ⁊ post pauca. Est enim phase. i. transitus domini. ¶ Illud autem notandum est q̄ sicut manna datuz fuit hebreis post transitum maris rubri iam submersis egyptijs sic eucharistia datur christiāis post ablutionem baptismi iam deletis peccatis vt per baptismum emundemur a malo per eucharistiam cōfirmemur in bono. Sicut enim manna populum illuz per vastitatem in vie solitudinis ad terraz promissionis perduxit. sic eucharistia populum istuz per incolatuz vite presentis ad patriam paradisi se perducit: sic dicta quia non aliud inuenitur vocabulum quo digne tantum sacramentum valeat appellari nisi q̄ grece melius dicitur eucharistia quod latine exponitur fm Isi. bona gr̄a vel secundum alios datur gratie: viati cum quoq; recte appellatur: quia reficiens in via deducit ad patriam. Sicut enim filijs israel a transitu maris rubri manna non defuit donec venirēt ad terram promissionis: ita ⁊ fidelibus renatis per baptismum rubricatum ⁊ sanctificatuz sanguine christi nō deficiet eucharistia: donec veniet finis huius seculi. Sed nec tunc nisi quo ad hoc quia vlterius nō sumetur sub specie sed videbimus deum facie ad faciem. Hostia vero secundū hebreos dicitur ab hostio: quoniam ad hostium tabernaculi offerebatur. Sed secūdum gentiles dicitur ab hoste: quia deuictis hostibus fiebat hostia. i. sacrificium ⁊ victima p̄o vicendis: ō quo dictum est sub ti. de oblatione. ¶ Dicitur quoq; hostia immolatio: quia ibi christus sacramentaliter īmolatur: qui semel in veritate p̄o peccatis ūmolatus est in cruce: quod tractuz est a mola: que fieri solebat de quodam genere frumenti: quod far seu ador dicit̄ quod ergo in manna precessit i eucharistia cōsummatur: nam quantālibet quisq; partem accipiat totam percipit eucharistiaz sicut euenit de manna quia nec qui plus collegerat habuit amplius: nec q̄ minus parauerat reperit minus. Hanc ergo prefigurabat pāis ille celestis: de quo sapiens protestatur. Panez de celo prestitit sine labore omne delectamentum in se habentem ⁊ omnis saporis suauitatem quod de se christus exponens. Ego inquit sum panis viuus qui de celo descendi: siquis māducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Et panis quez ego dabo caro mea est p̄ mundi vita. ¶ Et est notandum q̄ in ecclesia cōmunicatur corpus christi sumendo pacem dando panez benedictum ⁊ benedictionem suscipiendo: vt dicetur sub titulo de pacis osculo. Qui autem vult cōmunicare debet timorem fidem ⁊ dilectionez habere: de cō se. di. ij. timorem. ¶ Sequitur. Accepit panem ⁊c. Hunc sacrificij ritum melchisedech legitur celebrasse primus offerens panem ⁊ vinum. Erat enim sacerdos dei altissimi. Unde dauid inquit ad christū. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech ⁊c. Sacrificium igitur euangelicum precessit legale non solum dignitate sed etiam tempore: sicut a postolus plenius ostendit in epistola ad hebreos. Ideo vero panem ⁊ vinum in sacrificiuz corporis ⁊ sāguinis sui christus instituit: vt in sumptione corporis ⁊ sanguinis christi doceatur esse perfecta refectio: q̄ sicut p̄e ceteris cibis ⁊ potibus corporalibus: panis cor hominis confirmat: ⁊ vinuz cor hominis letificat ita ⁊ corpus ⁊ sanguis christi p̄e ceteris cibis ⁊ potibus spiritualibus interiorem hominem reficiūt ⁊ satiant. vnde populuz tuum inebrians quam preclarū est. In his enim duobus plena consistit ⁊ perfecta refectio: sicut ipe testatur. Caro mea vere est cibus ⁊ sāguis meus vere est potus. De hoc etiam dicetur in septima particula super verbo. Hic est calix Ceterum panis debet esse de frumento vinumq; de vite: quia christus semetipsum comparuit frumento cum ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuorū fuerit ipsum solum manet. Et viti cum dixit. Ego sum vitis vera. Ipse etiam fuit racemus torcular crucis pressus. Unde Isa. lxiij. Vestimēta tua sicut calcantiz in torculari. Porro nec racemus vue nec granum frumenti debet offerri nisi vel expressuz in vinū vel redactum in panem: de conse. di. ij. cū omne. quia christus ⁊ panem se dicit ⁊ frumēto se comparat. In canone tamen apostolozum in burcardo libro quinto c. siquis ita cāitur. Siquis episcopus vel presbyter p̄ter ordinationem domini alia quedaz in sacrificio offerat super altare. i. mel aut lac aut p̄o vino si ceram aut confecta quedam aut volatilia aut animalia aliq̄ aut legitimā constitutionez faciens deponat̄: de hoc dictum est sub ti. de oblatione sacerdotis. Non debet etiam in pane ipso poni sal: quāuis quidam heretici contra faciant propter illud scriptum est. Quicqd obtuleris sacrificij sali condies: ⁊ illud: nō auferes sal federis domini dei tui ō sacrificio tuo: ⁊ illud. In omni oblatione tua offeres sal. Et in euangelio. Omnis victima salietur: que de sale discretionis non materiali intelliguntur. Panis autem hic formatur in modū

denarij tum quia panis vite pro denarijs traditus ē: tum quia idem denarius in vinea laborantibus in p̄mium datus est: ⁊ in forma rotunda: vt dictum est sub ti. de oblatione. In hoc etiam pane sepe scribitur nomē ⁊ imago imperatoris nostri. i. q. i. quod quidaz in fine: quia per euz in imaginem dei reformamur: ⁊ nomina nostra in libro vite scribuntur. Nōnulli etiā ibi agnum figurant: tuz quia is qui immolatur verus est agnus: tuz etiam propter illud quod legitur Exo. xxix. Hec quidem facies in altari offeres agnos iugiter ⁊ vinum ad libandum in agno. Panis quoq; non fermentatus sed azimus in sacrificium debet offerri tum ratione facti: tum ratione mysterij. Scriptuz nā qz est in Exo. prima ⁊ decimaquarta die primi mēsis ad vesperam comedetis azima vsqz ad diem. xxi. eiusdem mensis ad vesperam. Item septez diebus fermētum non inuenietur in domibus vestris. Item qui comederit fermentatum peribit anima eius de cetu israel. Item omne fermentatuz non comedetis. Itē in cunctis habitaculis vestris comedetis azima.

¶ Cuz ergo Christus die quartadecima primi mēsis ad vesperam cenauerit cum discipulis: ⁊ agnū pascalem comederit: ⁊ vtiqz ritu legali cum azimis panibus ⁊ lactucis agrestibus constat q̄ ea hora fermentatuz non inueniebatur in domibus hebreoruz: ⁊ ita panem azimum in corpus suum absq; dubio cōsecrauit. Cum enim fermentum corruptionem significet. Unde secundum apostolum. Modicum fermentuz totam massam corrumpit: vt nihil corruptum vel corrumpens sed totum sincerum atqz sincerans in hoc esse sacramento monstretur. Non fermentatum sed azimum consecramus. Juxta illud apostoli. Pascha nostrum immolatus est christus: itaqz epulemur nō in fermēto veteri sed in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Greci tamen in suo persistentes errore de fermentato canficiunt: latinos azimitas vocantes cum ipsi verius fermentarij valeant nuncupari. Dicunt enim parasceue lunam. xiiij. extitisse in qua verus agnus est immolatus: vt legis impleretur figura que. xiiij. luna primi mensis pascalem agnū iusserat immolari. Dominus igitur eo die se passurum esse prenoscens in precedenti vespera necessitate ductus anticipauit comedere pascha: ⁊ quia tūc licite poterat comedere fermētatum: ideo ⁊ ipsi corpus domini de fermentato conficiunt. Dicunt etiam q̄ cuz beata virgo Maria pregnans fuerit de spiritu sancto recte per fermentatū significatur domini in carnatio propter virginei vteri tumorem. Sed responderi potest q̄ nō offerimus in sacrificium virginis vterum: nec ille est ad trāssubstantiandū necessarius sed fides ⁊ dei verbū ¶ Sz nunquid conficit qui fermentatum vel azimuz simul ⁊ fermentatuz hodie apud nos sacrificat. ⁊ vester q̄ nō cum christus azimuz consecrauerit quando sacramentum instituit vt dictum est. Preterea vt iam dicetur ecclesia a beatis petro ⁊ paulo hūc sacrificij ritū accepit. ¶ Quidam tamen contradicunt presertim si negligentia vel ignorantia hoc facit: extra de cele. misſ. c. fi. Haz ⁊ legitur in leuitico. Offeretis panes fermentatos cum hostia gratiarum que offeret̄ pro pacificis. Item in penthateuco legitur. Offeretis panes primitiarum de duabus decimis fermētate simile: ⁊ multis cum fermentato sacrificantibus ecclesia cōmunicat. ¶ Sequitur. Eleuatis oculis in celum ⁊c. Per hoc q̄ christus oculos i celū leuauit insinuat nobis se habere a patre quod habet quodqz in principio nostroz operū debemus dirigere mētis oculos ad dominū tanq̄ ad actorez omnium operum bonoruz. Item per hoc q̄ oculos ad celum leuauit: ⁊ patri gratias egit: docuit nos q̄ semper patri supplicaf debemus vt hoc taz magnum sacramentum per manus nostras perficere dignet̄. ¶ Hic autē tria cōmemorantur que nullus euangelistarū discribit: vz: Eleuatis oculis in celum ⁊c. vsqz discipulis suis. Itē eterni testamenti. Item mysterium fidei: quis ergo tante audacie existit vt hoc de corde suo tentauerit interponere: extra de cele. misſ. cum marthe. ¶ Sane formā istam verborum ab ipso xp̄o acceperet apostoli: ⁊ ab ipsis ecclesia. Multa quidez tam de vbis q̄ de factis dominicis ꝓpter brenitatem pretermisserunt euāgeliste que tamen apostoli suppleuerūt: vt est q̄ apostolus ait in epistola ad Corin. Visus est plusq̄ quingētis fratribus simul: deinde visus est ⁊ Jacobo. deide apostolis omnibus. nouissime autem tanq̄ aborti uo visus est ⁊ mihi. Nam ⁊ inter ipsos euangelistas quedam omittuntur ab vno que supplentur ab illo: vnde cum tres euangeliste cōmemorent: hoc est corpus meum. solus Lucas adiecit: quod pro nobis tradetur. Et cuz matthеus ⁊ Marcus dicant pro multis. Lucas dicit pro vobis. sed Matthеus addidit in remissionem peccatorū. ¶ Sequitur. Gratias agens ⁊c. Hic colligit̄ vnde sacrificium laudis dicatur. Dicitur enim sic: quia xp̄s gratias agēs ⁊c. illud instituit. Gratias aūt agebat nō p̄ se: sed nobis. i. p̄ repatione omniū sit futura: de hoc dictū est in scōa particula super verbo: pro quib⁹ benedixit ⁊c. Benedixisti enim bene dictiōe celesti ⁊ vtute vbi: qua quertitur panis in substantiā corporis xp̄i. s. hoc est corpus meū. Et in prolatiōe huius vbi fit crux sup panem: que significat q̄ xp̄s passus est ēt in natura. tot⁹ enim passus est: ⁊ fm aiam ⁊ fm corpus: vt dicet̄ in. xi. particula sup verbo ⁊ p̄stas: vt totū hoiem redimeret. Quia enim xp̄s accepit panez ⁊ calicē in sanctas ac venerabiles man⁹ suas vtrunqz benedixit: iō sacerdos xp̄i exemplo panē ⁊ calicē in manus accipiēs vtrūqz per se crucis signaculo benedixit que due cruces inuunt tempus cene ⁊ tempus gratie: in qua duo parietes in angulari lapide ꝓiunguntur: vel q̄ gigas gemine substātie crucifigitur. Cuz aūt ad prolatiōez verborū illorū. Hoc est corpus meum Hic est sanguis meus: sacerdos cōficiat. de cōse. di. ij. panis est: credibile indicatur q̄ ⁊ xp̄s eadem verba dicendo conficit. Verum cum dom⁹ prius fregerit q̄ ꝓsecrauerit: videt̄ q̄ ecclesia q̄ prius consecrat q̄ frangat aliter agat q̄ xp̄s egerit: ⁊ sic peccat quoniaz eius actio nostra debet esse instructio. xij. q. i. exemplum. Super hoc dixerunt quidam q̄ christus post benedictionem ⁊ conuersionem fregit. nam tunc conficit cum benedixit litteram hoc ordine construentes. Accepit panez ⁊ benedixit sub au

diendum est dicens. Hoc est corpus meum. & tūc fregit & dedit & ait. Accipite & comedite: & iterauit: hoc est corpus meuz. Prius ergo ꝓtulit hec verba vt eis vim ꝟficiendi tribueret: deinde protulit eadē vt apostolos formaz conficiendi doceret. Alij dixerūt ꝙ ēt xp̄s prius fregit q̄ consecrauerit. nam prius bñdixit & postea fregit: & demuz ꝓtulit verba illa: hoc est corpus meuz &c: & tunc dedit. & ꝑm hoc & sacramentū cōfecit & formaz instituit post bñdictionez cū dixit: hoc est corpus meum. intelligētes illam benedictionē fuisse vel aliquod signum quod super panez impressit vl' aliquod qđ super panem expressit quibus illud videtur obsistere quod prius fregit q̄ dixit. Hoc est corp⁹ meum. nec est etiā credibile ꝙ prius dederit q̄ consecerit. ¶ Sane dici pōt ꝙ christus virtute diuina nobis occulta. primo confecit & postea formaz expressit sub qua posteri benedicunt. Ipse nāqz virtute ꝓpria benedixit. nos vero ex illa virtute quam indidit verbis. Cum ergo sacerdos illa christi verba pronūciat: hoc est corpus meum: & hic est sanguis meus. panis & vinum in carnem & sanguinē conuertuntur: illa verbi virtute qua verbum caro factum est & habitauit in nobis: qua dixit & facta sunt: mandauit & creata sunt qua feminam mutauit in statuam: & virgam ꝟuertit i colubrē: qua fontes mutauit in sanguinem: & aquam ꝟuertit in vinum. Nam si verbum Helie potuit ignē de celo deponere nōne verbum christi poterit panez in carnez mutare certe maius est de nihilo creare qđ non est q̄ qđ est in aliud transmutare. de conse. di. ij. reuera. & c. panis. & icomperabiliter maius est ꝙ deꝰ ita factus est homo ꝙ nō desijt esse deus q̄ ꝙ panis ita fit caro ꝙ desinit esse panis. Illud per icarnationem semel factum est: istud per ꝟsecrationem iugiter fit. ¶ Ad prolatiōez ergo verborūz panis diuinitus transsubstantiat in carnē: diuina enim & materialis huius sacrificij substantia est verbū: qđ accedens ad elementuz perficit sacramentū: sicut verbū carni vnituz efficit hominez christuz. ¶ Notandū est aūt ꝙ in corpore christi vndecim miracula considerant: de qbus expressa reddi ratio nō pōt: licet similitudiarie rationes ad hoc deseruiant. ¶ Primuz est tu quia panis & vinum transsubstātiatur in corpus & sanguinem de quo iam rationes posite sunt. Alia etiā ratio huic ꝺseruit: quia & cibus & potus corporalis fit caro & sanguis mediante natura. multo ergo fortius ipsa natura. s. deus imediate facere potest ꝙ panis cōuertatur in corpus suum & vinum & sanguinem. ¶ Secundū est ꝙ quotidie panis transsubstantiat in corpus & nullum fit augmentum in deo: ratio huic deseruit: quia & si scio aliquod secretū quod pluribus manifesto. licet illud oēs illi me reuelante sciant: tñ in me solo siue in mente mea nulluz ꝓpter hoc fit augmentū. ¶ Tertiū quia quotidie sumitur & comedit: nec aliqua fit eius diminutio: ratio quia & si de lumine meo lumina mille sumant: nil deperit in meo: naz & vidua sareptena comedebat & nunq̄ diminuebatur farina de hydria: nec oleum de lechito. ¶ Quartum est qz indiuisibile diuiditur: & in qualibet parte eucharistie totus & integre remāet ratio in speculo in quo aligd repꝛesentat: & si diuidatur ꝙ partes in qualibet parte idez repꝛesentatur: vt dicetur in sequenti particula super verbo. Simili modo. ¶ Quintum quia a crimi nosis sumptum non coinquinatur: ratio quia nec sol transiens super loca fetida coinquinat. xix. distinctione. secundum. ¶ Sextuz quia corpus christi quod est cibus vite peccatoribus est mortale: vt dictum est in proemio huius partis. Ratio quia & infirmis & debilibus corpore bona cibaria vt capones: & bōa vina sunt nociua. ¶ Septimum quia sumptuz a sacerdote & quolibet alio ore clauso in celum rapitur: de con. di. ij. quia corpus in prin. vt iam dicetur super verbo. Accipite ratio quia ō corpore v̄ginis incorrupte christus exiuit: qui etiam de monumento clauso surrexit cum sit res simplicissima & ostio clauso in locum vbi erant discipuli intrauit. ¶ Octauum cum sit corpus immensuz & in tam parua hostia stat: ratio quia & pupilla oculi que minima est magnum montem apprehendit. ¶ Nonum quia idem corpus totum simul i diuersis locis consistit: & a diuersis percipitur: & videtur ratio: quia & verbum hominis semel prolatuz iuxta vocis naturam totum simul est in auribus diuersorum. Preterea qui fecit corpus & locuz vtrunq; facit in altero esse vt vult. Rursus luna & sol & lumen in diuersis locis a diuersis videntur. ¶ Decimum quia pane transsubstantiato remanent accidentia panis: scilicet potus color & sapor: ratio per similitudinē deficit hic: vt dicetur super verbo. Fregit. ¶ Undecimum quia sub specie panis est: & sumitur corpus & sanguis Christi: immo totus Christus. Similiter sub specie vini est & sumitur vtrunq; & tamen modo ē ibi duplex sumptio corporis & sanguinis Christi: ratio quia licet in vno prandio comedam ante potum & post: non tamen dicor bis prandere: & de hoc dicetur sub. vij. particula super verbo: simili modo. Verumtamen sicut ait leo papa. de conse. di. ij. in quibus.

Quid queris nature ordinem in Christi corpore cuz preter naturā sit ipse natus Christus virgine. ¶ Et nota ꝙ quedam matrona singulis diebus dominicis offerebat panes beato Gregorio qui cum post missarum solennia corpus domini illi offeret & diceret corpus domini nostri Jesu christi custodiat te in vi. eter. illa lasciua subrisit: ipse vero mox dextrā ab eius ore conuertens partem illam dominici corporis super altare deposuit. deinde coram populo matronam interrogauit ob quam causam ridere presumpserit. At illa inquit: quia panem quam propꝛijs manibus feceram tu corpus domini appellabas. Tunc Gregorius pro mulieris incredulitate seu in orationem prostrauit: & surgens particulam illaz panis ad instar digiti carnem factam reperit: & sic matronam ad fidem conuertit. Orauit iterum & carnem illam in panem conuersam vidit & matrone sumendam tradidit.

¶ Legitur quoq; ꝙ cuz hugo de scō victore doctor excellētissimꝰ vltima infirmitate laborꝛaret corpꝰ dñi istanter petijt sibi dari cūq; nulluz cibuz retinere posset frēs eius turbatiōem timētes simplices sibi hostiā attulerunt quod ille per spiritum agnoscens ait: Si fereatur vestri deus fratres cur me deludere vultis.

Iste enim quem portastis dominus meus non est
At illi attoniti mox corpus domini attulerunt: sed ip
se se videns non posse recipere eleuatis in celum ma
nibus sic orauit. Ascendat filius ad patrem ⁊ spiritus
ad eum qui fecit illum: eccle. vlt. Et inter hec verba
spiritum emisit ⁊ corpus domini inde disparuit. Qui
qz autem ex causis sacramentum corporis ⁊ sangui
nis sui christus sub alia specie sumendum instituit.
Prima est ad augendum meritum: quoniam aliud
ibi cernitur: ⁊ aliud esse creditur: vt fides habeat me
ritum cui humana ratio non prebet experimentum:
de pe. di. iiij. in domo. Secunda est ad fouendum se
nsuz ne abhorreat animus quod cerneret oculus: quia
non consueuimus carnem crudam comedere vel san
guinem humanum bibere: de con. di. ij. panis est: Fo
uetur enim sensus in vno dum videlicet solida perci
pit ⁊ edificatur fides in altero dum in eo quod videt
quale sit illud quod non videt agnoscit. Tertia est ad
vitandum ridiculum ne insultaret paganus cum il
lud ageret christianus vt ita veritas assit ⁊ ridiculuz
desit. Quarta quia non possit mortalis homo intue
ri claritatem que est in corpore xpi quod experti sunt
discipuli in transfiguratone. preterea panis confirmat
⁊ vinum letificat cor hominis. Quinta non sumitur
sub specie agni ne iudaizare videamur ⁊ de more le
gali agnuz offerentes. Sequitur fregit. queri solet qd
xpus in mensa fregit ⁊ quid sacerdos nunc in altari
frangit: ⁊ fuerunt qui dixerunt qz sicut post consecra
tionem vera panis remanent accidentia: sic ⁊ vera pa
nis substantia: quia sicut subiectum non potest subsi
stere sine accidentibus sic accidentia non possunt sub
sistere sine subiecto quoniam accidentis esse non est
aliud quam inesse sed panis ⁊ vini substantijs per
manentibus ad prolationem illorum verborum cor
pus ⁊ sanguis christi veraciter incipiunt esse sub illis
ita qz sub eisdem accidentibus vtrunqz vere suscipi
tur. s. panis ⁊ caro vinum ⁊ sanguis quorum alteruz
probat sensus: reliquum credit fides. Hi dicunt qz
substantia panis frangitur ac atteritur inducetes ad
hoc illud apostoli: panis quem frangimus. Et lucas
vna sabbati cum venissemus ad frangendum panes
te. Et sm eos dum sacramentum a mure comeditur
etiam ipsa panis substantia comeditur sub qua cor
pus xpi mox esse desinit cum comedi incipit: de con.
di. ij. qui bene super verbo hoc est corpus. Inno. iij.
dixit in speculo ecclesie qz forma panis frangitur ⁊ at
teritur: sed corpus xpi sumitur ⁊ comeditur ea que
notant corruptionem referens ad formam panis: ea
vero que notant acceptionem ad corpus xpi. Beren
garius quippe quia suspectus habebatur de heresi
coram nicolao papa confessus est panem ⁊ vinum q̄
in altari ponuntur post consecrationem non solum sa
cramentum: sed etiam in veritate verum corpus ⁊ sā
guinem christi esse: ⁊ sensualiter non solum sacramen
tum: sed etiam in veritate manibus sacerdotum tra
ctari frangi: ⁊ fidelium dentibus atteri: non autez cor
pus christi vel in partes diuiditur: vel dentibus lace
ratur cum sit immortale ⁊ impassibile. Sed in qua re
fiat fractio vel attritio: beatus aug. de con. dis. ij. qui
manducāt ostendit dicens. Quādo christus mandu
catur reficit nō deficit: nec qñ manducamus ptē de il
lo facimus Et quidez in sacramento sic fit: naz ⁊ chri
stus carnalem sensum discipulorum redarguit qui pu
tabāt carnem eius sicut aliam carnem diuidendam i
partes ⁊ morsibus lacerandam. Dicitur autez forma
panis non qz sit sed qz fuit: sicut dicebatur symon le
prosus non qz talis existeret: sed quia talis exister at.
Si vero queratur quid a mure comeditur dum sacra
mentū corrodit: vel quid incinerat dū sacramentuz
crematur. Rñdet ipe inno. qz sicut miraculose substā
tia panis conuertitur in corpus dñi cum incipit esse
sub sacramento sic quodāmodo miraculose reuertit
cum ipm ibi desinit ee. non qz illa panis substantia re
uertat que transiuit in carnē: sed eius loco aliud mira
culose creat q̄uis huiusmodi accidentaliter sine sub
iecto possint sic esse sic edi. Bedit. Queri solet quale
corpus xpi in cena dedit mortale aut imortale: passi
bile aut impassibile: ac cetera que ad hāc pertinēt que
stionē. Et licet simplicitate fidei sufficiat dicere qz ta
le dedit quale voluit. Et rursus quale dederit ipe no
uit. Fuerunt tamē q dicerēt qz sicut veraciter ipse idē
erat qui dabat ⁊ q dabat: ita in eo qz dabat erat passi
bilis ⁊ mortalis: ⁊ i eo qō dabat erat imortalis ⁊ ipas
sibilis sicut visibiliter gestabat ⁊ inuisibiliter gestabat
inuisibiliter iniquā quantū ad formā corporis non q̄
tum ad spēm sacramēti. Nam in eo qz gestabat quod
erat hoc apparebat. in eo vero qō gestabat: qō erat
ipse non videbatur: quia forma panis ⁊ vini velabat
formam carnis ⁊ sanguinis. Hic est ille verus dauid
qui coram achis rege geth suis manibus fere batur.
Quoniam igitur immortalis dabatur: incorruptibili
ter edebatur. Hi profecto cōcedunt qz si pars aliqua
sacramenti per triduum mortis christi reseruata fuis
set: idem corpus simul ⁊ iacebat mortuum in sepul
chro ⁊ manebat viuum sub sacramento: in ara cru
cis patiebatur ⁊ sub forma panis non ledebatur. Sz
quoniam incredibile iudicatur: vt sm eandem natu
ram simul esset mortalis ⁊ immortalis quod tamen
congruebat ei sm eandem personam. Fuerunt alij q
dixerunt qz christus mortalis vtiqz fuit non necessita
te sed voluntate: in eo quippe qz īmunis erat ab omni
culpa: liber erat ab omni pena: vt nil morti deberet:
pro eo qz nil peccati haberet. Sustinuit tamen sponte
mortalitatē quia morte sustinere volebat: qm si mor
talitatē non suscepisset oino mori nō potuisset: vt er
go ꝓbaret qz mortalis erat nō necessitate sed volūta
te: qñ voluit mortalitatē deposuit: ⁊ qñ voluit mortali
tatem recepit. Legitur in euangelio qz cū iudei duxis
sent ibesum vsqz ad supercilium montis ⁊ eū precipita
re vellent: ille transiens per mediū illoz ibat. Cū er
go esset ducendus teneri se sicut passibilē tollerabat:
sed cū esset p̄cipitandus: sic impassibilis p mediū illo
rū transibat. Potest tñ salua fide cōcedi: qō tunc tale
dedit quale tunc habuit mortale vz ⁊ passibile: ⁊ non
qz posset pati sub sacramēto. s. nūc: sz qz sub sacramē
to poterat pati. s. tūc. Nūc autē sumitur a nobis imor
tale ⁊ ipassibile: nec tñ maiorem nunc habet efficatiā
sicut nec maiorē potētiā: Qō ergo passibilis edebatur

ꝛ tamen nō ledebatur: non erat humane nature ſz diuine potētie qua valebat qcqd oīno volebat. ¶ Diſcipulis ſuis. Dubitari ſolet vtrū iudas cum alijs accepit euchariſtiā. Lucas. n. oſtendit iudam inter fuiſſe cum alijs: qui ſtatim poſt calicis traditionem tradi torē cōmemorat dicens. Hic eſt calix noui teſtamenti in ſanguine meo qui ꝓ vobis effundetur. Verunta men etiā ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa. quotquot aūt interfuerunt euchariſtiaz acceperūt marco teſtante qui ait. Et biberunt ex eo oēs. Juxta q̄ xp̄s ipſe p̄ceperat teſte matheo. Bibite ex hoc oēs Ecōtra iudas nō iterfuiſſe probaī. Naz ſm matheū ſtatim dixit ieſus bibentib⁹ calicem: nō bibam amplius de hoc genimine vitis vſq; in diez illam cum illud bibam vobiſcū nouuz in regno patris mei. Judas ergo nō adderat: q̄z cum eo nō erat bibiturus in regno Jn hoc caſu forte tenendum eſt illud quod io. inſinuat q̄z cum iudas acceppiſſet buccellā exiuit cōtinuo. erat n. nox xp̄s aūt poſt alios cibos tradidit euchariſtiaz. Luca teſtante qui ait. Similiter ⁊ calicē poſt q̄ cenauit. Patet ergo q̄ iudas prius exiuit q̄ chriſtus traderet euchariſtiā: qō ergo lucas poſt calicem cōmemorat traditorē per recapilationē intelligi dictum pōt q̄z ſepe in ſacra ſcriptura qō prius factum fuerat poſterius enarratur: ſicut matheus biduo ante paſca cōmemorat alabaſtruz vngenti: quod ſm io. ante ſex dies paſce mulier in domo ſymonis leproſi effudit. Sz conceſſo q̄ iudas acceperit euchariſtiam: quo plerīq; concedunt: quare medicus ſalutaris medicinam dedit egroto quam ei mortiferaz eſſe ſciebat: quoniā qui manducat indigne iudicium ſibi manducat ⁊c̄.

Reſpondeo forte vt ſuo doceret exemplo q̄ ſacerdos non debet illi cōmunionem negare cuius crimen ⁊ ſi ſit ſibi notum: nō tamen eſt eccleſie manifeſtuz: ne forte non ſit corrector ſed proditor. Unde legitur in canone de con. di. ij. nō prohibeat. Non prohibeat diſpenſator. i. ſacerdos pingues terre. i. peccatores: mēſam dn̄i. i. corpus ⁊ ſanguinem chriſti manducare: ſz moneat exactorem timere. Sed cum minus maluz ſit reddi ſuſpectum de crimine quam cōmittere crimen: ⁊ de duobus malis cum alterum vrget minus tamen ſit eligendum. xiij. di. duo. ⁊. c. nerui: videtur q̄ diſcretus ſacerdos negare debet euchariſtiam crimioſo: quatenus minus malum incurrat vt maius euitet. i. vt reddatur ſuſpectus ne manducet indigne. Sane cum nemo debeat vnum mortale cōmittere ne proximus aliud mortale cōmittat eligendum eſt potius ſacerdoti non prodere peccator eſt quam vt ille nō peccet: ſed ille potius debet eligere vt abſtinendo reddatur ſuſpectus quā q̄ cōmunicando manducet indigne. xiiij. di. c. i. ¶ Sed queritur an xp̄s ad bonuz an ad malum euchariſtiam iude tradiderit. Et quidē nō videtur ad bonū dediſſe ne ſua ſit intentio fraudatus: qui teſte prophęta fecit vniuerſa que voluit. iudas. n. non ad bonum ſed ad malum accepit: ſed nec ad malum dediſſe. ¶ Videī: quia xp̄s non eſt actor malorū ſed vltor. Reſpondeī q̄ ſi hec p̄poſitio ad cū dicī dedit ad malum intentionē denotet vel affectum falſa eſt propoſitio. Si aūt conſecutionē innuat vel affectum vera eſt. Sane quis chriſtus buccellam intinctam iude porrexit: conſtitutum eſt ab eccleſia ne euchariſtia detur intincta. de con. di. ij. cum omne. Nec debet intelligi q̄ ſub buccella panis intincta chriſtus euchariſtiam dederat traditori: ſed per buccellam intinctam atq; porrectam ſuum deniq; traditorem expreſſit. ¶ Sequiī. Accipite, ⁊ manducate. Quis vn q̄ crederet q̄ panis in carnem ⁊ vinum in ſanguinez conuerti potuiſſet: niſi ipſe ſaluator hoc diceret. Qui panem ⁊ vinū ⁊ oīa ex inuiſibilibus creauit: voluit ergo per nos panem ⁊ vinū ſibi offerri: ⁊ ab ip̄o diuinitus conſecrari: vt fidelis populus credat verum eſſe myſteriū quod ipe tradidit diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ manducate: ſimiliter ⁊ de calice dixit. ¶ Sane non eſt intelligendum q̄ ſumptum corpus de manu dn̄i ſibi diſcipuli miniſtrarent: ſed qui conſecrauit idem ⁊ miniſtrauit ac ſi diceret. Comedite: hanc vtrā q̄z huius ſacramenti cōmeſtionem inſinuans: Dupliciter enim corpus chriſti comeditur: quia duplicit intelligitur. ſ. veruz qō de virgine traxit ⁊ in cruce pependit: ⁊ miſticum quod eſt eccleſia xp̄i ſpiritu vegetata. De vero corpore dominus ait: hoc eſt corp⁹ meum qō pro vobis tradetur. De myſtico dicit apoſtol⁹ Unus panis ⁊ vnum corpus multi ſumus. Verum corpus chriſti comeditur ſacramentaliter. i. ſub ſpecie. Miſticuz autem comeditur ſpiritualiter. i. ſub ſpecie panis in fide cordis: De cōmeſtione ſacramentali dicit dominus. Accipite ⁊ comedite: hoc eſt corpus meum quod ꝓ vobis tradetur: hoc facite in meaz cōmemorationē. Hoc modo tam boni q̄ mali xp̄i corp⁹ manducant: ſed boni ad ſalutem: mali vero ad iudicium. Niſi enim ⁊ mali chriſti corpus comederent non dixiſſet apoſtolus ad corinthi. xi. Qui manducat indigne iudicium ſibi manducat non diiudicans corp⁹ domini. Ille autem indigne ſumit qui ſacramentaliter ⁊ non ſpiritualiter ſumit. Nam ⁊ iudas cum alijs traditur euchariſtiam accepiſſe: vt iam dictum eſt. ¶ De ſpirituali cōmeſtione dominus ait. Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis: hoc modo corpus xp̄i cōmedunt ſoli boni. vnde qui mādūcat meā carnem ⁊ bibit meum ſanguinē in me manet ⁊ ego i eo. Mā qui manet i charitate in deo manet: ⁊ deus in eo: vt qō paras dentē ⁊ ventrē crede ⁊ manducaſti: dō cō. di. ij. vt quid q̄ credit in xp̄m comedit ip̄m: quoniā incorporatur xp̄o per fidē. i. membrū eius efficiī: vel vnitate corporis eius firmius ſolidaī. Alibi enī quod manducatur incorporaī: ⁊ qui manducat incorporat hoc autem q̄ manducaī incorporat: ⁊ q̄ manducat i corporatur. Utrūq; modū edendi xp̄s inſinuat vbi dicit. Spiritus eſt q̄ viuificat: caro nō ꝓdeſt quicq̄: q̄z caro xp̄i niſi ſpiritualiter comedaī nō ad ſalutem ſed ad iudicium manducaī. ¶ Sed quid fit de corpore chriſti poſt q̄ ſumptum fuit ⁊ cōmeſtum. Reſponderi poteſt q̄ ſi preſētia queritur corporalis in celo querat tur vbi xp̄s eſt in dextera dei ſedens: de con. diſ. ij. tribus. Ad tempus tamen preſentiaz adhibuit corporalem vt ad ſpiritualem preſentiā inuitaret. Unde cum ſacramentuz teneī guſtatur: ⁊ comediī xp̄s corporali

ter adest in visu ⁊ in sapore: ⁊ quādiu corporalis sensus afficitur corporalis presentia non auferē. Postq̄ vero in percipiendo sensus deficit corporalis deinceps non est querenda presentia corporalis sed spiritualis est retinenda: quia dispensatione completa xp̄s de ore transit ad cor. Melius est enim vt procedat in mētem q̄ descendat in ventrem. cibus est nō carnis sed anime venit vt comedatur nō vt consumatur: vt gustetur non vt incorporetur: ore comeditur sed stomacho non digeritur: reficit animum sed non effluet in secessum. Illud vero quod dominus ait. Omne qđ in os intrat in ventrem vadit: ⁊ in secessum emittitur non de spirituali sed de carnali cibo dictum est q̄ si forte secessus aut vomitus post solaz eucharistie perceptionem euenerit ex accidentibus humoribus generatur cum interdum humores absq̄ cuiuslibet cibi materia: vel effluant in secessuz vel emittantur ad vomitum: ita q̄ quantum ad nos seruat per omnia corruptibilis cibi similitudinem: sed quantum ad se non emittitur in violabilis corporis veritatem. species quandoq̄ corroditur ⁊ maculatur: sed veritas nunq̄ corrumpitur aut inquinatur sed quando tale quid videris noli timere sibi: sed esto solicitus tibi ne tu forte ledaris si male crediderīs. ¶ Sequitur hoc ē corpus meum. Cum ad prolationem istorum verborum hoc est corpus meum panis mutetur in corpus: ⁊ ad prolationem illorum verborum. Hic est sanguis meus vinum mutetur in sanguinem: de con. di. ij. panis est: ⁊ prius proferantur ista verba quam illa: videtur q̄ panis prius mutetur in corpus q̄ vinum in sanguinē Et ita videē per consequēs q̄ corpus sine sanguine ē: vl sanguis est sine corpore. Propterea dicit a gbusdā q̄ cum totum est dictū totū est factum volentes vl nō volentes ipsius conuersionis determinare momentū Alij vero dicūt q̄ licet ad plationez precedentiū verborum panis antea mutetur in corpus ⁊ ad prolationē sequentiū vinuz postea mutet in sanguinē: nunq̄ tamen corpus est sine sanguine. vel sanguis sine corpore: de cō. di. ij. cōperimus. sicut neutrum est sine aia sed sub forma panis sanguis existit in corpore p mutationē panis in corpus. ⁊ ecōuerso nō q̄ panis. i. corpus in sanguinē: vel vinū mutetur in corpus: sed neutrum potest existere sine reliquo: de hoc iam dicetur. ¶ Sed querit quid demonstrauit xp̄s qñ dixit hoc est corpus meū: per hoc p nomē hoc nō enī videē q̄ panē: quia panis nō erat corpus xp̄i nec etiā corpus: q̄ nondū illa vba ptulerat ad quorū plationē panē mutauit in corpus. Super hoc dicūt quidaz q̄ p hoc pnomē nihil demonstrat: sed illus materialiter ponitur. Sed fm hoc quomodo p dictionē nihil significantē fit transsubstantiatio. Preterea dūs vtebatur illa voce significatiue: ⁊ nos vtimur materialiter: ergo nō facimus quod ipe fecit. Alij dicunt q̄ ea vis data est ipsis verbis qđ ad ipsorū plationē fit transsubstātiatio. Item ideo sacerdos ea nō pfert significatiue: q̄ non posset sic ea proferre. Mentiret. n. si diceret hoc est corpus meum. Verū a premisse qōnis laqueo facile se absolvit qui dicit q̄ christus tunc confecit quādo benedixit: de quo dictum est super verbo benedixit.

Mā si opponat de sacerdote qui tunc consecrat cum illa verba pronunciat. Rūdet q̄ sacerdos nil demonstrat cū illis verbis nō vtatur enunciatiue sed recitatiue quēadmoduz: ⁊ cum ait. Ego sum vitis vera: ego sum lux mundi ⁊ inumera talia. ¶ Rursus queritur quid demonstrauit cū dixit. Māducate ex hoc oēs: licet in nullo quattuor euangelistarum hoc legatur de corpore sz tantū de sanguine inuenit dictum. Bibite ex hoc oēs. Cū enim iam panem fregisset: si demonstrauit aliquid fragmentorum illud nō debebant omnes comedere: sed singulis debebat singula distribuere: de conse. di. ij. singuli: ⁊ c. se si demonstrat corpus non poterant ex illo: sed illud comedere quia corpus xp̄i non manducatur per partes sed integrū. ¶ Sane frequenter in sacra scriptura videtur agi de vno sed agitur de diuersis: vt est illud bene dixit fregit ⁊ dedit: benedixit panem: fregit formā: ⁊ dedit corpus Eodē modo cum dixit. Māducate ex hoc omnes p nomen ostendit integrū corpus: ⁊ p̄positio innuit formam diuisam: vt iste sit sensus. Comedite corpus integrū sub forma diuisa. Mā sola forma per ptes diuiditur: ⁊ totum corpus integrū manducat. Simili modo pōt intelligi q̄ subiunxit. Hoc est corpus meū. i. illud qđ prebeo sub hac forma. ¶ Queritur etiam si additio vel subtractio vel transpositio vel interpositio vel mutatio fiat in illa forma verborum quam xp̄s expressit vtrum effectum consecrationis impediat vt si dicat addendo hoc ē corpus meū qđ assumpsi de virgine vel subtrahēdo hoc est corpus: nō dicendo meū: aut transponēdo dicendo corpus meū hoc est: vel interponendo vt hoc est vtiq̄ corpus meum siue mutādo hoc est corpus ihesu. ¶ Sane grauiter peccat q̄ quodlibet horum quōlibet attentauerit: presertim si formam intendat mutare vel heresim introducere de cō. di. iiij. retulerunt: quia forma verborum quam christus expressit. per omnia dz illibata seruari q̄uis fm phm. Nomina ⁊ verba transposita idē significent: extra de rescrip. neq̄ vtile per inutile vicietur: ⁊ nō verbum ex verbo sed sensum ex sensu transferendum est extra de verbo. sig. preterea. Quid si inter plationē forme panis ⁊ vini interponatur speciem ⁊ quidem nihilominus fit transsubstantiatio: de hoc tamen dubium non est fm illos qui duas asserunt esse formas vt iam dicetur. de hoc nota de consecratione di. iiij. si non sanctificatur. ¶ Sed cum ad prolationem istorum verborū. Hoc est corpus meum: panis mutet in carnē. de cō. di. ij. panis: ⁊ ad prolationē illorum. Hic ē sanguis meus vinū mutet in sanguinem: videē q̄ panis sine vino vl vinū sine pane valeat cōsecrari. vt pmissum est: ⁊ ita si post prolationem istorum ⁊ ante prolationem illorum impedimentuz accidat sacerdoti quominus procedere valeat: videtur q̄ panis sit mutat? in carnem vino in sanguinem nō mutato. Nunquid ergo hoc casu alius sacerdos totum repetet a principio: ⁊ sic sup panē iterabitur cōsecratio: an vō ab eodē loco tantū icipiet in quo sacerdos ille dimisit: ⁊ sic diuidit ministeriū vnitatis extra de elec. qđ sicut. Sup hoc ita legitur in concilio tholetano. Censuimus conuenire vt cum a sacerdotibus missarū tempore sacra

mysteria cõsecrantur: si egritudinis accidit cuiuslibet interuentus: quo ceptum nequeat cõsecrationis exple re mysteriũ sic liberũ epõ vel presbytero alteri consecrationem exequi cepti officij vt precedentibus: supple qui deferunt libenter alij pro complemento succedent: de hoc etiam dicetur in. vij. particula sup verbo noui ⁊ eterni ad finẽ. ¶ Verum cum inter theologos de tpe cõsecratiõis sit diuersa sententia quibusdã dicentibus ꝙ cũ totũ ẽ dictũ totũ est factũ aliis asserentibus ꝙ panis ante mutatur in corpus ⁊ postea vinũ mutatur in sanguinẽ: vt dictũ est: ideo pleriq; tutius incedẽtes affirmãt ꝙ alius sacerdos repetere dz cõsecratiõnẽ atq; perficere: qm̃ nõ dicitur iteratũ ꝙ nescitur cẽ factũ: extra de sacra. non ite. c. i. tamẽ ne vlla fiat iteratio vel diuisio sacramenti ne aliquis scrupulus erroris vel dubitationis remaneat cõsultus iudicatur: vt illa talis oblata studiosissime ꝓ infirmis recondatur: ⁊ super alijs speciebus panis ⁊ vini totus canon repetatur: ⁊ premissa hostia consecrata in fine misse a ministro vl alio sumatur. ¶ Sed si vinũ inueniri nõ possit vl aliquo casu intercedẽte defuerit. Queritur vtrũ necessitate cogente vel casu intercedente sola panis materia possit in eucharistiã cõsecrari: sicut ⁊ sub sola panis specie dz eucharistia reseruari. Sunt sane qui dicunt ꝙ cũ verbũ ⁊ elementũ cõficiant sacramentũ: nec forma verboꝝ nec materia rerũ quas christus expressit mutari siue dimidiari põt q; sicut vinũ sine pane sic panis sine vino minimine consecratur. vñ siue aqua pro vino mittatur in calicẽ siue ordeũ ꝓ frumento formetur in panẽ: sicut neutrũ p se sic neutruz cum alio transsubstantiatur in carnẽ aut mutatur i sanguinem. Ita si panis sine vino vel vinũ sine pane mutari posset in carnẽ aut sanguinez. In his itaq; regionib9 in quibus alterutrũ inueniri nõ põt licite posset alterũ sine altero cõsecrari: minus. n. ignorãtia ꝙ necessitas vel negligentia quaz difficultas excusat. Alij vero dicunt ꝙ cum xp̃s prius cõuerterit panẽ in carnẽ ⁊ postea mutauerit vinũ in sanguinem sicut euangelice lectionis textus ostendit: ⁊ sine vino panez ⁊ sine pane vinũ consecrari cõtingit. Grauiter tamẽ offendit qui negligenter vl ignoranter alterutrã spẽm pretermittit Grauius qui scienter aut spõte maxime si forma intẽdit mutare vel beresim introducere. Quid ergo faciẽdum est sacerdoti si vinum post consecrationem cõperiat pretermissum. Rñdeo si hoc studiose cã introducendi beresim factum est nõ est sacramentum corporis. Si vero per obliuionem vel negligentiã nihilo minus facta est cõsecratio corporis: vt premissuz est: de con. di. iij. retulerunt. Tunc enim vt dicunt aliqui vinum apponere debet ⁊ super illud solum verba ad consecrandum sanguinem repetere. s. ab illo loco simili modo ẽ. vsq; in finem: omissis tamen crucib9 duabus que fiunt figillatim super panem. Alij dicunt ꝙ vino appositio in calice panem consecratum dz ĩmittere sic ꝙ absq; aliqua repetitione sumere sacrificium: sicut fit in die parasceue. Alius videtur ꝙ non debet vinum apponi ne scandalum generetur. Sed ꝙ primi dicunt verius est: nam vtilius scandaluz nasci permittitur quaz veritas requiratur: extra de re. iu. g scãdalizauerit. ¶ Si eniz hec veritas pretermittat̃. s. ꝙ vinum nõ apponat̃ nõ potest vere dici hoc sacramentum cõmixtio corporis ⁊ sanguinis nec corpus xp̃i sine sanguine sumi dz: de cõ. di. ij. cõperimus vel hostia seruet̃: ⁊ super alijs specieb9 canon repetat̃ vt premissũ est. Veruntñ si sacerdos aqua gustata ieiuniuz solueritilla die nõ iteret sacramentũ. Si autez ante vba transsubstantiatiõis. s. hic est calix ẽ. aduerterit vinũ forte ptermissũ vel etiã vtrũq;. s. vinũ ⁊ aquã: tũc illa apponat in calice ⁊ in cõsecratiõe ꝓcedat reincipiẽs ab illo loco. ¶ Hanc igit̃ oblationẽ ẽ. Si vero vinũ sine aqua apponat̃: nõ ideo minus est sacramentum: vt dicet̃ in sequẽti pticula sup vbo noui ⁊ eterni testamenti. Quod si aliqd de sanguie stillauerit: de hoc dicetur etiã sup vbo qui ꝓ multis. Verũ cũ interdũ vni pontifici multi sacerdotes cõcelebrãt ꝓut dicet̃ in sexta parte sub qnta feria cene dñi vbi agitur de oleo infirmorũ. Si forte nõ simul oẽs consecratoria vba pronuncient. Queritñ an ille solus conficiat qui primus illa pronunciat: ⁊ an ceteri iterant sacramentũ. Si enĩ hoc concedatur poterit contingere ꝙ ille nõ conficit qui principaliter celebrat: ⁊ ille conficit qui secũdario celebrabit: ⁊ sic pia celebrantis intentio defraudatur Sane dici põt q; siue prius siue posterius ꝓferant sacerdotes: referri dz eorũ intentio ad instans prolationis epi cui principaliter cõcelebranti concelebrant: ⁊ tunc oẽs simul cõsecrant ⁊ conficiũt. Quã ꝙ nonnulli cõsentiant ꝙ qui primus ꝓnũciat ille cõsecrat nec alio rũ defraudat̃ intẽtio: q; factum est ⁊ ꝙ intenderant. Consueuerũt aũt presbyteri cardinales romanũ circunstare pontificẽ ⁊ cũ eo pariter celebrare: ⁊ consumato sacrificio de manu eius cõionẽ accipere significãtes apostolos qui cũ dño pariter discumbentes sacram de manu eius eucharistiam acceperunt: ⁊ in eo ꝙ cõcelebrant oñdunt apostolus tũc a dño ritum buius sacrificij didicisse. ¶ Sane dictis verbis illis hoc est corpus meũ sacerdos eleuat corpus xp̃i. ꝓio vt cuncti astãtes illud videant: ⁊ petant ꝙ proficit ad salutem. Juxta illud. Ego si exaltatus fuero a terra ẽ. Secundo ad notandũ ꝙ non est aliud dignum sacrificiũ: imo est super omnes hostias. Tertio exaltatio eucharistie in manu sacerdotis signat xp̃m verum panem per prophetas in scripturis exaltatum: qñ. s. eius icarnationẽ ꝓphetizabant. Unde isa. Ecce. virgo concipiet: ⁊ hunc cibum forte ceteris excellentiorẽ. Similiter ⁊ de potu. Quarto significat resurrectiõnẽ. Quinto hostia eleuatur vt populus non preueniens consecrationem: sed ex hoc cognoscens illam factam esse ⁊ xp̃m super altare venisse reuerenter ad terram prosternantur. Juxta illud ad philipenses. In nomine iesu omne genu flectatur ẽ. ⁊ illum corde ⁊ ore adorẽt. Juxta illud apostoli ad romanos. Corde creditñ ad iusticiã: ore aũt confessio fit ad salutẽ. Alia ratio ponet̃ ꝓpe finez. xi. pticuli canonis. Licet igitur fides sufficiat ad salutẽ iuxta illud. augusti. de cõ. di. ij. vt qd: credes ⁊ mãducasti: nõ tñ superflua est eleuatio: tum ꝓpter causas premissas: tum q; ibi tẽpus ⁊ locꝰ agendi opus se offerunt fides sine operib9 ꝑm ia. mortua est: propter easdem quoq; causas calicis eleuatio

licet sanguis videri non possit superflua nō est. Utrū autez calix coopertus debeat eleuari dicetur in sequē ti particula super verbo qui pro vobis: t tam corpus q̄ calix cum vtraqz manu eleuanē ꝓpter maiorem re uerentiā t securitatē. Et exinde stringit pollices t indices: prout dicet sup verbo vnde t memores. ¶ In eleuatione autem vtriusqz squilla pulsatur nam in veteri testa. leuite tempore sacrificij tubas clangebant argenteas vt earum sonitu populus p̄monitus foret ad orandū dominum preparatus. Et ꝓpter causam eandē squilla pulsatur dum corpus xp̄i ad infirmum portatur. Mula etiam capellam dñi pape baiulans squillā fert ob reuerentiaz reliquiarum quas portat tunc etiam cerei accenduntur propter causaz in secūda parte sub titulo de accolito scriptum.

¶ De septima particula canonis. Rubrica.

Similimodo cē. Septima pars liez sub vtraqz spē sumatur vtrūqz. s. corpus t sanguis vtraqz tū species cōsecrat̄ t neutra superfluit de con. di. ij. cōperimus vt ostendatur q̄ xp̄s humanā naturam assumpsit. s. corpus t aiaz vt totū redimeret. Panis enī referē ad carnē t vinuz ad aiam: qz vinū sanguinē operat̄ in quo sedes ē aie. xxij. q. ij. moyses tñ legit̄ in leui. Aia carnis in sanguine est moyses quoqz testat̄ q̄ caro ꝓ corpore: sanguis aūt offert̄ pro aia quo circa panis t vinū in sacrificio offerunt̄: qđ valet ad tuitionē corporis: t aie ne si sub spē panis sanguis sumatur cū corpore: t sic sub altera tm̄ spē sumatur ad alteri⁹ tantū putet̄ puenire salutē. t quāuis sub spē panis sanguis sumatur cū corpore: t sub spē vini sumat̄ corpus cū sanguine ꝑm̄ inno. iij. nec sanguis sub spē panis: nec corp⁹ sub spē vini bibit̄ aut comeditur: qz sicut nec sanguis comedit̄ nec corp⁹ bibitur: ita neutrū sub spē panis bibitur: aut sub spē vini comeditur. Et si cōcessibile videatur q̄ corp⁹ bibendo t sanguis comedēdo sumat̄. Est ergo ꝑm eum modus sumendi carnem t sanguinem quo neutrum māducatur aut bibitur. Et iō recte statuitur i canone de cō. di. ij. cōperim⁹ q̄ corpus xp̄i sacerdos sine ei⁹ sanguine nō sumat. vū in qbusdā locis post sumptionē corporis t sanguinis xp̄i aliqd de ipo sanguine reseruatur in calice t sup infunditur vinuz purū vt alij cōicantes inde sumāt: nō. n. eēt dicēs tantū sanguinē cōficere: nec calix capax inueniret̄. Utrū aūt per cōtactū sanguinis vinū appositum efficiatur sacramentū dicetur sup vbo hic est calix. ¶ Sequitur postea q̄ cenatū est cē. xiiij. luna primi mensis ad vesperā xp̄s ꝑm legē typicū pasca cum apostolis celebrauit: de quo cum dixisset. Desiderio desideraui hoc pasca manducare vobiscuz anteq̄ patiar: cur hoc diceret statim ostendit: vt. s. veteri pasce finez imponēs nouī pasce substitueret sacramentum Accipiens enī panem benedixit ac fregit deditqz discipulis suis dicens. Accipite t comedite hoc est corpus meum qđ ꝓ vobis tradetur. Similiter t calicem post q̄ cenauit dicens. Bibite ex hoc omnes hic est sanguis noui testamenti qui pro. v. t. pro. m. e. in remis. pec. hoc facite in meā cōme. Hac igitur institutiōe formati celebramus iugiter per mysteriū qđ semel offerebat̄ in preciū. naz vbi veritas venit figura cessauit. ¶ Christus enim post cenā corpus t sanguinē suum dedit apostolis vt hoc sacramentū velut vltimū testatoris mandatū artius memorie cōmēdaretur de cō. di. ij. liquido. vnde nouissimū cōdens beredib⁹ testamentum dixit. Uos estis q̄ permansistis mecū in tētationibus meis: t ego dispono vobis regnū sicut̄ pater me⁹ mihi disposuit vt edatis t bibatis sup mensam meā i regno meo. Et ly apostoli eucharistiam nō iciunij acciperūt: nō ideo calūniandū est q̄ pransi debēt hoc sacramentū recipere sicut faciebāt illi quos apostolus arguit dicens. Cōuenientib⁹ vobis in vnū: iam nō est dñicā cenam manducare: vnusquisqz enī p̄sumit cenā suā ad manducandū: t alius quidē esurit: alius ebrius ē. Item ex hoc vbo post q̄ cenatū ē videtur q̄ sacerdos cōicare debz priusq̄ transeat de calicis cōsecrationem. Sed de hoc dicetur sub ti. de cōicatiōe sacerdotis. ¶ Sequitur. Accipiens t hunc preclarū calicē cē. ponitur cōtinens pro cōtento. Nam t vn⁹ t idē. t tunc t nunc: t hic t alibi sacrificatur ab oibus: totus ē in celo: totus in altari: simul t sedet ad dexterā patris t manet sub spē sacramenti. sicut tactū est in. vi. particula sup vbo eleuatis oculis. ¶ Quod aūt vinū in calice cōsecraueris pz ex eo qđ ipse subiungit. Nō bibaz āmodo ex hoc genimine vitis cē. Et fiunt iste cōsecratiōes cum signo crucis: vt dictū est in. vi. pticula super vbo benedixit: qz virtute crucis t verboz fit trāssubstantiatio naturarū. Hec aūt sunt vba: hic est calix mei sanguis i. cōtinens sanguinē meum: vel sanguinis significans passionez. Et nota q̄ passio dicitur calix vel a calida potione: vel quia mensurate sumitur. Videns. n. de⁹ qui non finit nos affligi plusquā portare possumus. De calice dictum est in parte prima sub ti. de picturis hic autem pax eleuato calice sacerdos illuz deponēs non deserit eum: ad notandum q̄ quilibet apostoloz sic calicem accepit q̄ vnicuiqz dominus ministrauit. ¶ Sequitur noui t eterni testamenti cē. Subaudi confirmatio: noui dicit quia nos innouat per fidem xp̄i: eterni dicit: qz lex noua nō est transitoria sicut antiqua: extra de cele. mis. cū marthe. Uetus enim testamentū qđ bircoz t vitulorū fuit sanguine dedicatuz: ꝓmittebat boi tēporalia t transitoria: nouū vo q̄ xp̄i sanguine fuit consecratū ꝓmittit eterna: t ideo testamentū. s. illud fuit vetus t transitoriū. hoc aūt nouum est t eternuz. De nouo habetur. Luce. xxij. Dispono vobis regnum cē. vt supra vel inde ꝓbatur eternū. i. ꝑpetuū vnde asseritur nouū. i. vltimum. Nouissimum enim bois testamentū imobile perseuerat: qz testatoris morte firmatur. Juxta illud apostoli. Testamētū in mortuis cōfirmatū est: alioquin nō valet dum viuit qz testatus est. ¶ Porro testamētū nō solū dicit̄ scriptura sz t ꝓmissio: vt dicetur in ꝓmio. vi. ptis t ꝑm hūc modū dicitur. Hic est sanguis noui t eterni testamēti. i. cōfirmatio noue t eterne ꝓmissionis sicut dñs ipse promittit. Qui manducat corpus meum t bibit meum sanguinē bz vitam eternam. vnde nec primum

testamentū vt inquit apostolus: sine sanguine dedicatum est. Lecto. n. vniuerso legis mandato moyses accipiens sanguinem hircorū aut vitulorū ipm librum ⁊ oēm populuz aspersit dicēs. Hic est sanguis testamēti qđ mandauit ad vos deus. Ecce q̄ ꝑprie moyses verba precepit quibus xp̄s vsus est in cena. ¶ Que rit vtrū aqua cū vino cōuertaf in sanguinez. De quo etiam iaz infra dicef: Si enim conuertitur ergo aqua est sacramentū. sanguinis: imo videf q̄ populi. Haz aque multe populi multi. Et ob hoc aqua miscetur vino vt xp̄o popul⁹ aduneſ. Hā ⁊ de latere xp̄i saguis exiuit ⁊ aqua ꝓout tactuz est sub ti. de oblatione. Si vero nō conuertit queritur vbi post consecrationem existat: ⁊ quō separaf a vino cui fuerat in vinum cōmixta. Si aūt post consecrationē aqua pura permāserit ꝺm hoc. Non bibit solū sanguinem sacerdos in hoc sacramento. ⁊ sic post vnā sumptionē iterū eodē die cōicare non ꝺz ac si ꝓiusq̄ aquam bibisset. Nam iccirco sacerdos postq̄ perfudit eodē die iterum non sacrificat qz vinum purificationes sumit. An forte dicetur q̄ sicut vinum mutaf in sacramentū redēptiōis sic ⁊ aqua transit in sacramentū ablutionis que de latere xp̄i pariter effluxerunt quis hoc audeat diffinire. ¶ Nam ⁊ illud inquirit vtrum xp̄s resurgens a mortuis sanguinē illū resumpsit quē in cruce effudit. Si. n. capillus de capite nr̄o nō peribit quāto magis sanguis ille non percist qui fuit de veritate nature: ⁊ tñ ille i plerisq̄z ecclesijs dicitur cōseruari. Quid etiaz de circūcisione prepucij vel de precisione vmblici dicetur an in christi resurrectione redijt ad veritatem humane nature ⁊ ad locum glorificatum. Sed melius est totuz deo cōmittere q̄ aliud temere diffinire. Creditur tamen prepucium in laterañ. basilica conseruari: licet a quibusdam dicatur q̄ illud fuit in hierusalem delatum ab angelo karolo magno qui transtulit illud ⁊ posuit aquisgrani honorifice in ecclesia beate marie: sed post a karolo caluo positum est in ecclesia. s. saluatoris apud carosium: sed si hoc verum est mirandum est. Cum enī caro illa de veritate humane nature fuerit: creditur q̄ christo resurgente ad locuz suum glorificatum redijt. Aliqui tamen dixerunt q̄ hoc verum esse posset iuxta opinionem eorum qui dicunt id solum esse de veritate nature humane ⁊ resurgere qđ ab adam traductum est. Illud autem omnino nephas est opinari qđ quidam dicere presumpserunt: vz aquam in fleuma conuerti. Nam ⁊ de latere xp̄i nō aquā sed aquaticū humorē. i. fleuma mentiuntur exisse: extra de cele. mis. in quadam. Duo namq̄z precipue ecclesie sacramenta de xp̄i latere fluxerunt. vz sacramentū redēptionis in sanguine ⁊ sacramentum regenerationis in aqua. Nō. n. baptizamur in fleumate sz in aqua iuxta illud euāgelij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spū sancto nō introibit in regnū celorū Quibusdā tñ non videf absurdū q̄ aqua cū vino transeat in sanguinē ea vz rōe q̄ aqua per admixtionē transit in vinū: ⁊ vinū ꝑ cōsecrationē transit in sanguinem: vt in. c. marthe. ⁊ nota de cō. di. ij. c. i. ⁊. c. non oportet. Aqua nāq̄z transit in vnum cum multo vino modicū infundit aque: alioquin tota vini substantia ꝓpter guttaz aque mutaref vt quoddam fiat ex illis confusū q̄ nec fit aqua nec vinū: ⁊ tota fontis vel fluminis aqua ꝓpter modicā vini stillā in cōfusiōis speciē mutaref nec panis ille posset in eucharistiam consecrari: qui factus est de frumēto cui forte cōmixtum fuerit vnū granum ordei vel auene. Sic ergo si plus apponaf aque q̄ vini erat irritū sacramētuz: oportet quidē vt tantū vini ponaf ibi qđ aqua cōmixtū saporem vini retineat: extra de cele. mis. c. penul. de hoc dicetur in. vi. ꝑte sub quinta feria cene dñi ad finem. Si aūt post calicis cōsecrationē aliud vinū mittatur i calice illud quidē nō transit in sanguinem nec sanguini cōmisceref: sed accidentib⁹ prioris vini cōmixtum corpori qđ sub eis latet vndiq̄z circūfundit nō madidās circumfusū: extra de cele. mis. cū marthe. Ipsa tñ accidentia vinū apposituz videnf afficere q̄ inde cōficit: qz si aqua pura fuerit apposita vini saporem assumit Quidā aūt voluerunt astruere q̄ sicut aqua pura p aque bñdicte cōtactum efficit benedicta: sic ⁊ vinum per sacramēti cōtactū efficit cōsecratū: ⁊ trāsit i sanguinē: quorū assertioni minime ratio suffragaf: extra de cō. cc. vel alta qđ in dubijs de quo etiā dicaf sub. v. feria cene dñi. Sz nūquid irrituz est qđ gerit si forte aquaz ꝓtermittaf: ⁊ videf q̄ sic ex his que sub ti. de oblatione tacta sūt. Cautū quoq̄z est in canone ciprīani: de cō. di. ij. sicut in scificando q̄ nō pōt calix dñi eē aqua sola neq̄z vinū solū nisi vtrūq̄z misceat. Et sicut calix dñi nō est aqua sola neq̄z vinum solū: sic nec corpus dñi pōt esse farina sola nisi vtrūq̄z fuerit aduna-tū: ⁊ panis vni⁹ cōpage solidatum ⁊ hoc quidā cōstā-tur affirmant asserentes q̄ sicut aqua sine vino cōsecrari non pōt: sic nec vinū sine. aqua transsubstantiari valeat qz de latere xp̄i simul vtrūq̄z manauit. Alij vero cōcedūt q̄ si quisq̄ nō intēdens heresim introducere oblivione vel ignorantia ꝓtermiserit aquaz nō sit irritū sacramentū. Illa tñ per oblivionē prętermittēs venialiter peccat: per negligentiā mortaliť ⁊ grauiter est puniendus: ⁊ semp pōt apponi ante transsubstantiationē: ⁊ q̄ ꝑdicit vinū solū nō posse offerri intelligunt nisi fiat simpliciter vel ignoranter vel non pōt. i. nō ꝺz. Hā ⁊ grecorū ecclesia dicit nō apponere aquā in sacramento: ait enī ciprian⁹: de cō. di. ij. scriptura. Si quis de antecessoribus vel ignorante vel simplicit nō obseruauerit qđ nos dñs facere exemplo ⁊ magisterio docuit pōt simplicitati eius de indulgentia dñi venia concedi nobis vero non potest ignosci q nunc a domino instructi sumus vt calicem domini cū vino mixto. i. vinum cum aqua in calice mixtum ꝺm q̄ dominus obtulit offeram⁹. Ex quib⁹ verbis aperte colligitur q̄ vinum aque mixtum xp̄s in cena discipulis tradidit. Si vero vinū ꝓtermittaf: de hoc dictum est in sexta particula super verbo: hoc est corpus: Porro licet diligenti studio vinum optimum pro sacrificio sit querendum vitium tamen vini non maculat munditiam sacramenti quo circa siue nouum vinum qđ mustū appellatur siue etiā acidū qđ appellaf acetū offerť sacramētū cōficit: ⁊ diuinitus cōsecraf. vitā dū est tñ ne tale vinū mixtū vel coctū vl rosatū vl speciatū in calice ponaf Sūt tñ qui dicūt acetū nō eē vi-

num cum propriam mutauerit naturam vinuz est ca
lidum illud frigidum: ⁊ ideo ex eo confici non posse si
cut nec ex agresta: quod concedi põt in aceto ex alio
q̃ ex vino facto. Nam si ex vino factum fuerit: secus
cum cadez ꝓprie sit vsia. i. substantia. ff. de contrahe.
empt. in venditionibus: de cõ. di. ij. ego. C. de sũ. trini.
iter claras. §. omnes vero. Julius quoq; papa: de cõ.
di. ij. cum omne. ⁊ c. precedenti dixit q̃ cum lacte con
fici non potest. Botrus autez vue in necessitate com
primi ⁊ inde confici potest. Sed de ipso botro non cõ
presso non põt cõmunicari. Nõ potest etiam ꝯfici
cum aqua cum qua panis in musto intinctus lauat̃.
Illud autem notandũ est q̃ si vinum in calice conge
latuz fuerit: debet tãdiu exalare sacerdos donec gla
cies soluatur q̃ si sic solui nequiuerit adhibeat ignez.
Si autem musca vel aranea vel aliquid tale ceciderit
in calicem proijci debet vinum illud in piscinam ⁊ ali
ud vinũ ⁊ aqua apponi. Si vero post transsubstãtia
tionem ibi ceciderit vel sanguinem tetigerit sanguis
sumatur: ⁊ illud prius in aliquo calice sepe vino pfun
datur. Et quanto diligẽtius ⁊ cautius fieri potest ab
luatur: ⁊ demum super piscinam cremetur: quia vix
posset absq; horrore ⁊ vomitu sumi. Ablutionem vo
ipsam sacerdos post consecrationem vel minister su
mat. Sed ⁊ si quis stat ĩ christi corpore sumpto nau
scam patitur vomitus similiter super piscinam con
buratur ⁊ puluis in piscinam mitatur. Si tamen ali
qua hostie particula videatur ibi: vel si corpus christi
infirmo datum reijcitur illud reuerenter suscipiatur
⁊ contritum cum vino in calice sumatur si integrũ ne
queat recipi: ⁊ si horroz sit illud sumere pro reliquijs
custodiatur. Non est igitur danda eucharistia egro
to vomenti sed credat ⁊ mãducauit: de conse. dist. ij.
vt quid. Sed ⁊ si quis adeo egrotus ẽ vt masticare nõ
possit: tunc tantum sumat aquam a christi corpore ta
ctam: minimam tamen particulam sumens totum su
mit vt premissum est. ¶ Non est etiaz danda ebrio:
ĩ sano: heretico: epilẽtico: ⁊ similibus: nisi infirmitate
cessante. xxvi. q. vlt. is qui: leproso tamen dari potest
⁊ muto ⁊ egroto compoti sue mentis post confessio
nem ⁊ absolutionem a peccatis. ¶ Qualis autez pe
nitentia imponenda sit ei qui propter ebrietatem vel
voracitatem vel infirmitatem eucharistiam euomit.
In canone bede habetur de con. di. ij. siquis per totũ
Et nota q̃ is qui cõmunicauit si comode ⁊ absq; vio
lentia natur̃e potest debet abstinere a sputo: alioquin
post horam conuenientem spuere potest saltem in lo
co vbi sputum nequeat pedibus cõculcari. Si quidẽ
homo spiritualis omnia iudicat ⁊ ipse a nemine iudi
catur: ⁊ omnia munda sunt mundis q̃ si super lignũ
vel lapidem vel terram eucharistia vel aliquid de san
guine ceciderit sanguis lingua lãbendus est: ⁊ deide
radendus ⁊ extergendus est ipse locus ⁊ puluis in sa
crario siue cũ reliquijs reponẽdus. Si vo sup corpo
rale ceciderit sugat̃ sicut diligentius fieri poterit: ⁊ la
uet̃ ter in calice: ⁊ aqua lotionis post missaz sumat̃: de
inde corpale recõdenduz est: ⁊ loco reliquiarũ seruan
dũ est. Si vero palla altaris intincta fuerit eodem mõ
ipsa pticula intincta incinsa est ꝓ reliquijs seruanda. Si
aũt sup casulaz vel albaz deguttet similiter fiat. Si su
per quodcũq; ꝓphanũ vestimentũ cõburenda est ps
illa ⁊ cinis in loco sacro reponẽdus vt dicũt. Pius tũ
papa statuit de con. di. ij. si per negligentiã: vt si aliqd
de sanguine stillauerit in terra ligua lambat̃. Si vero
fuerit tabula locus corrodat̃ ne ꝺeleatur: ⁊ rasura i
gne consumet̃: ⁊ cinis ĩtra altare condat̃. Et si super
altare stillauerit sorbeat minister stillã quantuz pote
rit. Si super lintheum altaris minister lauet linthea
mina q̃ stillam tetigerũt tribus vicibus calice sub ter
posito ⁊ aqua ablutionis sumat̃ in calice: ⁊ iuxta alta
re recondat̃. Ibidem etiam sequit̃ qualis penitentia
sacerdoti cui hec contingerẽt sit prius q̃ celebret impo
nenda. Et nota q̃ si ante transsubstantiationem effu
sa fuerit pars mutent̃ palle sub silentio ⁊ celebrans su
uz officium exequatur: si totum effusum sit tũc ꝑmis
sa confessione minister denuo reincipiat officiũ ab il
lo loco. Hanc igitur oblatione ⁊c. Si vero post trans
substantiationem pars effusa est: tũc similiter officiũ
exequat̃. Si totuz ita q̃ nihil hauserit qõ valde enor
me est tunc ponat hostiã super ꝓpiciatorium: ⁊ mini
ster denuo ponit vinum ⁊ aquã ⁊ reincipiat. Hãc igi
tur oblationẽ ⁊c. confessione tũ premissa ⁊ hostia ser
uata sumatur postmodũ a ministro in fine misse vel
seruet̃ ꝑ infirmis. Rursus ꝓciliuz aurelian̄. de cõ. di.
ij. statuit q̃q non bene custodierit sacrificiuz vt mus
vel aliud anial illud comederet. xl. dies peniteat. Qui
aũt pdiderit illud in ecclesia vel pars eius ceciderit ⁊
inuẽta non fuerit. xxx. dies peniteat. In eodem etiam
capitulo ita sequit̃ in burcardo. li. v. Unde scriptum
est pfundens aliqd super altare de calice qũ offertur
sex dies peniteat: aut si babũdam⁹. vij. dies penitear.
Qui aũt pfundit calicẽ duz misse solennitas celebrat̃
xl. dies pẽitebit. Si vero missa celebrata presbyter ne
glexerit accipere sacrificium similiter. xl. dies pẽitcat
Et qui polutus nocturno tẽpore acceperit sacrificiũ.
vij. dies penitcat. Qui negligentiam erga sacrificiuz
fecerit aut a vermibus cõsumptuz ad nihilũ deuenc
rit tres quadragesimas cũ pane ⁊ aqua peniteat. Si
integruz inuentum fuerit: ⁊ in eo vermis conburatur
⁊ cinis super altare recondat̃. Et q̃ neglexerit quater
nis diebus suaz negligentiã soluat. Si cum amissiõe
saporis sacrificium dulcorat̃. xx. dies ieiunio expleãtur. Qui vo cõglutinatuz miserit. vij. dies peniteat: si
sacrificium fuerit sordida vetustate pditum igne con
burendũ est: ⁊ cinis iux̃ altare sepeliendus: sicut legit̃
in burcardo li. v. c. omne. ¶ Jtez etiã notandũ est q̃
si a naso sacerdotis celebrãtis sanguis exierit vel nau
sea supuenerit recipiat̃ in aliqua vasculo ne scã cõta
minent̃: ⁊ terterso naso vel ore abluto reincipiat sub
silentio vbi dimisit. Si vero ifirmitas supuenerit ĩi
tatur super crepidinem siue oram altaris: vel sedeat
donec conualescat: ⁊ sic incipiat vbi dimisit: sed si nul
lo modo potest consumare ministerium alius sacer
dos paratus incipiat vbi ille dimisit: prout dictum est
in. vi. particula super verbo. Hoc est corpus meuz: sz
si incertum est vbi ille dimisit: tunc quia periculosum
esset verba sacramenti iterare vel pretermittere: posi
ta oblata illa super propiciatorium ministret denuo

lum salutat ⁊ deinde redit ad dextrum cornu altaris significans q̄ in fine mundi post antichristi mortem xp̄i predicatio siue christus rediturus est ad iudeos quos iam reprobauit. Tunc enim conuertent̄ ⁊ reliquie israel salue fient. Et eleuatis manibus vltimam orationem q̄ ꝓpria postcōio vocatur exequitur i qua rogat ⁊ gratias agit de sacramēti percipatione. d. collectas pro numero secretellarum. Orat enim pro eis q̄ ad hanc cōmunionem eucharistie accesserunt. Hec aūt oratio significat orationem capitis nostri Jhesu christi q̄ ꝓ nobis interpellat quottidie apud patrem. Significat etiam q̄ apostoli post ascensionem domini i oratiōe pseuerauerunt. Finis vero illius oratiōis vbi dicit̄. Per dn̄m nostrū ihesū xp̄m ⁊c̄. significat q̄ aduocatū habemus in celo apud patrem. ¶ Illud aūt considerandū est q̄ sacerdos dicturus post cōiones premittit dn̄s vobiscum ⁊ oremus stans ante medium altaris: deinde transiens ad dextrum cornu altaris ibi ꝓnunciat orationem q̄ finita redies ante altaris mediū ibi dicit. Per dn̄m prout tactum fuit sub ti. de salutatiōe. ¶ Circa q̄ notanduz est q̄ dextrū cornu altaris significat populum iudaicum sinistruz vero gentilem. Predicatio xp̄i ⁊ euangeliuz eius incipit a iudeis ⁊ transiuit ad gentiles: ⁊ iterū redire debet ad iudeos: ad quod significanduz sacerdos a dextro cornu altaris transit ad sinistruz ⁊ ecōuerso. Merito ergo postcōio q̄ est quasi finis misse dicit̄ in dextro cornu altaris. Quia vero altaris mediū representat fidem xp̄i ⁊ ip̄m deuz in quez vterq; populus vnitur: reducit̄ ⁊ finit̄: ideo per dn̄m nostrum ⁊c̄. q̄ est q̄si finis postcōionis: vbi dicit̄. Ipse etiā est q̄ vtrūq; populū ad se petendū inducit ⁊ illuminat ⁊ ideo dn̄s vobiscuz ibidē dicit̄. Per ipsuz etiā quicqd boni i oratione petimus ipetram⁹ ⁊ iō ibidē ꝓnunciat oremus De hoc dictum est sub ti. de mutatione sacerdotis.

¶ Et nota q̄ in sabbato quattor tp̄oꝝ mēsis septēbris dicit̄ postcōio illa: ꝓficiant in nobis qs dn̄e tua sacramēta q̄ cōtinent vt q̄ nūc in spē gerimus rerum veritate capiamus. Cui⁹ vltimā ptem Grego. exponens: de con. di. ij. spēs. ita dicit. Postulat q̄ppe sacerdos: vt corpus xp̄i q̄ sub spē panis ⁊ vini nūc geri: manifesta visione sicuti renera est q̄q; capiat̄: quanuis nō ip̄robabiliter q̄daz exponūt hoc loco carnis ⁊ sanguis veritatē ip̄am cozūdez efficientiā. i. peccatoruz remissionē. De hac etiā oratiōe dictū est sub. vij. pticula canonis sup verbo. Mysteriū fidei. Sāe oratiōe finita iterū populū salutat dicens dn̄s vobiscuz. ¶ Circa q̄ notandū est q̄ xp̄s post resurrectionez bis legit̄ discipulos salutasse dicens. Pax vobis: i signū duplicis pacis vz pectoris ⁊ eternitatis q̄ fm prophetaz est pax sup pacē de qua dn̄s inquit apostolis. Pacē relinquo vobis: pacez meā do vobis: hāc duplicez pacem p duplex osculuz sacerdos insinuat cum videlicet prius osculat̄ ministrū ⁊ posterius osculat̄ altare. Prima ergo salutatio q̄ fit ante oratiōem significat bn̄dictionē illaz q̄ xp̄s ascēsurus in celū legit̄ dedisse discipulis suis. Nā vt Lucas cōmemorat: eduxit eos foras in bethaniā ⁊ eleuatis mānibus bn̄dixit eos ⁊ cū bn̄dixisset recessit ab eis ⁊ ferebatur i celum. Unde post salutationē nouissimā quā sacerdos oratione expleta facit ad populū q̄ significat vitā eternā. Dyaconus alta voce ꝓnunciat. Ite missa est representās qō dictū est apostolos. Hic est iesus q̄ assumptus est a vobis in celuz. ¶ Notandū est aūt q̄ missa tribus modis finit̄: primo p ite missa est: ⁊ hoc in solennitatibus quotiens cantatur. Te deum laudamus: ⁊ Gloria in excelsis deo. prout dicetur in ꝓemio. vij. ptis: q̄si dicat. Redite ad ꝓpria: quia missa seu oblata est deo hostia saluatoris ꝓ genere humano: put tactū est in proemio huius partis. Vel annūciat populo q̄ missa seu p̄ces sunt finite: qm̄ statutuz est in concilio aurelian̄. de conse. di. j. cum ad celebrāduz: q̄ nullus exire debet de ecclesia donec annunciatū sit per ministrum. Vel est sensus. Ite missa est. i. ite post christuz ⁊ segmini ip̄m. Non est enim in hoc mundo standuz sed ad patriā per bona opa festinandū: qō leuiter facere possumus: qz missa est ad deum patrez placādū hostia per quā fracta sunt tartara ⁊ reseratus paradisi introitus. Dicens aūt ite missa est dirigit vultum ad populum: quia ad eos quos presentes licētiamus sermonem dirigimus: ⁊ eis ad quos sermonem dirigimus faciem representare solemus sicut fit quando dicit̄. Dn̄s vobiscū: vel orate fratres: put dictū est sub ti. de inclinatiōe sacerdotis. Sed dicens bn̄dicamus dn̄o: vel requiescāt in pace: vel oremus nō stat versus ad populū qz illuz distincte nō alloquit̄ sed dirigit faciē ad orientē ⁊ mentē ad deum. ¶ Dicto aūt ite missa est clerus ⁊ populus gratulando rident. Deo gratias imitantes ap̄los q̄ adorantes ingressi sunt in bierusalē cuz gaudio magno: ⁊ erant in templo laudātes ⁊ bn̄dicentes deuz. Est. n. put quidā asserūt deo gratias interiectio gratulatiua vel congratulatiua: ⁊ hoc sumptū est de Exo. nō fm verba sed sccūduz sensuz: qm̄ pp̄lus israel p iussum pharaonis licentiante cyro de babilonica captiuitate ad bierusalē reuersus gratias egit deo. Sed ⁊ apostoli post ascensionem dn̄i regressi sunt in bierusalē bn̄dicentes dn̄m: sic ⁊ nos vltima bn̄dictione accepta ad celestez patriaz ibimus ibi semp erimus in gratiarū actione. Apostoli queq; p̄dicantes dicebant Gratias agite sine itermissiōe orate. Potest etiā dici q̄ sacerdos incipiens Gloria in excelsis deo significat angelū annunciantē pastoribus i effabile gaudium de xp̄i natiuitate. Ite missa est designat accessum pastoruz ad locuz natiuitatis xp̄i ꝓut dicetur in proemio. vij. partis. Chorus respōdēs deo gratias: representat q̄ sicut Lucas refert ibi pastores reuersi sunt glorificantes deuz in omnibus q̄ viderāt ⁊ audierāt. Secundo modo missa terminatur per benedicamus domino: videlicet in profestis dieb⁹: ⁊ generaliter quando premissa cantica leticie non dicunt̄ per qō pp̄lus ad gratiarum inuitatur actiones: quia post omnia debemus deo humiliari: ⁊ est sumptū de apostolo vel de psalmista vel de hymno triū puerorum vbi dicitur. Benedicamus patrē ⁊ filiuz: ⁊ respondet̄ deo gratias: qō ad gaudiū apostolorum de quo p̄missū est referēdum. De hoc dicet̄ ꝓpe finē in ꝓemio. v. ptis. Et populus deo gratias agēdo ad ꝓpria rediens: significat discipulos cum gratiarum actione post passiōez

domini in hierusalem reuertentes. ¶Circa hoc etiam dicendum est q̄ in primitiua ecclesia cum ministri ecclesie missaz sine populo celebrant claudebatur missa per benedicamus: quādo vero pp̄s erat p̄sēs quia alias nesciebat ille quādo missa finita esset dicebāt ite missa est. Quia ergo i p̄festis diebus ministri vt plurimum quasi soli sine populo missas dicunt: ideo iuxta morez antiquum in illis diebus dicūt benedicam⁹ in solēnitatibus vero: q̄ tunc populus cōuenit dicūt ite missa est. Prima tñ missa in natali domini in quibusdam locis clauditur per benedicamus domīo: eo q̄ saluatoris natiuitas de qua i illa agitur paucis ab angelo nunciata est. s. pastoribus q̄ ministros ecclesie esse figurant: ꝛ preterea sepe quasi soli ministri illa p̄sentes sunt. Alia tñ ratio scribitur in vij. parte sub ti. de aduentu ꝛ quia reddere nō debent sed interesse ēt secunde misse in aurora. In diebus quoq; ieiuniorū clauditur missa per benedicamus: ad notanduz q̄ si dño semp̄ benedicenduz sit: multo fortius hoc tp̄e id facere debemus: significat aūt benedicamus idez q̄ benedictio: de qua iam sub ti. de benedictiōe dicetur. Tertio finit missa per requiescāt in pace. s. missa pro defunctis: ꝛ tunc respondet Amen. i. fiat. Optat enī eis requies. ¶Rursus finis misse finez mūdi significat. Ite missa est vel benedicamus dño libertatez q̄ dabitur iustis in patria vbi semper deum benedicēt.

¶Quare sacerdos humerū pōtificis osculat. Rubrica.

Dicto ite missa est: sacerdos qui assistit episcopo ad altare in quibusdā ecclesijs mensam altaris ad armum dextrum pontificis osculatur ostendens hunc illum esse pontificez cui secundū legis figurā dexter armus separationis debebatur de hostijs salutaribus ꝛ pacificis.

¶Sane per humeruz exprimit principatus: secunduz illud p̄phēticum. Factus est principatus sup humerū eius. Principatū vero saluatoris vere expressit vox angelica: p̄phetica: ꝛ legalis. Angelus enīz dixit ad virginem. Dabit ei dñs sedem dauid patris eius: ꝛ regnabit in domo Jacob in eternum: ꝛ regnū eius non erit finis. Prophēta dicit: sedes tua in seculuz seculi virga directionis virga regni tui propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie p̄ cōsortib⁹ tuis. Moyses inquit in lege letamini simul cum eo celi: ꝛ adorēt euz omnes angeli dei. Ad quod designandū in ecclesia ro. tres humerum pon. osculantur in signum reuerentie: videlicet primicerius in principio: dyaconus i medio: ꝛ sacerdos in fine misse.

¶De benedictiōe nouissima. Rubrica.

Altari seu humero osculatis episcopus vel sacerdos populum benedicit. Rite quidē post cōiunez benedicit: q̄n sicut legit Luce. vl. postq̄ xp̄s in cruce orauit ꝛ cozā discipulis mādu cauit: ꝛ religas eis dedit eleuatis mānibus bñdixit eos. Vñ statuit Concilium aurelian. de cō. di. i. cū ad celebrādas: ꝛ c. p̄cedē. vt pp̄s aīa bñdictionez episcopi vel ibi ip̄e abest sacerdotis: de eccl̄ia non discedat. Hec aūt vltima bñdictio sup pp̄lm missionē spūs sancti significat: quē dñs ascendēs in celū de celo misit in ap̄los iuxta q̄d ip̄e p̄miserat eis. Accipietis inquit virtutē supuenientis in vos spūs sancti: vt iaz dictū est sub ti. de oratiōe nouissima. Vñ hec bñdictio per vbuz oris ꝛ signū crucis exprimit: q̄n illa missio p̄ sonuz aeris ꝛ lingua ignis innotuit: iuxta illud. Factus est repente de celo sonus tanq̄ aduenientis spūs vehementis: ꝛ apparuerūt illis disperdite lingue tanq̄ ignis ꝛc. Et licet spūs sanctus specialiter missus fuerit in apostolos: q̄ tñ indiuisa sunt opera trinitatis: missionē illā tota fuit trinitas operata. Idcoq; bñdictionē istā facit ep̄s in noie trinitatis auctoritate p̄salmiste dicēs. Benedicat nos deus deus noster bñdicat nos deus. Secūdo hec vltima benedictio significat illaz vltimaz benedictionez. Venite benedicti patris mei ꝛc. Tertio illam quam xp̄s ascensurus in celuz discipulis dedit: vnde ea facta sacerdos se ad orientem vertit q̄si se xp̄o ascendenti cōmendans. Cetez benedictiōis formaz legis expressit auctoritas dicente dño per moysen: inuocabis nomen meum sup̄ filios israel: ꝛ ego dñs benedicam. Et iteruz per p̄pheram. Effundaz super vos spūm gratie ꝛ precez. Item aaron postq̄ sacrificauerat extendens manum supra populuz benedixit illi. Leui. ix. Item moyses ꝛ aaron expletis hostijs ꝛ holocaustis intrauerunt tabernaculuz testimonij ꝛ postea exeuntes bñdixerunt populo. Leui. xi in fine. Huiusmōi ergo finales benedictiōes a ve. test. sumunt quoniam ꝛ iacob in fi. vite sue filijs benedixit: ꝛ moyses pp̄lo ante mortem: sicut ꝛ xp̄s discipulis ante ascensionem: vt p̄dictum est. Et inde est q̄ cū separamur comitiuaz ꝛ p̄tectiuaz querimus bñdictionem. Sumunt etiā ab eo q̄ dñs p̄cepit dari bñdictiones in monte garizim sup legis obs̄uatores. Sicut ecōuerso maledictiōes in abal super trāsgressores a quib⁹ excōicationes originez habuerunt. xxj. di. deniq;. Regulariter aūt maioz minoz benedicit. Unde abraham a melchisedech benedicitur ꝛ nō ecōuerso. Nullus ergo sacerdos maiore suo nō inuocante benedictionez dare nitatur: immo ep̄o missam audiente sacerdos celebrans in cunctis illius licentiam ꝛ benedictionem exposit. Sacerdos tamen missaz celebrans potest benedicere etiā episcopo p̄sente ꝛ p̄mittente ac benedicere nolente aliter nō p̄ut in p̄misso concilio aurelianēn. cauetur. Nam secūdū Hiero. xcv. di. eadem p̄sbyter populum benedicere potest q̄ xp̄m nō metuit p̄fecrare: illud aūt quod i carthaginem. pci. legit. xxvj. q. v. ministrare: q̄ p̄sbytero benedictionem super plebem fundere non licet de solenni benedictione soli episcopo cōpetenti que fit per verba ista sit nomen domini benedictū ꝛc. est intelliḡ duz. ¶Rursus benedictio ep̄alis fit per modū manus ip̄ositiōis. Vñ ꝛ ep̄s eaz dicēs tenet manū more Aaron sup populū eleuatā: ꝛ exemplo xp̄i q̄ vt p̄miss̄ est cozā discipulis māducauit: i celū ascensur⁹ eleuatis manib⁹ eis bñdixit. Quia ergo soli epi manus

imponunt: qz sicut legitur in actibus apostolorum soli apostoli manus imponebant ⁊ nullus alius discipulus ideo solennem bñdictionez solus episcopus dat. Sane post bñdictionē solēnez q̄ fit per ep̄m añ agn⁹ dei: iterū benedici soleniter in fine misse non oportet. In missa tñ p defunctis nō benedicit: prout sub ti. de fractiōe hostie dictum est. placeat tibi ⁊c. quia Luca testante actuz. i. Bñs ihesus post q̄ locutus est discipulis bñdicēs illis assumptus est i celū ⁊ sedet ad dextram dei. ideo sacerdos nō ad xp̄m solū quez nubes suscepit ab oculis eorum: sed ad totaz trinitatez ꝑmonez dirigit dicens: placeat tibi ⁊c. Qua oratiōe finita osculat altare ostendens per hoc se p̄missis omnibus deuote toto mentis ⁊ corporis assentire affectu. quo facto recedit a conspectu populi ingredit vestiariuz vel cortinam interponit representans q̄ vt p̄mis suz est christū in celū ascendentē nubes suscepit eū ab oculis intuentium: ⁊ sicut legitur Luc. vltimo: recessit ab eis ⁊ ferebat in celum. Si vero episcopus missam sacerdotis audiuerit sacerdos ipso osculato altari: ⁊ depositis sacerdotibus vestibus mox accedit ad ep̄m ⁊ genu flectens coram illo osculatur eius manum: in hoc figurans magnam filij obedientiam q̄ patri obediunt in incarnatione: in passione: in ascensione: ⁊ in alijs q̄ ideo sacerdos in officio misse representauit ⁊ ostendens se illis fidez veraz habere ⁊ cōsentire. Pōtifex vero illi benedicat. q. d. hic est filius meus benedictus ⁊c. Deinde statiz dicunt hymni illi. Bñdicite ⁊ laudate: vel in totū vel in ptē qz deo p oibus bñficijs gratias agere debem⁹ quē i eternū laudabim⁹. Vñ in ocilio agathen. de cō. di. v. ouenit: ita legit. Post oclusionez matutinarū vel vesptinarū missaz. i. que dicūtur mane vl circa nonā post hymnos. i. post q̄ sacerdos dixit. Bñdicite ⁊ laudate capitula de psalmis dicant. s. Cōfiteant tibi dñe oia opera tua ⁊c. Et plebs collecta oratiōe ⁊ oratiōis cā ad vesperā ab episcopo dimittit cū bñdictiōe: per hoc aūt q̄ dicit ad vesperā innuitur q̄ loquit dñs de missis q̄ in quadragesima dicunt post quas statiz vespere decantant: de cō. di. i. solet. Et sic innuit q̄ ep̄s vel p̄sbyter nō debet tūc bñdicere donec vespere sint cātate: qđ tñ in vsu non est. Postremo licet p̄ter ꝓpositū notandū est q̄ bñdictio mense dupliciter inchoatur. primo qz maior icipiens dicit. Benedicite ⁊ ceteri respōdent dñs: qz sicut debemus dño per gratiarū actiōes benedicere: ad q̄d maior dicēdo benedicite hortat: sic ⁊ indigem⁹ benedici a dño sue gratie infusione quā illi optantes postulāt respondendo: dñs supple nos benedicat sue gratie infusione. Secūdo modo maiore incipiente. Benedicite ceteri similiter respondent benedicite ad ostendendum q̄ ad dei benedictiōez debemus mutuo nos hortari. Potest etiam dici q̄ in priori mō reverentia dei p̄sideratur. Cū. n. respondet dñs supplendum est benedicat: qz nos digni nō sumus benedicere. In secundo vero reuerētia superioris. Cū eni respondet. Bñdicite: supplendū est vos pater: qz minor maiore p̄sente benedicere non debet: deinde maiore versuz inchoante ceteri coadiuuant ad dicendum ad notandum q̄ inferiores coadiutores sunt prepositorum in oneribus supportandis. In nōnullis ecclesijs pueri benedicunt mensas etiam prelatorum: p eo q̄ lectoris officium est benedicere panem. Conuenientius tñ fit p prelatos: exemplo xp̄i q̄ in emaus mensaz coraz duobus discipulis benedixit. t. Post oia in quibusdaz ecclesijs bñdicitur a sacerdote panis populo distribuēdus exemplo xp̄i q̄ in dextro quiq; panes benedixit: ⁊ ex eis quinq; milia hominum saciauit: de quo pane sub ti. de pacis osculo dictuz: deinde sacerdos ⁊ alij ad p̄pria reuertuntur. Sacerdos quidem ad ꝓpria rediens est xp̄s q̄ legatione peracta in gloriā patris ascēdit. Et fideles etiam reuertuntur duz de carceris exilio liberari in glorie libertatem eripiuntur.

¶ Liber quintus de diuinis officijs tam nocturnis quam diurnis in genere incipit. Rubrica.

Legitur in

Exo. xxv. c. in fine dominum dixisse ad moysem: Oia fac ꝑm exemplar quod tibi in mōte monstratuz est quo circa nos cōformari ouenit illi celesti hierusalez q̄ dominum laudare inbet: ⁊ que sicut ait apostolus ad galla. iiij. de sur suz est ⁊ mater nostra est p̄sertiz in laudādo deū Juxta illud. Super muros tuos hierusalem cōstitui custodes q̄ tota die ⁊ nocte nō ces̄labunt laudare nomen dñi. Et in apoc. iiij. c. habetur: q̄ a alia requiem non habebāt dicentia. Sanctus sanctus sanctus ⁊c. verūtamen militans ecclesia imitare plene ingt triūphantē qz sicut legit in libro sapiētie. c. ix. Corpus qđ corrumpit aggrauat animā: neguimus enim infirmitate nr̄a ꝑpedīte in singulis. xij. dieī. horis iugiter diuinis insistere laudibus: qm̄ necesse habet homo aliquādo necessarijs corporis intēdere: iuxta illud Genesis. c. iij. In sudore vultus tui viseris pāc tuo. i. di. in capite: ⁊ ideo facimus qđ possumus certis dieī naturalis horis deum laudando. Unde esdras prophe ta populum israbeliticum de babilonica captiuitate reuersum docuit deuz laudare quater in nocte ⁊ quater in die: vt vnūquodq; quatuor elemētorum ex quibus homo cōstat: per competentes horas obsequio se offerat creatoris: videlicet de nocte in vesperis: in completorio: in nocturnis: in diluculo. s. in laudibus matutinis. De die vero in prima in tertia in sexta in nona horis. Vesperinum igitur officiū quod est cuiuscūq; officij initium: ad noctem pertinere probat: q̄ secundum Isidorum li. ethimologiarum dicitur a vespera stella que surgit nocte oriente. Ueruz dauid inquit. Septies in die laudem dibi dixi: ⁊ rursus media nocte surgebam ad confitendum tibi ⁊c. Quem ordinem concilium agathen. extra de ecle. mis. c. i. approbat ⁊ sancta ecclesia seruat: quoniam nocturnum

officiuz media nocte canitur. Reliquie vero septē canonice hore de die dicunt: videlicet laudes matutine q̄ olim in aurora dicebantur: licet hodie cum nocturnis comungentur. prima: tertia: sexta: nona vespere ⁊ completorium: q̄ septem hore vocant canonice quas regulares extra de peni. ⁊ remis. q̄ in te: quia regulariter a sanctis patribus obseruate sunt. Nā canon grece regula dicitur latine. Dixit aūt oblatio ꝓpter tanti sacramenti excellentiā quod in eo conficit sup alias laudes est: ⁊ est laus per se: nec sub numero comprehenditur aliarū ꝓpter quod ⁊ in hoc opere tractatum per se obtinet specialē quāuis nōnulli asserunt illam fore de officio tertie siue none: pro eo quia i his duabus horis solet regulariter celebrari. Hāc nocturnaz officiuz tēpus miserie quo genus humanū a dyabolo tenebatur obsessum representat. diurnum vero nostre redemptiōis ⁊ liberationis per xp̄m solem iusticie facte tempus significat: q̄ claritate sue diuinitatis tenebras nostras illuminauit: ⁊ a seruitute dyaboli nos eduxit. Qui ergo tantum bonum dono septiformis gratie spiritus sancti adepti sumus: merito septies laudē deo cātamus. Secūdo q̄ dies naturalis representat vniuscuiusq̄ etatem nō quam quilibet homo habet sed quā si nō peccasset haberet. Que naturalis dies septē habet varietates: prima est i infantia q̄ per matutinas laudes rep̄sentat: secunda pueritia que per primā: tertia adolescentia q̄ per tertiaz: quarta iuuēus: q̄ per sextam: quinta senectus q̄ per nonaz sexta senium: q̄ per vesperas: septima decrepita etas siue finis vite nostre: q̄ per completoriū designat. In his ideo singulis etatibus creatorē nostrū super iudicia iustitie sue laudare debemus. De infantia beatus nicolaus nobis ostendit in exemplum: qui quarta ⁊ sexta feriis virtute abstinentie materna vbera nō sugebat nisi semel in die. de alijs quoq̄ etatibus satis liquet. Tertio quia secūduz salomonē septies in die cadit iustus per negligētiā de pe. dis. iiij. septies: ideo merito septies: vt per orationis vigilantiā resurgere valeat: diuinum debet subsidium inuocare. Quarto q̄ numerus septenarius vniuersitatis est. ¶ Ceteruz cum xij. hore diei attribuātur in quibus omnib⁹ laudandus esset dñs: q̄re in quattuor tm̄ diei horis in ecclesia psallitur. Respondeo cū in singulis horis vt p̄missum est diuinis ingiter insistere laudibus nequeamus: quod in alijs minus fit. i prima: in tertia: in sexta: in nona horis suppleť. In earum nanq̄ qualibet dicunt tres psalmi: ⁊ sic in quattuor horis numerus psalmorum respondet numero horarū. Et glibet psalmus cōtinet versuz octonarios octauaz resurrectionis significantes: de qbus sub ti. de completorio dicetur. per octonarios siquidez in horis psallimus quia de resurrectiōis gloria exultamus. ¶ Rursus i qualibet horaꝝ ipsarū dicit ter super psalmos gloria patri ⁊c. vt quot diei hore nobis ꝓ corporis sustētatiōe ad laborandū ꝓcesse sunt: totiēs ⁊ ipsis horis gloria p̄i dicat: vt p hoc i dei fruitio oi hora nos esse mōstremus. Siquidē tres glorificatiōes q̄ sūt i hora prima. indicāt nos esse i dei famulatu. i prima sexta ⁊ tertia horis ⁊ tres q̄ sūt in tertia nos ꝓtegūt in q̄rta quinta horis ⁊ sexta tres quoq̄ que sunt in sexta nos muniūt cōtra insidias dyaboli: in septima octaua ⁊ nona horis. Nōa vero cū suis glorificationibus nos ꝓtegit: in decima vndecima ⁊ duodecima horis: posset etiā non incompetenter dici q̄ sub prima due hore comprehenduntur videlicet ipsa prima ⁊ sexta sub terrena similiter tres. s. ipsa tertia quarta ⁊ quinta: sub sexta similiter tres. s. ipsa sexta septima ⁊ octaua: sub nona due. s. ipsa nona ⁊ decima: vespere vero representant vndecimam ⁊ completoriuz duodecimā. Sed in p̄missis sex diei horis: videlicet in prima tertia sexta nona vesperis ⁊ cōpletorio: ideo specialiter deum laudamus ⁊ non in secunda quarta quinta septima octaua decima: q̄ ille in aliquib⁹ p̄e alijs sunt p̄rerogatiue: p̄out in principio tractatus cuiuslibet earum oñdetur ꝓpter qō meritō in illis diuinū celebrat officium. ¶ Nempe in nocte xp̄s est comprehēsus: mane illusus: ⁊ hora p̄ma gentib⁹ traditus: tertia flagellatus ⁊ vere crucifixus: sexta cruci affixus: nōa mortuus: vndecima de cruce depositus: in duodecia sepultus. Item in nocte spoliauit infernuz mane surrexit. In prima hora marie apparuit: tertia de monumēto redeuntibus obuiauit: sexta iacobo: nona petro. Vespera duabus discipulis euntibus in emaus scripturas aperuit ⁊ se manifestauit. In completorio apostolis pax vobis dixit ⁊ cum eis manducauit. Has aūt horarū laudes qualiter absolnere debeamus ostendit bernardus dicēs. Fratres mei immolantes hostiam laudis iūgamus verbis sensum: sensui affectum: affectui exultationē: exultationi maturitatem: maturitati humilitatem: ⁊ humilitati libertatē. ¶ Preterea diuine psalmodie ideo a prima tertia sexta ⁊ nona: ⁊ nō ab alijs nomē sumpserunt vt per eas dei seruitiuz agamus quoniā pater familias commemoratur in euangelio exisse i illis cōducere operarios in vineam suam que sanctā significat ecclesiam. Sunt etiam qui dicunt morez cātandi tertiam sextam ⁊ nonā fuisse a daniele sumptū qui i tellecto q̄ nabuchodonosor statuā erexisset quā omnibus adorandam preceperat: intrauit domū suā ⁊ apertis fenestris ter in die genua flectebat vsua hierusalem. quod Hiero. exponens. d. hinc habet ecclia stica traditio q̄ ter in die genua sunt flectēda. s. in tertia sexta ⁊ nona. In eiusdem quoq̄ horis beataz virginem laudare debemus. s. in nocturnis siue matutino: quia tali hora quedam stella apparet in celo que tramontana vocatur: cuius ductu naute perueniunt ad portum: ⁊ ipsa beata virgo est stella tramontana: quia si eam digne laudauerimus nos qui sum⁹ in hoc seculo ducet ad portum salutis. Item in prima: nam tunc apparet quedam stella que diana vocatur post-q̄ sequitur sol ⁊ ipsa beata virgo est vere stella diana que verum solem. s. christum nobis portauit qui illuminat totum mundum. Item in tertia. Hac hora tertia cōsueuimus esurire ⁊ ipsa portauit panez veruz. s. xp̄m cū quo est ois societas. Item in sexta: q̄ illa hora magis feruet ⁊ calefacit sol: ⁊ ipsa laudanda ⁊ roganda est vt nos frigidos calefaciat in charitate per solem christum quem genuit. Item in nona: q̄ illa hora sol declinat ad occasuz: ⁊ ipsa iuuat nos ⁊ protegit

cum ad occasuz idest ad senectutē declinamus. Item in vesperis: qz tunc incipit dies finiri: ꝛ ipsa laudatores suos in hora mortis defendit. Item in completorio. Nam tali hora dies est completa: ꝛ ipsa in cōplemento vite nostre pro nobis intercedit: ꝛ in eterna tabernacula recipi facit vbi completuz est gaudium electorum. ¶ Officium beate Marie instituit Urbanus papa cantari vt dicetur in titulo de tēpore adue-tus. Nocturnale aūt officium nobis ad memoriam reducit tēpus ab adam vsqz ad noe. Matutinale tēpus a noe vsqz ad abrahaz. Prima tps ab abrahaz vsqz ad moysen. Tertia a moyse vsqz ad dauid. Sexta tempus a dauid vsqz ad aduentū xpi. Nona tpus lequēs vsqz ad secunduz aduentū qñ vēturus est reddens vicez pro additis. Per vesperas recolimus sabbatuz. i. requiē animarū post exitū a corporibus vsqz ad diem iudicij. Per cōpletorium vero recolimus repletum numerū ꝛ consumatuz gaudiuz sanctorū: qō complebit in die magne festiuitatis qñ benedicti percipient regnū dei. In hac igitur parte de officijs ecclesiasticis in genere tractare intendim⁹ videlicet de his que in officio cuiuslibet ecclesie dicuntur. De nocturnis. De laudib⁹ matutinis. De prima. De tertia. De sexta. De nona. De vesperis. De completorio.

ESt aūt officium secunduz Isidorum ꝓprius vel congruus actus vniuscuiusqz persone ſm mores ciuitatis vel institute ꝓfessiōis. Alia nāqz habent instituta monachi alia canonici alia heremite: ꝛ sic de reliquis. Dicatur officium ſm Hiero. in libro de officijs ab efficiendo: quasi efficiuz ab efficio efficis vna littera in aliam ꝓpter decorez sermōis mutata. Vnicuiqz eteniz conuenit suuz efficere officium. Vel ſm Isidorum officiū dicitur vt quisqz illa agat q̄ nulli officiant sed omnibus prosint. ¶ Ceterum in ecclesia generaliter nil canendum aut legendū est: quod a sācta romana ecclesia canonizatum ꝛ approbatum expresse aut per patientiam nō sit. In primitiua tamen ecclesia diuersi diuersa quisqz pro suo velle cantabāt dūmodo quod cantabant ad dei laudem pertineret. ¶ Quedaz tamen officia obseruabant ab omnibus ab initio cōstituta: vel ab ipso xpo vt oratio dominica: vl ab aplis vt symbolus. Succedentibus vo temporibus: quia ecclesia dei propter hereses scissa est. Theodosius imperator hereticoruz extirpator rogauit damasuz papam vt per aliquem prudentem ꝛ catholicū virum ecclesiasticum faceret officium ordinari. Unde idem papa precipit Hiero. presbytero tunc in bethleem cum paula eustachio ꝛ alijs virginibus morāti: qui prius sub septez apostolicis rome vixerat: quatenus officium ecclesie ordinaret. Ipse nāqz nouerat linguas quattuor: hebraicam: grecam: caldaicaz: ꝛ latinam: quod ille obtemperans fecit. Ordinauit itaqz q̄tuz de psalmis in domica quantū in scōa feria: ꝛ q̄tum in tertia feria: ꝛ sic deinceps legerē. Euangelia quoqz ꝛ epistolas tē. q̄ de nouo ꝛ veteri testa. ī eccl̄ia legunt̄ ꝓter cantū: magna ex parte ordinauit q̄ opus exemplum. Idem Hiero. romam misit ꝛ a damaso papa canonizatum est: ꝛ p̄ceptū a cunctis ecclesijs obseruari ꝛ appropriatum est ipsi damaso propter auctoritatem suam quam interposuit. C. de ve. in. enu. l. tanta. Cōsequenter tamen beatus gregorius ꝛ gelasius orationes ꝛ cantus addiderunt ꝛ lectionibus ꝛ euangelijs. Responsoria coaptauerunt. Gradualia vero. Tractus ꝛ Alleluia Ambrosius Gelasius ꝛ Gregorius ad missaz cantari instituerūt. Pleriq; quoqz alij doctores ecclesie aliqua alia superaddidisse noscuntur. Sancti enim patres non simul omnia ad decorē officij pertinētia: sed diuersi diuersis temporibus ordinauerūt. Unde ꝛ misse inceptio tres habuit varietates. Aliquando enim a lectione inchoabatur ꝓut fit hodie in sabbato sancto. postea Celestinus papa ps. ad misse introitum dici instituit. Grego. vero introitus cuz cantu ordinauit. Legitur in vita beati eugenij q̄ dum ad huc officium ambrosianum magisq̄ gregorianum ab ecclesia seruaretur. Adrianus papa concilium conuocauit: vbi statutuz est q̄ gregorianū deberet vniuersaliter obseruari: ad quod karolus imperator omnes clericos minis ꝛ supplicijs per diuersas prouincias cogebat libros ambrosiani officij cōburens. Beatus vero eugenius ad concilium quoddam ꝓpter hoc cōuocatum veniens inuenit ipm cōcilium per triduum iam solutuz: inducens dūm papā q̄ omnes prelatos q concilio interfuerant: ꝛ iam per tres dies recessserant reuocaret. Concilio igitur itez congregato omniuz patrum fuit vna snia q̄ missale ambrosianum ꝛ gregorianum super altare sancti petri apostoli ponerent: plurimoruz episcopoꝝ sigillis munita ꝛ fores ecclesie clauderētur: ꝛ ipsi tota nocte orationi insisterent vt dominus per aliquod signuz indicaret quod horum magis ab ecclesia seruari veller: sicqz per oia factum est. Hanc igitur ecclesiaz intrātes vtrūqz missale super altare apertū inuenerūt: vel vt alij asserunt missale gregorianuz penitus dissolutum ꝛ huc illucqz dispersuz inuenerunt. ambrosianū vero solūmodo apertum super altare in eodem loco vbi positum fuerat inuenerunt: quo signo edocti sunt diuinitus gregorianum officium per totum mundum dispergi: ambrosianum vero tm̄ in sua ecclesia obseruari deberet: ꝛ sic vsqz hodie seruatur. Siquidez tpe karoli iperatoris officium ambrosianuz precipue dimissuz est. ꝛ gregorianum imperiali auctoritate plurimum adiuuantē diuulgatuz. Ambrosius enim multa instituit iusta ritum grecoruz: vt dicetur infra vbi de hymnis agetur. Ut aūt muscę moriētes abigant̄ ꝛ mens orantis serenet̄ vt digne cuz deo loquat̄ ꝛ vt si mēte nō orauerit dns in furore non irascat̄ sed misereat̄: iō laudabili cōsuetudine inductū est vt sacerdos aū canonicarū horarū initia ꝛ in fine dominicaz orationē ꝛ aū horas beate marie ꝛ ī fi. aue maria ꝛc. voce sub missa ꝑmittat. Unde in concilio gerundiñ. de con. di. v. id semper statutum est vt etiā post singulas horas dicat̄: ne dyabolus de corde sacerdotis rapiat siquid boni ibi seminatuz est. Tm̄ in ꝑmitiua ecclesia post quālibet horam alta voce absqz alia oratiōe dicebatur: quod adhuc ecclesia latrañ. dicitur abfuare.

Quidam etiam in fine horarum dicūt: Dñs det nobis suam pacem. Be hac dñica oratione sub prima ⁊ sub vesperis dicetur. Quia vero dñs ait in euangelio Sine me non potestis facere quicq̄. ideo in singulis diurnis horis sacerdos incipit. Deus in adiutorium meum intende: ⁊ singule finiuntur per deo gratias: ⁊ sic initium ⁊ finis referuntur ad idem. s. ad deum qui est alpha ⁊ o. id est principium ⁊ finis. xxxv. di. ab exordio. Dicendo igitur deus in adiutorium meum intende: mater ecclesia inuitat homies. Juxta illud: venite filij ⁊ audite me: quod ideo introductum est: quoniaz dum archa domini ad portanduz leuabatur. dicebat moyses: Exurgat deus idest exurgere fac ⁊ dissipentur inimici tui ⁊ fugiant qui oderunt te a facie tua: sic ⁊ sacerdos noster dicit: Deus in adiutorium meum intende: hoc est presta mihi auxilium in resurgendo a peccatis: ⁊ contra varios inimicos qui tuam circundant ecclesiam. Per archam enim intelligitur ecclesia que vsqz in finem circundabitur a persecutoribus siue apertis siue occultis: sicut archa ab inimicis circundabatur. Orat ergo sacerdos ne inimici preualere valeāt aliquos a cetu fidelium per. astutiam forsitan separando. Cum enim persecutio iusti fit a leone i. a diabolo impetu. i. manifeste seuiente vel a draconе. i. a diabolo. in insidijs. i. occulte persequēte omnes clament. Deus in adiutorium meum intende. vij. q. i. §. cum vero. preterea cum secundū apostolum in dei nomine omnia facienda sint. xxvj. q. vlti. non obseruetis. merito est ab eo inchoandum. ¶ Circa hoc notandum est q̄ contingit tribus modis peccare: videlicet corde: ore ⁊ opere: ideoqz tribus diuersis modis ore inchoantur: videliz completorum per conuertenos deus contra peccatum cordis matutinuz per domine labia mea aperies contra peccatum oris. Alie vero omnes diei hore per deus in adiutoriū meū cōtra peccatum operis. Et quoniam in peccato cordis ⁊ oris est aliquid operis ideo in omnibus horis tam diurnis q̄ nocturnis dicitur Deus in adiutoriuz meum intende. contra peccatum operis. Monachi vero dicunt primo in nocturnis Deus in aduto. meuz inten. postea domine labia mea aperies: quia sine adiutorio dei nec cor nec labia ad ipsius laudez aperire valeāt. Joh. xv. Sine me nihil potestis facer. ¶ Interea vero sacerdos cum dicit. Deus in adiutorium meum intende. signo crucis se munit ad effugandam illius virtutem quamlibet diaboli versutiam ⁊ potestatem. valde enim timet signum crucis: vnde Chrysostomus. Ubicunqz demones signum crucis viderint: fugiunt timentes baculum quo plagam acceperunt. Stephanus quoqz papa de cōse. di. v. nunquid ait nunquid non omnia chrismata. i. sacramēta que cum chrismatis vnctione prestantur. sacerdotalis ministerij crucis figura. i. signo perficiuntur. Nunquid baptismatis vnda sine cruce sanctificata peccata relaxat. ⁊ vt cetera pretereamus sine crucis signaculo quis sacerdotij gradus ascendit. Baptizandus quoqz signo crucis signatur in fronte ⁊ in pectore. Be p̄fundo quidez crucis mysterio dicetur in. vi. parte sub ti. de paraseeue. ⁊ hic etiā aliqua supponam. ¶ Sane crux domini multiplicit̄ fuit in veteri testa. prefigurata. Legitur siquidem q̄ moyses ad mandatū domini eneum serpentem erexit in palo in deserto p̄ signo quem aspicientes qui percussi fuerant a serpentibus illico sanabantur. quod ipe xp̄s exponens iquit in euangelio. Sicut moyses exaltauit serpentem i deserto: ita exaltari opōrtet filium hominis: vt omnis q̄ credit in ipsum nō pereat: sed habeat vitam eternam legitur etiam q̄ cum ioseph applicuisset manassen ⁊ effraim ad iacob statuens maiorem ad dextraz ⁊ minorem ad sinistram: vt eis p̄m ordinem benediceret. Jacob manus cōmutans. i. in modum crucis cancellans dextram posuit super caput effraiz minores ad sinistraz super manasse maioris ⁊ dixit Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis ⁊c. Item moyses ait. Die ac nocte erit vita nostra pendens: ⁊ videbitis ⁊ cognoscetis. xp̄s enim nocte fuit in cruce pendens: quia tenebre facta sunt ab hora sexta vsqz ad nonam. Quod etiam fuerit pendens certum est. ¶ Rursus legitur Ezechielis. ix. Ezechiel audiuit dominum dicentem ad viruz vestituz lineis habentem attramentum scriptoris ad renes transi per mediam ciuitatem: ⁊ signa thau in frontibus virorum dolentium ⁊ gementiuz. Post hec dixit. vij. viris: transite per mediam ciuitatem ⁊ percutite omnē sup quem nō videbitis thau nemini parcet oculus vester Item Hiere. Congregabo omnes gentes: ⁊ erit eis i signum thau. Item alibi. Et erit principatus eius sup humeram eius. Christus enim portauit super humeros crucez in qua triumphauit. Joannes quoqz vidit angelum ascendentem ab ortu solis habentes signuz dei viui ⁊ clamabat voce magna quatuor angelis q̄bus datum est nocere terre ⁊ mari dicens. Nolite nocere terre ⁊ mari neqz arboribus quousqz signemus seruos dei in frontibus eorum. Item lignum missum in marath aquas dulcorauit amaras: ⁊ ad lignum missum in iordanem: ferrum quod inciderat enatauit. hoc est lignum vite in medio paradisi. de quo sapiens protestatur. benedictum lignuz per quod facta est iustitia: quoniam regnauit in ligno deus Hoc ergo crucis signo se armat ecclesia in pectore ⁊ in fronte significans crucis mysterium. esse corde credenduz: ⁊ manifeste ore confitendum. Per hoc enim signuz cōfunditur ciuitas diaboli ⁊ triumphat ecclesia terribilis: vt castrorum acies ordinata. Juxta illud. Terribilis est locus iste ⁊c. ⁊ alibi. Vidi ciuitatem magnam sanctam hierusalem nouam ⁊c. Aug⁹ tamen dicit. xi. di. ecclesiasticarum. q̄ nulla scriptura noui testa. vl̄ veteris docet fideles crucis signaculo insigniri. ¶ Est autem signum crucis tribus digitis exprimendū: quia sub invocatiōe trinitatis iprimit̄. Be qua ꝓpheta ait. Qui appendit tribus digitis molem terre. Pollex tñ supponier: quoniā totā fidē nostrā ad deū vnū ⁊ trinū referimus: ⁊ mox post ipsā inuocationē trinitatis pōt dici versus ille. Fac mecū dñe signū in bonū vt videant q̄ me oderūt ⁊ confundant: qm̄ tu dñe adiuuisti ⁊ cōsoles me. Jacobite vero asserentes: sicut ⁊ eutichiani vnā tm̄ naturam. s. diuinā esse in xp̄o. ⁊ sicut vna est p̄so vno tm̄ digito se signare dicūt. quoz error i canonib⁹

extirpaſ. xij. di. c. i. ꝛ. ij. xxiiij. q. iij. quidam. v. euticiani. Verum quidam ſignant ſe a fronte deorſum i quo illud exprimitur myſteriuz q̄ inclinauit deus celos ꝛ deſcendit in terram. Deſcendit quidem vt nos de terra leuaret in celum. Deinde a dextra ad ſiniſtrā p̄mo vt eterna que per dextraz tēporalibus que per ſiniſtrā ſignificanť preferendo deſignent. Secundo ad notādum q̄ xp̄s de iudeis tranſiuit ad gentes. Tertio q̄ xp̄s a dextra. i. a patre veniens: diabolum qui per ſiniſtraz ſignificat in cruce p̄emit. Vnde exiuit a patre ꝛ veni in mundum. Illi vero ſignum crucis a ſiniſtra ꝓducunt in dextrā fulti auctoritate illa. Egreſſus eſt a patre excurſus vſq; ad inferos recurſus ad ſedem dei. Incipiunt eni ſe ſignare a parte ſuperiori que patrem ſignificat ꝛ deſcendunt ad inferiorē que mundū deſignat. deinde a ſiniſtra parte que infernum producunt ad dextrā que celū ſignificat. Nam xp̄s deſcēdit de celo in mundū: de mundo ad infernum ab inferno aſcendit in celū: vbi ſedet ad dextrā dei patris. Secūdo hoc faciunt ad inſinuandum q̄ de miſeria tranſire debem⁹ in gloriā: ꝛ de vitiis que per ſiniſtrā ad virtutes que per dextrā ſignificanť: vt legitur in euāgelio Matth. nā ꝛ xp̄s de morte tranſiuit ad vitaz. Tertio q̄ xp̄s a tēporalibus ad eterna p̄ fidē crucis nos eleuat. ¶ Conſiderandū autē eſt q̄ qui a ſiniſtra ꝓducunt in dextrā ſeipſos ꝛ alios pariter cōſignāt. ſz tunc ſup illos ſignū crucis a dextra in ſiniſtrā ꝓducūt. q̄ nō cōſignāt eos quaſi vertentes dorſū: ſz quaſi faciez p̄ſentātes. ſz ꝛ cum ſup alios p̄cipaliter ſignū crucis imp̄imūt etiā ſeipſos a ſiniſtra in dextrā: ſed alios a dextra in ſiniſtrā ꝓſignant. Sane regulariter in oib⁹ euāgelicis verbis debem⁹ facere ſignū crucis vt i fine euāgelij ſymboli dñice oronis. Gloria in excelſis deo ſanctus: agn⁹ dei: bñdict⁹ dñs de⁹ iſrael. magnificat: ꝛ nūc dimittis. ꝛ in p̄ncipio horarū ꝛ in fi. miſſe q̄n ſacerdos dat bñdictiōem: ꝛ etiam vbicūq; de cruce vel crucifixo mētio fit. que etiaz oīa ſtando ſicut ꝛ euāgelium audire debem⁹. In oī etiā actu noſtro ſignū crucis facere debemus. Vnde Ambro. ad oēm actuz in ceſſum ve. manus impingat in crucem. Et aduerte q̄m crucis figura quadripartita ē. vel ꝓpter quatuor elementa que in nobis vitiata xp̄s ſua paſſione curauit vel ꝓpter boīes quos ex quattuor partibus orbis ad ſe traxit. Iuxta illud: Si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipſum. vel ꝛ hec quadratura p̄tinet ad moralitatē. hz enim longitudinem: latitudinē ſublimitatē ꝛ p̄fundū. Profundum eſt acumen quod terre infigitur. lōgitudo eſt inde ad brachia latitudo eſt in expāſione. altitudo ſeu ſublimitas eſt a brachijs vſq; ad caput. Profundum ſignificat fidem que ē poſita in fundamento. altitudo ſpem que eſt repoſita in celo. latitudo charitatem que eſt ad ſiniſtram ꝛ ad inimicos extenditur. longitudo perſeuerantiaz que ſine fine concluditur. de hoc dicetur in ſexta parte ſub ti. de paraſceue. De ſigno crucis quod fit in p̄ncipio ꝛ in fine euangelij dictum eſt in iiij. parte ſub ti. de euāgelio. ¶ Poſt deus in adiu. me. inten. ꝛc. ſtatim i ſingulis horis ſubijcitur Gloria patri ꝛ filio. Sicut erat ꝛc. quos duos vſus beatus Hiero. ſcripſit inter opuſcula que pape Damaſo miſit. ꝛ ipſius rogatu ideż damaſus illos in fine pſalmorum cantari inſtituit. ipſū tamen verſum Gloria. nicena ſynodus dicit̄ edidiſſe. Quia. n. dñs dixit adhuc te loquente ecce aſſum. ideo quaſi iam nos intellexim⁹ exauditos eſſe gratiarū actiones. trinitati tribuimus dicentes Gloria patri ꝛc.

¶ In exequijs nō mortuoꝝ nec deus i adiu. nec gloria pa. dicim⁹. q̄ i illis ſaluatoris exequias imitamur in quibus hec ceſſant: put in ſequenti parte ſub ti. ō quinta feria cene dñi dicetur. Similiter poſt vnūquēq; pſalmū dicit̄ Gloria pa. ꝛc. q̄ verſus iſte tot⁹ trinitatis ſimplex laus eſt. Pſalm⁹ nāq; bonā operatiōnē ſignificat: qua finita merito deo gl̄ia danda eſt qui p̄o oī opere bono laudādus eſt ꝛ nūc ꝛ ſemp ſicut laudādus erat in p̄ncipio q̄n celū ꝛ terrā creauit. Sicut enim ſibi ſoli laus eſt de creatione celi ꝛ terre: ſic ei ſoli laus eſt de oi opere bono nūc ꝛ ſemp. In p̄miſſo quidē verſu. Sicut erat in p̄n. ꝛc. multiplicium temporum varietas demonſtratur: vz in ſicut erat in p̄n. preteritū: in ꝛ nūc preſens. in ꝛ ſemp futurū ꝛ eternū in ꝛ in ſecula ſeculorum longitudo magna. vñ Origines. Quotiens ſecula ſeculorū nominat: fortaſſe licz nobis ignotus tamē a dño ſtatutis aliquis terminus indicatur. Legitur q⁹ Ildebrandus p̄ior cluniacēn. factus papa greg⁹ dum in minoribus agens legationis officio fungeretur Archiepiſcopū ebredunēn. de ſymonia accuſatum: ꝛ accuſatores omnes corrumpentem ita vt conuinci non poſſet miraculoſe conuicit: p̄cepit enim illi vt diceret verſum Gloria pa. ꝛc. Ille vero licet expedite diceret Gloria patri ꝛ filio tamē ꝛ ſpiritui ſancto proferre nō poterat: quippe quia in ſpiritū ſanctum peccauerat. Reatū ergo ſuum confeſſus ꝛ depoſitus. mox expedite ꝛ ſpiritui ſancto pronunciauit.

¶ Et nota q̄ gloria patri dicit̄. xxiij. vicibus in nocturnis feſtiuitatum: put dicetur in. vj. parte ſub ti. de feria quinta cene dñi: quod fit in honorez. xij. apoſtolorū qui ſunt. xij. hore diei. i. xp̄i. a vero ſole illuminate. ꝛ ſunt xij. hore nocte. i. eccleſiam illuminantes qui dñm gl̄ie in nocte huius ſeculi p̄dicauerunt. Tullius dicit q⁹ gloria eſt frequēs de aliquo fama cum laude. Ambro. dicit q̄ gloria ē clara cū laude noticia. Aug⁹ dicit in. v. de ci. dei de gloria ſeculi: q⁹ gloria eſt iudiciū hominum bene hominibus opinatuz. Et poſt gloria patri ſubijcitur alleluia: de quo ſub ti. de prima dicit̄. Hymni quoq; tam ex inſtitutione Gelaſij pape q̄ ex approbatione conciliorum toletani ꝛ agatheñ. de cō. di. i. de hymnis ꝛ di. v. conuenit. in ſingulis diuinis officijs canuntur. Eſt autem hymnus grece. latine laus dei cum cantico. vel vox humana in laudem dei metrice compoſita. Canticum vero eſt exultatio mētis habita de eternis in vocem humanam p̄rorumpēs. quia vero pſalmi ſunt hymni. vnde ꝛ pſalterium dicit̄ liber hymnorum: ideo in quibuſdā eccleſijs hymnos non cantant: quod tamen approbandum nō eſt: q̄m nō ſine cauſa ſunt a ſanctis patribus inſtituti: ꝛ ꝓterea nō omnis hymn⁹ ꝑs. eſt vt q̄n nil operando deum cū mentis exultatione laudamus: propter quam laudez exprimendā hymn⁹ cantat̄. Pſalmi vero opera bōa ſignificant: vt infra dicit̄. Illud autez notandū ē q̄ in

diuinis officijs hymni precedunt ps. in nocturnis vero sez i vesperis cõpletorio ꝛ laudibus matutinis ecõuerso. Dies eni pertinet ad spũales qui hñt gaudiuz cõscientie. nox ad penitẽtes qui hñt remorsũ cõscientie: illos exultatio inducit in operationẽ quibus dicit Cantate ei canticum nouum bene psallite ei in vocisexultationẽ. Istos per operationẽ oportet venire ad exultationẽ. Idcirco in diurnis officijs hymni precedũt ps. In nocturnis vero ecõuerso. In vesperis autem ꝛ i prima quo loco hymni canent ibi dicetur. Rursus stando hymnos cantamus in erectiõe corporuz ostẽdentes q in laudando deũ corda sursum erecta hre debm⁹. Verũtamẽ nisi mens cõsonet lingue certũ est vocẽ quantũlibet clamorosã dño nõ placere. Differẽtia ergo est inter ps hymnũ ꝛ canticũ. Nã in ps. opa in hymno laus. in cantico mẽtis exultatio intelligitur de quo dicetur sub ti. de laudibus matutinis. De his tribus dicit apostolus ad collo. iij. In ps ꝛ hymnis ꝛ canticis spũalibus cantãtes ꝛ psallẽtes in cordib⁹ vestris dño. xciij. di. cantãtes. ꝛ in his trib⁹ varietatib⁹ oẽ gen⁹ musicoꝝ accipi põt. put iam dicetur. In nouo testa. Hilarius pictauiẽ. ẽps primus hymnoruz carmine floruit: ꝛ post eũ Ambro. ideoq; hymni ambrosiani dicunt: qz eius tempore plurimuz in ecclesia mediolañ. cantari ceperũt. Postea vero i ecclesijs occidentalib⁹ quecũq; carmia in dei laudẽ dicunt hymni vocant. Aug⁹ dicit in li. cõfessionũ q cum Ambr. a iustina imperatrice arriana pfidia dãnata psecutionem pateret: ꝛ intra ecclesiã cum plebe catholica insidijs vigeret instituit hymnos ꝛ psalmos fm morem orientaliũ decantari: ne popul⁹ merozis tedio cõtabesceret q ad oẽs fuit postmodũ ordinatũ. ¶ Et aduerte q in quibusdã ecclesijs hymnus natalis dñi ꝛ festorum illius septimane sub eodẽ cantu dicunt. Ratio ẽ qñ sicut membra ad caput: sic sancti se habẽt ad xp̃z a quo sicut a capite influentie eterne beatitudinis pticipare noscunt. Quia igit hoc inchoatũ existit in ei⁹ natiuitate ꝛ consumatũ in resurrectiõe: quia tũc cyrographus damnationis deletus est ꝛ reseratũ celũ q tot annis manserat clausũ: ideirco eo precipue tẽpore solẽnitates sanctoruz sub cantu solennitatis xp̃i rõnabiliter recoluntur. Hoc autem nõ cõtingit in cantu hymnoꝝ paschalis tẽporis in quo significat q sancto rũ gloria in ipsis nõdũ totaliter est pfecta. ppter appetitũ resurrectiõis corporũ suoruz: ꝛ ideo ip̃i xp̃o nõdũ totaliter cõformant. ¶ Antiphone quoq; in singulis horis ex institutõe beati Ambrosij dicunt. p eo q beatus Ignati⁹ tertius a beato Petro antiochenus ẽps audisse legit in tripertita historia supquendaz monstem angelorũ choros antiphonas canẽtes. Inde eni greci primo antiphonas cõposuerunt: ꝛ eas cum psalmis in choro quasi in chorea cantari ordinauerunt: q mox ad vniuersas transit ecclesias: vt iaz vbiq; antiphone decantent. Dicunt autem antiphone respectu ad psalmodiaz cui rñdent: sicut ꝛ rñsoria respectu ad historiam. vnde ꝛ antiphona dicit quasi ante psalmũ sonans. Inchoatur enim ante psalmũ qui op⁹ significat. ipsa vero significat charitatis copulam seu mutuam dilectionẽ sine qua opus nõ prodest ꝛ per quaz opus incipit meritoriũ esse. Recte igitur fm ei⁹ tonũ melodia psalmi informat: quia dilectio opera nostra informat: ꝛ fm hoc dicit ab anti qõ est contra ꝛ phanos qõ est sonus: qz psalmos fm melos ei⁹ intonat: ꝛ manus operat fm q charitas igniculo excitatur. Psalm⁹ aũt antiphone intermiscet qz fides p dilectionẽ operat. Verũ ante ps ip̃erfecte ꝛ post pfecte dicit qz charitas in via ip̃erfecta habet seu hic initiat. sed in patria p bona opera que hic ex charitate fiunt pficietur: iuxta illud Isa. vnit dñs cui⁹ ignis in syon ꝛ caminus in hierusalẽ. In precipuis tñ festiuitatib⁹ etiã ante psalmũ perfecte dicit ad notandũ q in illis perfectiores i bonis operib⁹ nos exhibere ẽbem⁹. Inchoatur quoq; ab vno vni⁹ chori ꝛ finit a plurib⁹ vtriusq; chori. Primo qz charitas ab vno. s. xp̃o incipit ꝛ in mẽbris ei⁹ cõsumat. Ab ipso sicut ip̃e dicit in euangelio Jo. Mandatũ nouuz do vobis ꝛc. Be⁹ eni prior dilexit nos: vñ ꝛ nos cõiter dilectioni eius cor rñdere debemus. Secũdo ad notandũ q vox p̃dicatoruz q̃ semp ad vnitatez tendit nos monet: vt qõ vnusquisq; singularit operando acquirit alteri per dilectionẽ porrigat: vt si vnus adiscit in scolis ꝛ alter seminat i cãpo tẽpore fruct⁹ doctor seminãti doctrinã porrigat ꝛ sator doctori panẽ. ¶ Ceterũ antiphona psalmos cõiter ab oĩbus cantat: quia de dilectiõe cõe gaudiũ surgit. Cantat etiã a duobus chorus alternatim ad notandũ mutuã dilectionẽ siue charitatẽ que in pancioribus q̃ duobus cõsistere nequit. ¶ Cõiungit ergo antiphona duos choros: vt charitas per bonum op⁹ coniungat duos fratres: Isidorus dicit i li. vj. etymo. q antiphona grece interpretat latine vox recipzc ca: quia duo chori siue de vno ad vnũ reciprocãdo vicissim melodiaruz cantus alternãt: quasi duo seraphin duoq; testamenta inuicẽ fibi cõclamantia. Unde clerici antiphonas cantantes nõ vertunt vultus ad altare sed se adinuicẽ versis vultibus respiciunt q genus canendi greci adinuenisse traditur. est itaq; antiphona quedam cantilena diuinis laudibus ad recreationem inserta. Nihil enim amplius charitate recreat animos: que quia modulãdo cantat mentis iocunditatem significat: iuxta illud ps. Psallite sapienter tũe enim iocunditas sapida est cum de deo est. Tunc etiã manus sub pẽnis sunt Ezechielis. i. ꝛ prouer. Beatus vir qui inuenit sapientiam ꝛ qui affluit prudentia: quia qui habet iocunditatem mentis de eternis ỏ facili affluit prudentia. i. bonis operibus quibus sibi prouidet in futuro. Vel fm moysen antiphona ẽ quedam vox qua sibi inuicem angeli collocunt. Sex aũt antiphone que diebus feriatis ante ps. nocturnales dicuntur de psalmis sumuntur: ꝛ bonorum operum perfectionẽ vel sex opera misericordie designant: qñ senarius numerus perfectus est. Ille vero que dicũt super benedict⁹ in laudib⁹: ꝛ super magnificat in vesperis: de euangelijs dicrum in ḡbus dicunt sumunt exceptis illis que in ḡnta feria dicunt: put dicetur in sexta parte sub ḡnta feria secunde dñice. xl. ¶ Rursus in quibusdam ecclesijs in fine antiphone sit neuma seu iubilus: qz beatus populus q scit iubilationez Est autem neuma seu iubilus ineffabile gaudiuz seu

mentis exultatio habita de eternis. Ideoq; in dieb⁹ ieiuniorū ⁊ afflictionum nō debēt fieri: sicut nec in luctu cytharizari: ⁊ fit neuma in vnica ⁊ finali littera antiphone ad notandum q̄ laus dei ineffabilis ⁊ incōprehensibilis est. ineffabile nanq; gaudium per neuma significatū quod hic p̄gustat̄: nec penit⁹ exprimi nec penitus taceri valet: quare merito ecclesia verbis omissis iubilando cū neuma quasi in admirationem prosilit: ac si dicat que vox que poterit lingua retexere ⁊c̄. Verba enim hic nō sufficiunt: nec intellectus capit: nec amor etiam dicere finit. Quis enim plene enarraret q̄ oculus nō vidit: nec aures audiuit: nec in cor hois ascendit: Neumatizādo ergo expressius quodā modo sine verbis dicit quam per verba innuat quantum sit illud celi gaudium vbi verba cessabunt: ⁊ homines oia scient. Verū q; perfectorū nō iubilus est i magnis festiuitatibus nō tam maiores q̄ etiaz minores exultant. inde est q̄ in q̄busdā ecclesijs in quibus neuma nō dicit̄. vox nō significatiua in vocē significatiuam conuertit̄: quia loco iubili ⁊ neume: trophi ⁊ sequentie decantātur. ad quas laudes ⁊ minores ⁊ maiores passim admittunt̄: ⁊ ideo cōiter ab oībus decāntantur. In quibus antiphonis dicat̄ neuma seu iubilus: ⁊ quare hoc potius fit in tp̄e p̄scali dicetur sub titulo de laudibus matutinis. Jubilus autem diuersa significat: ⁊ in diuersis locis in eodem responsorio sepe fit: put dicetur in sexta parte sub natali. Jtē ō neuma que fit per alleluia in quarta parte sub alleluia dictuz est. Jtem in q̄bus antiphonis dicat̄ alleluia in sequenti parte sub festo natalis dicetur. ¶ Et nota q̄ neuma neume sine. p. ⁊. in feminino genere est iubilus de quo dictum est: sed. p. neuma .tis grece scriptū per p. in neutro genere est spiritus sanctus. vtrunq; tamē pro feminino sepe ponitur i scripturis. Sane neume que in missa fiunt representāt gaudiū: que potius fieri solent in e vt in kyriel̄. vel in a vt alleluia q̄ in alijs vocalibus ad notandū gaudium spirituale quod nobis restitutum est in partū virginis cui facta est mutatio huius nominis Eua in aue: dicente angelo: Aue maria ⁊c̄. ⁊ ibi mutans nomen eue. Significatio nāq; huius nominis eue manserat vsq; ad angeli salutationem. Illam autem significationem ade ⁊ eue nascentes infantes exprimunt. Naz femina nascens p fert e. masculus vero a. vnde versus. Et dicunt e vel a quotquot nascuntur ab eua. Ille ergo neume non significant dolorem quem nobis attulit trāsgressio ade ⁊ eue: prout quidam scripserunt. sed gaudium nobis in premissa salutatione virginis restitutum. ¶ Rursus considerandum est q̄ fere vbicunq; in cantu scribitur hierusalez neuma producitur: vt celestis hierusalem iubilatio figuretur: exemplum habetur in alleluia. Te decet quod cantatur dñica. x. post pēthe. Idē etiam est quotiens alleluia duobus versibus insigim⁹ vt ō stola duplici gaudeam⁹. Exemplum est in alleluia Pascha nostrum quod dicitur in die resurrectionis ⁊ i alleluia Angelus dñi: quod dicitur in sexta feria tunc sequenti. Vtrunq; alleluia duos habet versus prout gradualia antiqua ostendūt: ⁊ sic de alijs. In quibusdam tamen festiuitatibus quidam versiculi in nocturnis antiphonas precedunt: de quo in sequenti parte sub dñica trinitate dicetur: Post antiphonas in singulis horis diurnis ⁊ nocturnis exstitutōe Bamasi pape. psalmi ad antiphone simphoniā canuntur: ⁊ significat p̄s. bonam ⁊ diuinam operationem. Unde dauid in psalterio decacordo psallam tibi. In tali enim instrumēto psallebat innuens q̄ in psalterio spirituali spiritu viuificato per fidem debemus psallere deo decem legis mandata implendo Ipse autem Bamasius instituit vt chori in duas partes diuisi psalmos canerent alternatim. Et dicuntur psalmi alternatim ad notandum alternam sanctorum ad bene operandum exhortationē. Priscis nanq; temporibus confuse ⁊ quasi in chorea dicebant̄: ideoq; sancti patres ordinauerunt vt alternatim dicerentur. i. vna pars chori vnum versum ⁊ altera aliuz diceret q̄ beat⁹ Ignatius prim⁹ statuisse fertur in ecclesia antiochena: pro eo q̄ in visione audiuit angelos antiphonatim psalmos psallentes: de hoc etiam dictum est in prima p̄te sub ti. de ecclesia. Dicuntur etiam alternatim ad notandum q̄ alter alterius onus ferre debet. Psalmos quoq; stando dicimus ad ostendendum q̄ stantes in bonis operibus vincimus. Duz enim populus israel cū amalech pugnabat q̄diu moyses manus leuabat populus vincebat. qñ vero manus dimittebat popul⁹ vincebatur. xxxvij. dis. siquis vult. Elevatio igitur ad standum significat mentis nostre deuotionē: vt statu corporis mentis affectionē monstrem⁹ vz nos paratos esse siue ad domandū carnem siue ad exercitium operis. ¶ Lectiones vero que sunt doctrina nostra in silentio ⁊ sedendo audimus quoniā doctrinā sedēdo ⁊ quiescēdo recipim⁹. vnde ecclesiasticus: Sapiētiam scribe in tempore ocij: ⁊ qui minorat̄ actu percipiet eam. Et iterū: verba sapientie in silentio ⁊ quiete discuntur. Et prophetа ait erit cultus iustitie silentium. v. q. iiij. in loco. Sanctos quoq; stantes orām⁹ significantes eos in perpetua letitia fore. Juxta illōr stantes erant pedes nostri in atrijs tuis hierusalem. ¶ Sane in diuinis horis sex psalmi dicunt̄ per quos sex opera misericordie denotantur: quib⁹ i vinea dñi laborantes intendere debent: que si pie ⁊ mundo corpore exerceamus a seruitute diaboli liberati ad libertatem vite perueniemus: ⁊ retributionem diurni denarij recipiemus. Veruntamen sub trinus glorificationibus dicuntur ad insinuandum fidez sancte trinitatis ad quam diuina sunt opera referenda. In vesperis vero quinq; dicuntur: put ibi dicet̄: ⁊ sunt psalmi horarum innariabiles put sub cōpletorio dicetur. ¶ Illud quoq; pretermittendū non est q̄ vn⁹ atq; idem psalmus in varijs festiuitatib⁹ cantatur pro eo quia ibi versus pertinentes ad illas inueniunt̄: vbi gratia. In natiuitate dñi cantamus psalmū eructauit. p̄pter versum illum Speciosus forma. Cantam⁹ etiaz illum in festo virginū p̄pter versū adducent̄ regi virg. ⁊c̄. ⁊ etiam in festo apostolorū p̄pter versum: p̄ patribus tuis ⁊c̄: Jtem psalmus Quare fremuerūt gētes cantat̄ in natiuitate p̄pter versum Dñs dixit ad me. ⁊ in passione dñi p̄pter versum Astiterūt reges terre ⁊ sic de alijs. Preterea vnum ⁊ idem vocabulum sepe

diuersimode accipitur. verbi gratia. Hoc nomẽ templum significat corpus xpi: vt ibi. Soluite templum hoc. Aliquando significat templũ materiale. inde est q̃ psalmiũ illũ Magnus dñs tc̃. cantamus in natiuitate ꝓpter versũ illum Suscepimus deus tc̃: intelligimus enĩ ibi de tẽplo corporis. Cantamus etiã eundẽ psalmũ in purificatiõe. t ibi accepimus de materiali templo in quo fuit eadẽ die p̃sentatus. de psalmodia tam nocturna q̃ diurna in suis locis dicetur. ¶ Et nota ꝑm hiero. de cõse. di. v. nõ mediocriter: q̃ melior est quinq; psalmorũ cuz cordis puritate t serenitate spirituali t hilaritate decantatio q̃ totius psalterij cũ anexitate cordis atq; tristicia modulatio. ¶ Postremo notandum est q̃ psalmi graduales sunt quindeci qui signati sunt per quindecim gradus quibus ascẽdebatur ad templum salomonis quod erat in monte Hos quindecim gradus vocant quidam canticũ graduum: eo q̃ in quolibet premissorum quindecim gradum singuli psalmi decantabantur: t hoc verbũ graduz casus genitiui est. De dictis gradibus dictũ est in prima parte sub ti. de altari. Significati sunt etiam dicti quindecim psalmi per alios quindecim gradus Ezechielis quibus visum est ei ascendi in ciuitate dei de quibus habetur de pe. di. ij. dum sanctaz. t ezechielis. x. vbi primo habetur de septez gradibus: t postea de octo. Nempe quindenarius numerus constat ex numero septenario t octenario: septenarius refertur ad ve. te. quia aliqui septimum diem: septimum mensem t septimum annum celebrabant. octenarius ad nouum testamentũ refertur: ꝓpter resurrectionẽ vnicam que octauo die facta est. Quindecim ergo psalmos psallimus ostendentes q̃ vtriusq; testamẽti precepta obseruare debemus. primi quinq; psalmi quinq; corporis sensus per quos peccamus significant. t ideo in aliquo illorum non dicitur gloria patri. quia illa peccata que per quinq; sensus corporis cõmittuntur nobis nõ deo imputare debemus. sed dicit̃ post illos requiẽ eternã: quoniã in illis ꝓ defunctis oram⁹: hac si gs dicat. Oram⁹ dñe ne ꝓ peccatis illis que cõmittuntur corporis sensibus vita negetur eterna. sed per dei misericordiaz requies concedatur eterna. In sequentibus decem psalmis nobis t nostris ꝑ primis t congregatõnibus t prelatis dei misericordiã implo ramus: t gloria patri subiungimus: quia q̃ a catbena peccatorũ absoluimur q̃ te deuz toto corde perquirimus q̃ tuum decalogum obseruamus: nõ nobis domine nõ nobis: sed nomini tuo da gloriam exhibem⁹. ¶ Rursus numerus decez ex septenario t trinario constat. Trinarius ad precepta prime tabule que ad deum spectant. septenarius vero ad precepta secunde tabule que ad ꝓximũ spectant refertur: ac si dicat q̃ decalogus obseruat̃ per deũ est. Versiculi etiã in singulis dicuntur horis. legit̃ in libro numeri q̃ dum archa dñi que ecclesiam figurabat in tabernaculo reponebatur. dicebat moyses. Reuertere dñe ad multitudinẽ filiorum israel. Sane reuersio dñi ad israel nihil aliud est q̃ vt reuerti faceret israel ex toto corde ex se. deus enĩz cui omne tempus presens est non habet ad quos reuertatur. t intelligitur reuertere id est fac nos reuerti ad te. Juxta illum ergo morẽ versiculi dicuntur vt si forte mentes nostre cogitãdo vana pre nimio psalmorũ opere deuiauerunt: audito versu cõuertantur ad orientem. i. ad christum qui ẽ noster oriens seu ad mentẽ ꝑm versus significationem qui ab ipsa reuersione nomen traxit. nam dicitur a verto tis t inde est q̃ dum versus dicitur ad orientem siue ad altare nos vertimus. Recte ergo versus qui significat fructum boni operis alta t acuta voce dicitur ad excitandum pigros qui in laudando deum t intelligẽdo diuina torpent vt reuertamur ad cor: vt vz: eo audito omnis cogitatio que forte videndo temporalia foras exijt reducatur intra nos. ¶ Rursus versus nocturnales significat: quia ab officio psalmorum siue a labore tunc nos vertimur ad officia lectionum siue ad quietem: vt qui psallendo stabat nunc ad lectionez se det. Unde versus dicitur a vertendo: de hoc dictuz est in quarta parte sub ti. de graduali. ¶ Et nota q̃ i quibusdam ecclesijs in die dñica post primum nocturnum dicitur iste versus. Memor fui nocte nois tu domine. post secundũ dicit̃ Media nocte surgebã. post tertium. Exaltare dñe. Primus siquidez versus. s. memor fui tc̃. ad quid ecclesia de lecto suo surrexit ostendit quo vero tẽpore surgendũ sit notat secũdus. s. media nocte tc̃. t ad quid surgendum sit ostendit quod sequit̃ ad confitendũ nomini tuo. Verũ quidẽ volentes mentiri: q̃ non surgunt in media nocte loco huius versus ponunt illuz. Quoniã tu illuminas lucernam meã domine Quod tamen media nocte surgendum sit ostendit dauid dicens. media nocte tc̃. t alibi. Preueni i maturitate t clamaui: qõ idem est. nam in maturitate vnica est dictio. Unde t quidam libri habẽt i maturitate: t sonat in maturitate quasi tẽpus nõ apertum operi. Alia tamen littera habet preueni in tẽpesta nocte: quia tempestũ apud antiquos idem erat q̃ opportunum a tẽpore vel a tempestate vocabulo dicto. Unde in antiquis bistorijs sepe ita legitur. hoc factum est in illa tempestate. i. in illo tẽpore. vnde intempestiuum vel intempestũ aiunt tempus inopportunũ. i. nocturnis actionibus nõ opportunũ. Tertius autẽ versus. s. exalare dñe tc̃. manifeste pertinet ad nouũ testamentum. in quo saluator noster. ꝑm humanitatẽ fuit exaltatus. quidam tamen dicunt tunc. Ego dixi domine miserere mei: quia ad gloriam que data est tempore noui testamenti nõ peruenitur nisi per remissionem peccatorum. ¶ Sed queritur quare versiculi in nocturnis ante lectiones dicuntur. in alijs vero horis post. s. post capitula. Respondeo in nocturnalibus lectionibus propter earum vniuersitatẽ t magnitudinem sedere solemus. Ne igitur propter longã sessionem: aut propter lassitudinem siue otium obliuiscamur doctrine domini quam lectiones significant cogitando forte inania aut dormiendo vel cõfabulãdo ideo versu precedente ad lectiones audiendas incitamur. In alijs vero horis: q̃ nec tot nec tante sũt lectiones non est necesse sedere nec versiculos ꝑmitti. Vel ideo in alijs horis versus post lectiones dicunt̃ ad notandum q̃ propter interualla horarum doctrina dñi nõ negligit̃. ¶ Rursus versus sepe a pueris cantat̃

adnotandum seruitiū nostrū cum inocentia prestituꝫ dño forе gratum. Be versiculis qui in vesperis seu in laudibus dicuntur sub illis locis dicē. Et vide quia versus debet notare aut statum temporis aut officij. Statum temporis notat versus prime. s. exurge xpe adiuua nos. vbi cum dicitur: exurge innuit initiū opere. Similiter i versu tertie. Adiutor meus esto domine ne derelinquas me. cum dicitur ne dereliquas me notatur status pugne. Similiter in versiculo sexte. s. dominus regit me ⁊ nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit. significatur status pfectus ⁊ pfectionis. In versiculo none. s. Ab occultis meis mūda me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. status demonstratur frigescentis dilectionis. Statum quoqꝫ tēporis innuunt versiculi qui in passione ⁊ resurrectione cantantur. Sed versus vespertinalis officij statuꝫ officij insinuant: vt vespertina oratio cc. ⁊ dirigatur domine oratio cc. Ex quibus verbis colligiē ꝙ vespertina oratio actitatur. Post versū sequiē oratio dominica: ⁊ post eam pces: de quib⁹ dicē sub nocturnis. Lectiones quoqꝫ in singulis horis taꝫ nocturnis ꝙ diurnis dicunt. Et dicitur lectio quia nō cantaē vt psalm⁹ vel hymnus sed legiē tantū. Illic eniꝫ modulatio hic sola pronunciatio queriē. Siquidez lectiones nocturnales sunt doctrina nostra: qz per eas docemur opa nostra retorquere ad deum. obtinent ergo vicē lectionū quas doctores faciūt ad ignaros. p eas quoqꝫ sanctorū opera imitamur ⁊ earū cōmemoratione ad dei laudez cōpungimur ⁊ ideo vt premissū est sedēdo ⁊ in silentio audiunt. Lecturus aūt lectionē ad libꝝ accedens super gradū ascendit: qz doctor perfectiori vita vulgus transcendere debet. Et a presbytero vel epō benedictionē tanꝙ legendi licentiam postulat dicens Jube dñe benedicere: per quod principatus ecclesie quodqꝫ nullus nisi a maiore iussus debet in ecclesia legere designatur. ⁊ dicit domne ⁊ non domine: quia solus deus vere dñs est. Hinc est ꝙ presbyter seu epꝰ nō a se benedictionem largitur: sed discrete a deo postulat illam dari dicens: Benedictionem perpetuam tribuat nobis ⁊c. In fine vero dicit: Tu autez dñe miserere ⁊c. quia tunc sermonem ad deum dirigit qui vere dñs est. Rursus ideo in ꝓncipio imperfecte ⁊ sincopato vocabulo pronunciat: quia tunc ad imperfectuꝫ vz ad hominem sermonem dirigit. Juxta illud ꝓphete: Imperfectum meuꝫ viderunt oculi tui: quod etiaꝫ monachi cōiter obseruant dicentes: dominus abbas Hac quoqꝫ consideratōne famuli dñis seruientes alterū genu tantum. s. sinistrū flectere debent per quam partē corporalis seruit⁹ significaē que tantū hominibus ⁊ non spiritualibus debeē: sed in ecclesia vtrunqꝫ genu flectendū est: nō alterū tantum ne iudeis assimilemur. Haꝫ ⁊ xpō omne genu flectēē: ad Philip. ij. c. extra de imu. eccle. decet. Salomon quidez pro populo orans vtrunqꝫ genu in terram figebat ⁊ manꝰ ad celum expandebat: prout legitur. iij. Reg. ca. viij. Eadem etiam ratione nō est inclinandum principi seculari facie recta siue secrete sibi loquendo siue auscultādo: sed duntaxat ab aure sinistra capite flexo In fine vero perfecte ⁊ complete pronunciat: quia ad perfectum ⁊ perfecto vocabulo dignum vz ad deuꝫ dirigit sermonem. ¶ Porro epō volenti legere ⁊ dicēti. Jube domne benedicere: nullus minor benedicere dz. xxi. di. deinde. Unde ⁊ in quibusdaꝫ ecclesijs nihil ei respondetur. in alijs vero rñdet vnus presbyter. Ora pro nobis pie pr ad dñm. ⁊ tunc epꝰ dicit: Magnificate dñm mecum. Tunc autem epꝰ bz perfecte pnūciare: iube dñe benedicere. qm̄ ad deum qui perfect⁹ est sermonez dirigere intelligitur. ¶ In nōnullis vero ecclesijs epō legere volente sacerdos dicit. Jube dñe benedicere: ⁊ ipse epꝰ data benedictōe legit. Cū enim legere lectionem nō sit sacerdotis vel epi officium sed lectoris. si nullus alius epꝰ vel sacerdos assit pōt alius inferioris ordinis tāꝙ lecturus in persona ecclesie dicere: Jube dñe benedicere ⁊ ipse sacerdos vel epꝰ lecturus in personam xpi ei reddit benedictōnem vel legat absqꝫ Jube dñe benedicere. In quibusdam ecclesijs ipse epꝰ dicit Jube dñe ⁊ minor cui voluntarie in hoc se ex humilitate subijcit: benedicit. ij. q. vij. non sum. ij. q. v. mandastis. Lectione finita dicit lector. Tu autem cc. quod neqꝫ de lectōne est neqꝫ ei continuatur. sed ille ad deum sermonem dirigens se excusat: quasi dicat: domine peccaui legendo forsā modulate pronuncians cupidine laudis humane vel captando ventum humani fauoris: ⁊ audientes similiter forte peccauerunt vanis cogitationibus intendētes vel a lectione auditum auertentes: autem pro sed tu autem domine miserere nostri. quod vero respondetur a cunctis deo gratias: non ad tu autem sed ad lectionem refertur. Est eniꝫ vox ecclesie deo gratias exoluentis ac si dicat. Deus pauit nos verbis salutis que sūt cibus anime. ⁊ pro huiusmodi beneficio: deo gratias supple exoluimus. ¶ Rursus pluralitas lectionum pluralitatem significat predicatoꝝ qui sūt tempore gratie: sicut ⁊ paucitas in profestis raritatez significat tempore legis. Sed ⁊ vicissitudines lectoꝝ sunt successiones legatorum qui duꝫ Jube domne bñ dicere dicunt licentiam proficiscendi petunt. ⁊ dū eis benedicitur licentia datur: in quo innuitur ꝙ nullus predicare debeat nisi missus. quō enim predicabunt nisi mittantur. Ipsa enim lectio est iniuncte legationis executio. tu autem domine legati reuersio: vbi in eo ꝙ misericordia implorat innuitur ipsum legationis vel predicationis officium non sine alicuius leuis culpe pulueре peragi posse. vnde Aug⁹. Verbum predicationis securius auditur ꝙ dicatur. predicator enim per terram ambulat: ⁊ difficile est ei qui per terram ambulat: pedes nullo pulueре sordidare ⁊ predicatorem cum se bene predicare senserit nullius spiritu elationis erigi. ¶ Et attende ꝙ sicut in ecclesia duo sunt ordines: sapientes ⁊ insipientes sic due sunt lectionum maneries. In illis enim lectionibus que ad missam leguntur sapientes instruuntur. in his vero que in nocte dicuntur insipiētes eruditur: vnde ⁊ exponuntur. ¶ Et nota ꝙ terminantur lectiōes quattuor modis. Primo generaliter per tu autez. Secundo i aduentu ⁊ in natiuitate ⁊ in epiphania lectiones de Jsaia finiuntur per hec dicit dominus cōuertimini ad me ⁊c. Qui in natiuitate hoc dicunt mo-

uenī ex illo ca. Isaie qō tunc legīt. Primo tempore al leuiata est vbi dicitur: ⁊ in omnibus his nō est aduer sus furor meus ⁊ populus meus non est conuersus: ⁊ ideo ecclesia hortaī in persona xpī populus peccato rem vt conuertatur. Hoc idem etiā fit ꝓpter eandem causam in quibusdā ecclesijs qñ legīt de hieremia ex probante duritiam peccatorū qui per penitentiā non cōuertuntur. Tertio modo lectiōes que leguntur tri duo ante pasca de trenis hieremie finiunī per hieru salem: hierusalez cōuertere ⁊c. ꝑt ibi dicetur. Quar to lectiones ꝑ defunctis finiuntur simpliciter sine al tero p̄missorū: in quibusdam tñ ecclesijs finiūtur ꝑ Beati mortui qui in dño moriunī: quod sumitur ex fi ne cuiusdam sermonis quem Aug⁹ de mortuis com pilauit. ¶ Hoc etiam nota q̄ in tertio nocturno le gitur euangelium ⁊ omelia euangelij eiusdem dici: q̄ tertius nocturnus designat tp̄s gratie in quo euāgē lium recitatum est: ⁊ in quo euangelica predicatio ce lebratur: prout in ti. de nocturnis dicetur. ¶ Non ē etiaz omittenduz q̄ antiquis temporibus eliminatis hereſibus que veritatem trinitatis impugnabant: sā cti patres ad hoc vt sancta trinitas magis nota esset ordinauerūt q̄ nona lectio semper de trinitate legere tur: ⁊ nonum responsorium similiter de eodem canta retur: ⁊ q̄ etiam in prima feria missa de trinitate dice retur. Quo diutius obseruato ⁊ trinitate cūctis inno tescente ecclesia lectionē de trinitate omisit. Sed rīso riū de trinitate ⁊ etiā alleluia in missa in dñicis dieb⁹ vel propter solitū vsum: vel propter dulcez cantilenā in plerisq̄ locis retinuit: ⁊ ita nūc improprie vocatur responsorium quia lectioni precedenti nō respondet. Diurne vero lectiones a quibusdam eo q̄ breues sūt lectiuncule nūcupanī: a pluribus vero capitula eo q̄ vt plurimuz de capitibus epistolarū illorū dictū quī bus dicunī sumunī. Hec siquidez post psalmos ⁊ an tiphonas in singulis horis dicuntur prout statutū est in concilio agatheñ. de conse. dis. v. conuenit: qui mo dus ab esdra sumptus est: vt premissuz est ⁊ significāt capitula doctrinam. Ne enim propter psalmodiā au dientium animus se fastidiū ingerat: sicut iudeis qui māna fastidiebāt propter quod deus misit in eos ser pentes ignitos qui eos interficiebāt. ideo p̄mittitur capitulum. i. breuis lectio sumpta a nouo vel ve. testa. prouocans ad deuotionem que fastidio cōtraria est ⁊ exhortans ad perseuerantiam in bono: iuxta illud. Hortamur vos ne in uacuum gratiam dei recipiatis In nocturnis autem copiosius q̄ diurno officio le ctionibus vacamus: quia tunc eis aures liberius ac cōmodamus. Et dicūtur huiusmodi capitula siue ex hortationes in plerisq̄ ecclesijs per pastorem ad do mesticos ⁊ scientes: quia sicut ligna lignis adijcimus vt ignis magis ardeat: ita ignitis domesticorum cor dibus ignita postorum verba adijciuntur vt magis igniantur. Leguntur etiaz he lectiones sine Jube do mine benedicere: ⁊ absq̄ benedictiōe: qñ vt plurimū epūs vel sacerdos qui vicē xpī gerunt: ⁊ quorū offici um tanq̄ maiorum est excitare pigros illa legūt: cui⁹ ꝑprium est licentiam ⁊ benedictionem dare ⁊ non pe tere nam maior minori benedicit: ⁊ non econtra. No cturnales vero lectiones a minoribus leguntur. ideo a superioribus licentiam ⁊ benedictionez petunt. In his etiam diurnis lectionibus non dicitur in fine. Tu autez: sicut fit in nocturnalibus: quia sacerdos debet esse perfectus: ⁊ q̄ dyabolicis suggestionibus de facī li non succumbat: ⁊ quia in breui sermone ⁊ inter fa miliares vix est qui ventus humani fauoris captetur prout quandoq̄ fit in nocturnalibus lectionibus: vt premissum est. Respondetur tamen deo gratias pro pter causam in nocturnalibus lectionibus assignatā. Ad hoc in capitulis horarum officia diuidentes per precedentia laborem per sequentia premium signifi camus: ideoq̄ precedentia consistunt in psalmis: se quentia in hymnis ⁊ canticis. ¶ Notandū vero est q̄ pulcherrimus mos in ecclesia inoleuit vt quater in die ⁊ quater in nocte per singulas diurne siue noctur ne psalmodie horas: lectio vna siue capitulum de ve teri siue nouo testamento dicatur: Quedam tamē ec clesie non dicunt capitulum in prima nec in completo rio Sed quia secundum hoc lectiones nostre nō erūt octo: sicut erant secundum esdram in veteri testamen to: prout premissum est: ideo ecclesie ille post primaz legunt in capitulo lectionem in prima pretermissam. Dicit enim aliquis iube domine benedicere: ⁊ sacer dos benedicēs respondet regularibus disciplinis ⁊c. que sequuntur. Et ante completorium legunt preter mittenduz in completorio. s. Fratres estote sobrij ⁊c. vel legitur de dialogo vel huiusmodi: de hoc sub titu lo de prima dicetur. ¶ Queritur autez quare in no cturnalibus siue in diurnalibus lectionibus non pro nunciatur auctor earum prout fit in his que in missa leguntur. Respondeo hi qui super lectionibus ⁊ diui nis obsequijs insistunt vt sunt ministri ⁊ domestici ec clesie earum auctorem ex ipsis lectionibus agnoscūt: quia igitur illi nocturnalibus lectionibus assunt officijs non est necesse nomen auctoris exprimi lectionū In missa vero ideo exprimitur: quia ibi conueniunt bubulci operarij: ⁊ agricole: vt si quis eorū forte pro eo q̄ raro talia audit incognitam habet historiaz au diat eius auctorem qui forte non est ei incognitus: vt ex illius auctoritate firmius infigantur verba lectio nis in corde. In quibusdam tamen nocturnalibus le ctionibus quandoq̄ auctor ipsarum exprimitur: pu ta in sermonibus ⁊ omelijs Gregorij ⁊ Augustini ⁊ aliorum: de quo in prohemio septime partis dicetur. ¶ Porro in concilio magūtiñ. in burchardo libro. viij. c. laicus. statutum est vt laicus in ecclesia non re citet lectionem nec alleluia dicat nisi psalmos tantuz ⁊ responsoria sine alleluia. Respōsoria quoq̄ post le ctiones subijciuntur: cum enim per lectiones doctria per respōsoria vero bona opera significētur: rite post lectiones responsoria subijciūtur: quia per bona ope ra doctrine respondere debemus: ne cuz seruo pigro qui pecuniam domini sui abscondit: in tenebras exte riores mittamur. Dicitur nanq̄ responsorium quia lectioni respondere id est consonare debet: vt si forte lectiones sunt de actibus apostolorū responsoria sint similiter de eodem: vnde nonum responsoriuz respon deri solet none lectiōi: que olim erat de trinitate: ꝑt

iam dictum est. Hoc tñ fallit in responsorijs de historijs que post euangelium in nocturnis cantãtur que euangelicis lectionibus non respondent: de hoc etiã dictum est in quarta parte sub titulo de gradali. Dicitur quoqz responsorium: quia vni cãtanti ceteri cõcorditer respondent: iuxta illud apostoli. i. corinth. i. Ut idipsum omnes dicamus ⁊ non sint in nobis scismata. Cantauit enim vnus. s. xp̃us ⁊ petrus ⁊ ceteri eum secuti sunt: vel quia choro illud cantanti versus respondeꝫ ab vno. Isidorus dicit qꝫ italici responsoria tradiderunt: que inde responsorios cantus vocãt quia alio desinente id alter respondeat. ¶ Porro responsoria nocturnalia spiritualibus canticis comparantur: dicuntur enim cantica: quia cantantur: sunt spiritualia quia ex iubilatione spiritualis mentis procedunt. Cantantur vero vt recitatione lectionuꝫ ad superne patrie concentum mentem nostram incitent subleuari: quod etiã insinuat gloria patri quod i vno quoqz responsorio canitur. Ceterum responsoriũ ab vno incipitur vt ab alijs concinnaꝫ per quod fratris ad fratres exhortatio ad seruiendum deo intelligitur Per versum vero responsorij qui totus ab vno canitur singularis ad deuꝫ deprecatio denotatur. Adhuc responsorium cantando quasi per tubam vocez exaltamus excitando fratres ad altiora vsqz a deo vt ad laudem sancte trinitatis perueniamus dicentes. Gloria patri ⁊ fi. ⁊c̃ Quandoqz aũt responsoriuꝫ tres habet versus: put in sexta parte sub prima dñica de aduentu dicet. Responsoriũ quoqz post versuꝫ imfecte recantaꝫ ad notandũ qꝫ si in monte. i. in statu pfectionis saluari non possumus saltem in segor. i. alia via saluentur in statu videlicet impfectiõis. Adhuc semiplene siue pro parte repetitur: ad notanduꝫ ea que viuentes faciamus imperfecta esse. Et fit primo repetitio a remotiori quo ad finem: ⁊ postea a minus remoto: ⁊ vltimo Gloria patri ⁊ filio dicit. prout sub dicta dominica de aduentu dicetur. In festiuis vo iterum totum perfecte repetitur: ad notandum leticiaꝫ ⁊ perfectionem sanctorũ. Orationes similiter in singulis horis dicuntur per quas promissio impetranda est: oratio nanqz petitio est. Nam orare petere est: sicut exorare est impetrare. Et secundũ grego. veraciter orare est amaros in compunctione gemitus ⁊ cõpositaꝫ verba sonare: oratio autem dei misericordiam significat que precedit ⁊ subsequitur hominem in bonis operibus: ⁊ ideo dicitur in principio misse ⁊ in fine. Est aũt vltima oratio domini ad operarios benedictio. Ꝺ orationes in fine dicuntur ab actibus sumitur apostoloꝫ qui quando diuisurigebant positis genubus suis orabant. Siquidem oraturus sacerdos populum salutat dicens: dominus vobiscum: ⁊ hoc ideo vt illum animet ad orandum: pro ipso qꝫ eius oratio sit accepta deo quodqz deus gratiam suaꝫ sibi donet: oratione autem finita iterum orat dicens: Dominus vobiscum: de quo sub ti. de prima dicetur. ¶ Et nota qꝫ omne officium preter nocturnum oratione ⁊ benedictione concluditur: ad notandum qꝫ dum in hoc seculo sumus necesse habemus presbyterorum orationibus muniri. Et mos est quando cum famulis dei familiare habemus colloquium: cũ ab illis separamur benedictionem ab eis possimus. In nocturnis vero hoc non fit quia ibi non fit separatio: sed matutinuꝫ ⁊ mututine laudes cũ eo cõiunctim canunt. ¶ Porro licet deus sit vbiqz: tamen sacerdos in altari ⁊ i diuinis officijs debet ex institutione vigilij pape versus orientem orare. Unde in ecclesijs ostium ab occidente habentibus missam celebrans in salutatiõe ad populum se vertit: quia quos salutamus facie ad faciez presentamus: prout in quarta parte sub ti. de salutatione dictum est: ⁊ deinde oraturus se ad orientez cõuertit. In ecclesijs vero ostia ab oriente habentibus: vt roma nulla est in salutatione necessaria cõuersio: quia sacerdos in illis celebrans semper ad populum stat conuersus. Templum quoqz salomonis ⁊ tabernaculuꝫ moysi legunt ab oriente ostia habuisse. Exo. xxxiij. ca. Versus orientem ergo oramus: primo memores qꝫ ille qui est splendor lucis eterne sedentes in tenebris illuminauit: quoniam visitauit nos oriẽs ex alto: de quo legitur. Ecce vir oriens nomen eius. Cuius argumento in libro sapientie dicitur. Oportet ad ortum lucis adorare: nõ qꝫ diuina maiestas localiter in oriente consistat que potentialiter ⁊ essentialiter ẽ vbiqz. Juxta illud. Celum ⁊ terraz ego implebo: ⁊ p pheta. Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades sed quia deum timentibus oritur sol iusticie qui illuminat omnem hominem venientez in hunc mundum. Secundo ideo versus orientẽ oramus vt animus noster se ad potiora cõuertere admoneatur. Tertio quia q deum laudare volunt non debent ad illum vertere terga. Quarto secundum Joãnem damas. q quattuor sequentes orationes scripsit in quarto libro canoñ. v. c. vt patriam nostraz nos requirere ostendamus. Quinto vt christum crucifixuꝫ qui verus est oriens: ⁊ ad quem oramus directe respiciamus. Sexto vt venientem iudicem nos expectare monstremus. Ait enim sic idem damas. ibidez. Deus paradisum secundum orientem plantauit: vnde hominem transgressum exulem fecit: ⁊ ante paradisum ex occidente habitare fecit antiquam igitur patriam relinquentes: ⁊ ad ipsam aspicientes deum ad orientem adoramus. Septima quia dominus crucifixus ad orientẽ respiciebat: ideo ⁊ nos oramus ad eum respicientes: sed ⁊ ipse in celum assumptus ad orientez sursum ferebatur: ⁊ ita ipsum apostoli adorauerunt: ⁊ ita veniet quẽadmodum viderunt eum euntem i celum ipsum igitur expectantes ad orientem adoram⁹. Daniel quoqz in babylonica captiuitate: ⁊ iudei simi liter versus templum orabant. Aug⁹ tamen. xj. di. ecclesiasticarum. dicit qꝫ nulla scriptura nos docuit versus orientem orare. Adhuc stantes oramus sanctos prout iam premissum est vbi de psalmis agitur. Orãdum autem est in ecclesia que ad hoc inuenta est: prout in prima parte sub ti. de ecclesia dictum est. Unde p̃s. lxvij. In ecclesijs benedicite domino deo de fontibus israel. ⁊ alibi: adorate dominum in aula sancta eius: ⁊ illud. Introibo domine in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Item preceptum est coram altari hoc adorabis. Item pro-

pheta. Venite adoremus ⁊ procidamus ante deum ploremus coram domino qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster. deus .i. creator dñs .i. redẽptor noster .i. saluator. Sed cũ deus sit vbiq; vt premissum est: quare potius i templo q̃ alibi est adorãdus? Preterea legitur. Joh. iiij. ca. q̃ cum mulier samaritana solutionem questiõis que de loco adoratiõis inter iudeos ⁊ samaritanos sepe vertebatur a christo quesiuisset. Patres inquit nostri ī monte hoc adorauerũt: ⁊ vos dicitis quia hierosolymis est locus vbi adorãr oportet. Respõdit illi ihesus. Mulier crede mihi q̃ venit hora quando neq; in monte hoc neq; in hierosolymis supplendum est tantum adorabitis patrem: sed veri adoratores adorabunt patrez in spiritu ⁊ veritate: quasi dicat non prefero locum in adorãdo vbicũq; adoretur deus dũtaxat in spiritu .i. pro spiritualibus ⁊ veritate .i. eternis. Unde apostolus inquit: tu autem cuz oraueris intra cubiculũ tuũ ⁊ clauso ostio ora patrem tuum. Sed licet vbiq; sit deus adorãdus spãliter tamen in ecclesia: alioquin frustra tãto studio tantoq; impendio templum dño fieret nisi gratius in eo adorari acceptaret. Unde salomon in templo constructo ⁊ dedicato orauit ad dñm: vt quicũq; illõ ascẽderet pro peccatis suis: vel pro quacũq; tribulatione clamans ad dñm. in his q̃ iuste postularet exaudiret: quam orationis formam sequitur ecclesia in oratiõe quam dicit in ecclesie dedicatione. Assistunt enim angeli ibi adorantibus vt deuotas eorum orationes domino offerant: ꝑm illud. Jn conspectu angelorũ psallam tibi adorabo ad templum sanctum tuum ad confitendum nomini tuo dñe. Hinc angelus ad Thobiã Ego obtuli orationẽ tuam dño. Requiescunt etiam ibi sanctorũ reliquie: qui nobis deuote deum adorantib⁹ suis precibus assequamur quod nos meritis nostris non valemus. Jn plateis vero ⁊ in publico more phariseorũ orare a dño phibemur. Quod vero apls ad timotheum inquit. Volo vos orare in omni loco leuãtes puras manus sine ira ad internã ptinet orationẽ Jn omni enim loco orat qui p̃ charitatis officia ⁊ opa bona vbiq; manus cordis mundas ad deum leuat.

Ceterũ adorandus est pater ⁊ filius ⁊ spũs sanctus: q̃m omnes ⁊ singuli sũt vnus solus ⁊ verus deus. Licet enim alia persona sit pater alia filius ⁊ alia spũs sanctus: tñ patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti vna est diuinitas equalis glia coeterna maiestas. Una igitur ⁊ equalis totius individue trinitatis est oratio de qua sane põt intelligi quod ait dñs. Veri adoratores adorabunt patrẽ in spũ ⁊ veritate: nãq; qui deum veraciter adorat ipse quidez adorat patrem in spũ ⁊ veritate .i. i filio qui de se dicit. Ego sum via veritas ⁊ vita: ego suz inquit in patre ⁊ pater in me est. ideo pater adorãdus est in filio ⁊ filius in patre ⁊ spũs scũs i vtroq;. Est aũt deus adorãdus de corde puro conscientia bona ⁊ fide non ficta. De corde puro non vt quidam faciunt qui i prosperitate deũ glorificãt: sed eũ in aduersitate blasphemant. de quibus propheta. Confitebũt tibi dũ benefeceris eis: si vero nõ fuerint saciati murmurabũt De conscientia bona: nõ vt quidam faciũt q̃ cõtra deũ grauissime peccant: ⁊ postea temere illi sacrificãt: de quibus ꝓpheta. Peccatori dixit deus quare tu enarras iusticias meas: ⁊ assumis testamentum meum. p̃ os tuum. iij. q. vij. quod testatur: illud vtiq; testamẽtum de quo veritas ait. Hic est sanguis meus noui testamenti. De fide non ficta non vt quidam adorant qui recte dicunt sed prave viuunt: quibus dominus improperat dicens. Hic populus labijs me honorat cor autem eorum longe est a me: dicunt enim ⁊ non faciunt. Adorandus est itaq; deus corde per deuotionem: ore per confessionem: ⁊ opere per veneratio nem. Sunt autem due species adorationis. s. latria q̃ soli deo debetur: ⁊ dulia que quibusdaz creaturis adhibetur: vt dictum est in quarta parte sub quarta particula canonis super verbo seruitutis. ¶ Rursus canonice hore in ipsis horis dici dicende sũt nec obstat illud psalmiste. Benedicam dominum in omni tẽpore: nec illud apostoli. Sine intermissiõe orate quoniã benedicere dominum in omni tempore: est illum semper digna conuersatione laudare. Sine intermissiõe orare est omnia in dei laude seu gloria agere sicut idẽ apostolus ait. Sive manducatis sive bibetis sive aliquid aliud faciatis in gloria dei facite. xxvj. q. vltima non obseruetis. Ceterum orationem salutatio precedit ⁊ sequitur ad illam responsio: prout sub prima dicetur. ¶ Finaliter autem post orationem dicit̃. Benedicamus domino: quod sumptum est de apostolo vel de psalmo vel de hymno trium puerorum: vbi dicitur. Benedicamus patrem ⁊ filium ⁊c. Et dicit̃ q̃ñ q; a pueris qui sunt imperfecte etatis ad notandum omnia opera nostra imperfecta esse: iuxta illud. Jm perfectum meũ viderunt oculi tui ⁊c. de conse. di. iij. tulerunt: ⁊ q̃ omnis laus nostra puerilis ⁊ iperfecta est ad comparationem dei quem laudamus: quicqd hic eniz dici potest minus a laude dei est ac si dicat ecclesia laudamus: sed laudando non sufficimus: quia supereminentia dei cloquium nostrum ⁊ intellectum superat: quia accedet homo ad cor altum ⁊ exaltabit̃ deus. Unde ab omnibus consequenter dicitur. Deo gratias: quasi placet sicut pium est in dei laude superari. Dicitur etiam a pueris ad notandum q̃ solum pueri .i. puri a malicia digne laudant deum ⁊ gratias agunt. Dicitur etiaz quandoq; a maioribus ad significandum q̃ in eterna beatitudine cum domino perfecti erimus laudatores: quia in hac vita non possumus esse perfecti. ¶ Rursus post suffragia dicit̃ alia oratio que misericordiam dei significat: que precedit ⁊ subsequitur hominem in bonis operibus. Dicitur etiam iteruz benedicamus ⁊ deo gratias: quia sicut dominus post̃q̃ iterum post resurrectionem suã salutauit discipulos suos benedixit eis: ⁊ illi gratias referendo illum adorauerunt: ita ⁊ presbyter vel alius iterum dicta oratione dicit benedicamus domino ⁊c. subaudiendum cuius membra sumus ⁊ in quo benedicimus ⁊ etiam benedicit. Chorus vo gratias agẽs dicit deo gratias: quod sumptum est de apostolo per quod significatur q̃ vsq; in finem vite nostre innocẽtiam debemus seruare: ⁊ deo benedicere et pro beneficijs gratias exsoluendo: vel benedicamus domino cum deo gratias est laus finalis ⁊ exultatio ineffabi-

lis: que erit i gloria cuz gratiarum actione: vel deo gratis est de consumato cursu gratiarum actio: de hoc ēt dictum est in quarta parte sub titulo de oratione nouissima. Sed videtur q̄ potius deberet responderi amen. i. fiat seu ita sit. s. q̄ deus sit benedictus: sed bene respondetur deo gratias: vt notetur q̄ hoc ipsum q̄ deuz benedicimus ab ipso deo habemus. ¶ Porro quia quādiu viuimus in lubrico positi sumus: z a demonibus impugnamur: quare semper sanctorum suffragijs indigemus: iccirco in plerisq̄z ecclesijs i singulis horis post benedicamus suffragia sanctorum subijciuntur. Et nota q̄ quia totum tempus a natiuitate domini vsq̄z ad festum purificationis est de infātia saluatoris: ideo vt quidam dicunt non debent fieri tunc commemorationes presertim de cruce. Juxta illud. Non coques hedum in lacte matris sue: nec etiā a dominica de passione vsq̄z in sabbatum post pentheosten: vt ibi dicetur. ¶ Hoc etiam sciendum q̄ quia petrus z paulus in vita z in morte nō sunt seperati p̄ut cantat ecclesia: ideo nec in cōmemorationibus separantur que simul fiunt z communiter de vtroq̄z.

¶ Ultimo notandū est q̄ cantādi vsus a veteri testamēto sumpsit initiū: sicut in esdra legit: de quo in p̄te secunda sub titulo de cantore: z ita in quarta parte sub titulo de alleluia dictum est: z eccles. c. xlvij. Bedit illis contra inimicos potentiam z stare fecit p̄tra altare cantores z in sono eorū dulces fecit modulos z psalmista. Cantate ei canticū nouum bene psallite ei in vociferatiōe. Celebrāt itaq̄z ei cantus: vt ostendat hoies debere referre gratias z laudes deo dum mānibus ceteriscq̄z mēbris satagūt agere opera quib⁹ valeāt deo placere. Vsuz tñ cantādi quidā reprobāt p̄out dictū est in p̄hemio quarte partis Ordinez cātilene in diurnis siue nocturnis horis: creditur beat⁹ gregorius plenaria ordinatione distribuisse cuz multi z ante z post eum: orationes: antiphonas z responsoria composuerunt. ¶ Et nota secundum hugonē de sancto victore q̄ tres sunt species sonorum q̄ tres modulos faciunt: fit eni sonus pulsu flatu z voce. pulsus pertinet ad cytharam: flatus ad tubam z organū vox vero ad cantū. Hec genera musicorum antiquus populus in laudem dei exercebat. hec autez consonātia sonorum assignari potest concordie morum: si ad pulsum cythare: manuum operatio ad flatuz organimentis deuotio: ad cantum vocis sermonis exhortatio referātur. Bernardus inquit. Quid prodest dulcedo vocis sine dulcedine cordis: frangis vocem frāges z voluntatem: seruas consonantiam vocuz serua concordiam morum exemplum concordes proximo per voluntatem deo: z per obedientiam magistro: de organo dictum est in quarta parte sub ti. de sanctis.

¶ Rursus hoc triplex genus musicorum ad triplicē differentiam beneficij ecclesiastici refertur secunduz Sichardum eum cremonen. in mitrali. Nam ipsum officium ecclesie consistit in psalmis in cantu z lectionibus. Primum musicorum genus est quod fit pulsu digitorum: vt in psalterio z similibus: z ad id pertinet psalmodia. Juxta illud. Laudate eum in psalterio z cythara. Dicitur enim psalterium a psallin grece qō est tangere latine. Secundum est quod fit voce. s. humana: z ad istud pertinēt lectiones: vñ psalmista. Bene psallite ei in vociferatione. Et apostolus lectionem vocem vocauit dicens. Ignorantes ihesuz z vocem prophetarum que per sabbatum leguntur. Tertium est quod fit flatu sicut in tuba: z ad istud ptinet cantus: vnde psalmista. Laudate eum in sono tube. Sane rationabiles diuersorum sonorum concentus: z concordiam varietate compactam z bene ordinate ciuitatis vnitatem significat. Suauis vero cantus fit ex diuersis sed non ex aduersis vocibus. ¶ Rursus cantus in ecclesia leticiaz celi significat: voces vero graues acute z superacute innuunt tribus modis predicandum esse tribus ecclesie ordinibus propter tricesimum sexagesimum z centesimum fructum: vel iuxta tria volumina salomonis significat ordinem incipientium proficientium z perfectorum: de choro dictum est in prima parte sub titulo de ecclesia. ¶ Sane statutum est in concilio toletañ. z gerundeñ. de cōse. di. ij. institutio: z di. i. altaria. z. xij. dis. c. fi. z taz misse ordo q̄ psallendi z ministrandi consuetudo seruet in omnibus ecclesijs qui in ecclesia metropolitana seruatur. Abbatibus quoq̄z vel monachis curam animarum habentibus non licet publica officia aliter celebrari q̄ in ecclesia episcopali. quānis Augustinus dicat. xij. di. illa. Quod neq̄z contra fidem neq̄z cōtra bonos mores esse conuincitur indifferenter habēdū esse: z in ecclesiasticis sacramentis sit de iure consuetudo seruanda de conse. di. iij. de cena. extra de cele. miss. c. penultimo. xj. di. catholica.

¶ De nocturnis. Rubrica.

Licet ecclesiastica officia a vesperis incipiāt. Juxta illud De vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra: extra deferijs. ca. ij. q. tamen ordo cōueniens est vt a tenebris procedamus in lucem z non econuerso: ideo a noctis officio inchoemus. Tempus autem nocturnum significat vitam nostram in peccatis. Nocturnum officium nostri exili seruitium laus matutina penitentie suffragiuz per quam tendimus ad lucis gaudium z libertatis. Vel tempus ante nocturnum significat tempus ante legē mortis in quo omnes silebant a laudibus dei. Tempus nocturnum significat tempus legis date moysi. Tempus laudis matutie significat tempus gratie a resurrectione vsq̄z ad finem mundi in quo tempore deum laudare tenemur de bonis nature q̄ in illa hora nobis contulit creando: de bonis gratie que in illa nobis contulit resurgendo. z de bonis glorie que in ea nobis dabit resuscitando. ¶ Sane nocturnale officium media nocte canitur propter quinq̄z rationes. Primo quia primogenita egypti de nocte interfecta sunt: z primogenita israelis saluata: vt igitur dominus seruat nobis primogenita nostra. i. hereditatez regni celestis quam nobis primogenitus dei filius acquisiuit: ideo ei canimus officium nocturnale ne sumus si

cut Esau qui pro edulio lẽticule ruffe perdidit primo genita sua. vij. q. i. q̃ periculosum Secundo quia dei filius fuit media nocte natus iuxta illud sapientie. c. xix. dum medium silentiuz tenerent omnia ⁊ nox ⁊c. vsqz a regalibus sedibus venit ihesus fi. tu. vt ergo ipsius natiuitati grati simus eum de nocte laudamus: ⁊ gratias de ipsius natiuitate agimus. Tertio qa christus in nocte hac hora captus ⁊ illusus est a iudeis ea etiam hora spoliauit infernum large nocte accipiendo. s. ante lucem mane vero surrexit. media etiam nocte ad iudiciuz venturus asseritur. Dum statutũ fuit vt in die vigiliarum pasce ante noctis medium dimittere non liceat populos expectantes christi aduentuz vt dicetur in sexta pte sub sabbato sancto. Ideo hac hora deum laudamus gratias agentes de ipsius captione ⁊ patrum liberatione. eius etiam aduentũ sollicite expectantes. Quarto vt noctes delictorum nostrorum illuminarentur. Unde paulus ⁊ sylas in vinculis existentes media nocte orantes hymnuz cũctis audientibus dixisse memorãtur: vbi terremotu facto repente: ianua sponte patefacta est: ⁊ eorũz vincula illico sunt soluta. Quinto ꝓpter carnis illecebras psallendo ⁊ orando ebdomandas: quia sicut dicit ecclesiastici. xxxj. Vigilia honestatis domat carnes. ¶ Sciendum autem est q̃ in primitiua ecclesia ministri ecclesie ter de nocte interpollatim surgebant ad diuinũ officium celebrandum: tria in hoc tempora designantes: videlicet tempus ante legem: tempus sub lege: ⁊ tempus gratie. Surgebant enim primo circa primuz somnum quando vulgus solet ire dormitum. secũdo circa mediam noctem. tertio paululum ante diez: sic ordinantes officium vt nocturne finite ⁊ lectiões cũ suis respõsorijs perlecte essent priusq̃ lucesceret: apparente vero aurora pulsatis campanis cantabant. Te deum laudamus. ⁊ matutinas laudes. Ad primã nocturnam pontifex ⁊ ministri ecclesie surgebãt que sine inuitatorio cantabatur ꝓ eo quia nullus ad hãc inuitabatur. Et vocabatur vigilia: quia habuit initiũ a postoribus vigilias noctis super greges suos seruãtibus. In precipuis tamen solennitatibus populus tota nocte in dei laudibus persistebat. sed illud sublatum est: ⁊ ieiunium loco illius vigilie ordinatum: ꝓut dicetur in sexta parte sub quarta feria tertie ebdomade de aduentu. Ad secundam nocturnam surgebant ministri simul ⁊ coniugati tam mulieres q̃ viri que cum inuitatorio dicebatur ad significandum angelos immitantes pastores, ad videndum regem natum. Ad tertiam surgebant omnes communiter: sed postea algescente charitate cum omnes tam ministri ecclesie q̃ populus surgere ad nocturnum officium pigritarent. statutum est vt omnes media nocte surgerent: iuxta illud prophete. Media nocte surgebaz ⁊c. ⁊ totum noctis officium continue cãtaretur: ⁊ plures ad hec illa hora surgunt. Quia vero quidam nocturnis delitijs pluscq̃ dei seruitijs vacãtes institutionem huiusmodi non seruabant consequenter statutũ est vt saltem tẽpore vltime nocturne omnes surgant. Potest etiam dici q̃ quattuor sunt ecclesie hostes superiores. i. demones malignãtes: inferiores. i. boies aduersantes: interiores. i. cõcupiscẽtie carnales ⁊ exteriores. i. illecebres seculares de ꝑmis inquit aplus. Non est vobis colluctatio aduersus carnẽ ⁊ sanguinem sed aduersus spũalia nequitie in celestibus de secundis psalmista. Supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores prolongauerunt iniquitatez sibi de tertijs apostolus. Caro cõcupiscit aduersus spiritum: spiritus aũt aduersus carnem: de quartis Joh. Molite odigere mundũ neqz ea que sunt in mundo: quia quicquid est in mũdo aut est cõcupiscentia carnis aut oculorũ aut superbia vite. Aduersus hos q̃ttuor hostes rectores ecclesie debẽt quattuor noctis vigilias solicite custodire: nam pastores custodiebãt vigilias noctis supra gregem suum videlicet cõticinnium: gallicinium: intempestuz ⁊ antelucinium in quibus obesse ciuitatis custodes vigilant alternatim. Primam ergo vigiliaz custodire debent contra fallacias primorum hostiũ. secundam contra versutiam secundorum: tertiam cõtra tertias: quartam contra quartas. Et ideo nocturnum officium in quattuor est partes distinctum scilicet in tres nocturnos ⁊ matutinas laudes: quod ꝓ quattuor noctis vigilias contra dictas quattuor hostium persecutiones antiquitus ecclesia decantabat Porro in memoriam illius laudabilis cõsuetudinis ⁊ deuotionis antiquorũz in tempore estiuali celebrat ecclesia nocturnum officium in tẽpore prime nocturne licet qñqz tempestiuius: quod quidaz vigilias sub antiquo nomine vocant: ⁊ specialiter in festiuitatibus beatorũ iohannis baptiste petri ⁊ pauli: ⁊ assumptionis beate marie que sunt precipue illius temporis solennitates: ⁊ hoc facere incipiunt in ipso festo beati iohannis hic in crepusculo pro eo q̃ ipse fuit finis veteris testa. ⁊ initium noui. Romani etiaz adhuc in p̃cipuis festiuitatib9 totius ãni in sero dicunt tres psalmos ⁊ tres lectiões quos vigilias vocant: ⁊ in nocturnis idem repetunt: ⁊ totum officium matutinum perficiunt. ¶ Rursus in memoriam dicte deuotionis antiquorum ter in nocte surgentium: tres nocturnos dicimus: qui ⁊ inde nomen ⁊ originem habuerũt. Et nota q̃ nocturna ne ponitur pro hora sed nocturni. noz. pro officio: vel nocturna. ne. est collectio psalmorum qui dicuntur ante lectiones in dominica vel ĩ p festis diebus. Nocturne in plurali dicuntur tempora in quibus psalmi cantantur: nocturni. noz. dicuntur vocem psalmi ⁊ nonem lectiones cum suis responsorijs in solennitatibus. Sane per nocturnas excubias diaboli vitamus insidias: ⁊ ideo nocte surgentes currimus campanis auditis ad ecclesiam veluti exercitũ ad militiam audito clangore tubaruz. Aulam igitur regiam in ecclesiã ingredientes ad altare inclinamus qui quasi regem milites adoramus: eterni enim regis milites sumus. Inclinantes autem trinam facimus orationem dicentes ter pater noster ⁊c. sermonez ad patrem ⁊ filium ⁊ ad spiritum sanctum dirigẽtes: cuz ad patrem loquimur ad medium altaris intentione cordis ⁊ statu corporis nos presentamus propter patris potentiam ⁊ nostram perseuerantiam: cum ad filium loquimur ad sinistram altaris partem nos conuertimus propter ipsius exinanitionẽ ⁊ nostri lapsus

offensionem cum ad spm̃ sanctū ad altaris dextram
transimus ꝑpter ipsius benignitatez ⁊ nostrā grē cō
secutionem. Quidam tamē ad hꝫ habēt speciales ora
tiones: deinde quidam psalmos graduales incipiunt
de quibus dictum est in prohemio huius partis. Sa
cerdos itaqꝫ nocturnum inchoans officium a domi
no qui est alpha ⁊ o. i. principium ⁊ finis ⁊ bonorum
largitor omnium incipit. Et quoniaꝫ scriptū est Joh.
xv. Sine me nihil potestis facere: etiaꝫ os aperire pe
tit ante omnia fiducialiter ab eo qui dicit aperi os tu
um ⁊ ego adimplebo illud vt eis os aperiat ad digne
ipsum laudandum dicens. Domine labia mea aperi
es: ⁊ os meum ⁊c. quia non est speciosa laus dei i ore
peccatoris: nisi ipse in laudem dei sui ipsius os aperi
re dignetur. Juxta prophetaz. iiij. q. viij. § quod testa
tur. Quare tu enarras iusticias meas ⁊ assumis te
stamentum meum per os tuum: sint etiam hoc offici
um in ipso deo dum dicitur Deo gratias vt initium ⁊
finis circulariter referantur ad euꝫ qui est alpha ⁊ o.
⁊ quod dicitur aperies ponitur tempus ꝓ tempore. i.
aperi. Rursus petit sua labia aperiri: quoniā prudem
in completorio nos deo cōmendauimus ⁊ os ⁊ pect⁹
stolos primo facta est promissio eterne hereditatis: ⁊ tunc vexiliuz crucis cepit in nationibus eleuari: ad quod pertinet canticum sicut ex his que precedunt cãticum in ista manifeste apparet. Dicitur enim i libro paulo superius. In die ille radix iesse qui stat i signũ populoꝝ ipsuz gentes deprecabuntur: ⁊ erit sepulchrum eius gloriosum. Ex paulo post: eleuabit signũ in nationes ⁊ congregabit profugos israel ⁊c. Saluator noster est radix iesse: ⁊ ipse stat in signuz populoꝝ quia ad eum respiciunt gentes: ⁊ ipsum deprecantur: eius sepulchrum fuit gloriosum: licet peccatis nostris exigentibus ad tempus sit ignominiosum: ⁊ ipse per apostolos ⁊ alios primitiuos leuauit in nationes crucis signum in quo est victoria: vt sciant omnes in quo dyabolus est victus. Sed ante hoc cõgregauit ipse profugos israel quãdo in die pentbecosten erant viri religiosi in hierusalem ex omni parte vl'na tiõe que sub celo est: ⁊ ex illis crediderũt vna die tria millia ⁊ alia die quinqz millia. Nam eis dicit paulus in actibus apostoloꝝ. Primum oportet iudeis loqui verbum dei. ¶ In tertia feria illud tempus recolimus quando ab impijs ecclesia persecutionem patiebatur: a iudeis primo: ⁊ postea a diuersis imperatoribus romãis: presertiz a tempore neronis vsqz ad tempora diocletiani ⁊ maximiani imperatorũ. Que autem tunc passa fuerit ecclesia indicat psalmus. Judica me deus ⁊ discerne causam meam de gente non sancta: ⁊ ostendit tristitiam cum dicit. Quare tristis incedo dum affligit me inimicus. Sed quia ab hac p secutione liberata est cantat canticũ: Ego dixi: quod est isa. xxxviij. c. quod cantauit ezechias post liberationem a sennacherib: ⁊ post infirmitatem quam incurrerat ne eleuaretur cor eius in superbiam. Vel qz elevatum erat propter inopinabilem triumphum de exercitu senacherib. Sicut. n. ille liberatus reddidit gloriã deo: sic ⁊ ecclesia: prius tamen quasi desperãs dicit: non aspiciam hominem vltra ⁊ habitatoꝝ getis. i. saluatorem meum per quez mihi quies deberet esse: immo cum videbat suos passim interfici dicebat Generatio mea ablata est: ⁊ iterum: precisa est velut a texente vita mea cum adhuc ordirer succidit me. Tamen sperans ecclesia dicens. Vinens supple nũc in protectione tua viuens. s. post in futura quiete: ipse confitebitur tibi: sicut ⁊ hodie ego supple liberata ab hostibus ⁊ ego ita ago sicut pater bonus notam facit filijs veritatem suam. In quarta feria recolitur illud tempus quo ecclesia cepit exaltari sup inimicos suos reddita sibi pace per imperatorem constantinũ. Unde cantat. Te decet hymnus deus in syon. Syon iterpretatur speculatio siue contemplatio: quia tempore quietis potuit ecclesia vacare contẽplationi. Ad hoc etiam pertinet titulus. s. p̃s. Dauid. Canticum hieremie ⁊ ezechielis de populo transmigrationis vel verba peregrinationis cum inciperet exire. Sicut enim populus ille de babylonia exire cepit recepta licentia a circo: ita ⁊ ecclesia de babylonica persecutione per constantinum romanum imperatorem liberata quã patiebatur sub diuersis imperatoribus habet spez ꝓficiendi in melius quousqz perueniet in celestem hierusalem. Unde recolens preteritam persecutionem dicit verba iniquorum prevaluerunt super nos: ⁊ profectum suum ostendens dicit. Benedices corone anni benignitatis tue. Corona anni benignitatis tue ẽ tempus gratie quod per circulum dieruz vsqz in fine mundi decurrit: in quo campi idest illi qui sunt pleni tumore superbie carentes vbertate gratie repellentur propter hanc liberationem cantat ecclesia canticum an ne matris samuelis quod cãtauit liberata de persecutiõe sue emule fenenne scilicet. Exultauit cor meum in domino quod est primi Regum. ij. c. Cum enim respublica cepit per angelicos viros ⁊ imperatores christianos ministrari potuit ecclesia dilatari os suuz super inimicos suos. s. iudeos: paganos ⁊ hereticos. Unde sequitur dilatatum est cor meum ⁊c. ¶ Eadẽ quoqz pace qua gaudent gentiles conuersi: gaudent ⁊ iudei conuersi. Unde in persona iudaici populi cãtamus in quinta feria. Domine refugium factus es nobis. Quod autem iste psalmus ad iudeos pertineat titulus ostendit scilicet Oratio moysi hominis dei Ad idem etiam pertinet canticum moysi cantemus domino: quod est exodi. xv. capitulo in prin. Sicut enim exultauerunt iudei interempto pharaone cum exercitu suo: ita exultant hodie christiani deiectis diuersis imperatoribus qui ecclesiam persequebantur in odium nominis christiani. ¶ In sexta feria fit cõmemoratio passionis domini. Uñ cantatur ille psalmus. Domine exaudi oratiõem meam: cuius titulus est psalmus dauid: quando persequebatur eum filiꝰ eius absolon. Sicut autem dauid habuit plures filios sed vnus illorum scilicet absolon persecutus est eum ita ⁊ dominus noster plures habet filios: de quibus nunc dicit. Non possunt lugere filij spõsi quousqz cũ illis est sponsus: sed vnus illorum scilicet iudas persecutus est eum qui dicitur absolon quasi abassolon i. pax patris propter osculum quod dedit domino qõ est signum pacis. Ad idem pertinet canticum. Domine audiui auditum tuum ⁊c. quod est abacuc. iij. capitulo in principio. In quo dicitur cornua in manibus eius ibi abscondita est fortitudo eius a. f. e. i. mors. Per cornua regna intelligere consuetumus: ⁊ est sensus: cornua in manibus eius id est regnuz in potestate eius. Hanc autem potestatem meruit sibi dari: vel potius sibi datam notificari per passionẽ: de qua ipe dicit. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra Per cornua enim conuenienter secundum hoc intelliguntur duo cornua crucis. Unde videtur secundũ hoc qꝺ potius esset dicendum manus eius in cornibꝰ qꝺ cornua in manibus eius. Maluit tamen sic dicere abacuc prophetа vt ostenderet qꝺ in potestate ⁊ i voluntate eius fuit eum crucifigi: sicut ipse dixit. Nemo tollet a me animam meam: sed ego habeo potestatez ponendi animam meam ⁊ iterum sumendi eam: ibi scilicet in cruce abscondita fuit ad tempus fortitudo eius. quia reputatus est tanqꝺ percussus a deo ⁊ humiliatus ⁊ ante faciez eius ibit mors: quia mors per eius mortez destructa est. ¶ Et nota qꝺ hec dies est quinta a secunda feria in qua agitur de passione saluatoris: sicut ⁊ in dominicis nocturnis quinto loco

ponitur canticū in quo ponitur cōtemptus nabuchodonosor ⁊ victoria trium puerorum in camino ignis vbi aspectus quarti erat similis filio dei: vel sicut habet alia translatio filio hominis: quia in passione salvatoris facta ē destructio dyaboli ⁊ victoria christiani populi de tribus partibus orbis collecti per eum q ē verus filius dei ⁊ verus filius hominis. ¶ In sabbato vero fit commemoratio victorie populi iudaici qui erat coniunctus ecclesie dei in fine seculi: ⁊ cantabit cum ecclesia psalmum. Bonum est confiteri domino ad annunciandum mane scilicet prosperitatis misericordiam tuam ⁊ veritatem tuam per noctem scilicet aduersitatis: qui psalmus intitulatur laus cantici dauid in die sabbati: vnde cōueniens est: vt in die sabbati: cantetur psalmus ille in quo agitur de persecutione iude: qui persecutus est christum in figura absolon qui persecutus est patrem: ⁊ qui intitulatur in die sabbati. Quod autem psalmus iste pertineat ad iudaicum populum conuincitur ex illo versu. In decachordo psalterio cum cantico. Psalteriū decachordum dicitur lex propter decem mādata legis. ¶ Et nota q̄ hoc psalterium quidam portant: sed in eo nō psallunt: vt iudei perfidi qui nobis sunt in codicibus testes: in cordibus hostes: quidam portant ⁊ psallē videntur nō tamen psallunt vt falsi christiani qui cuz tristitia aliquando bona opera operantur. Quidam portant ⁊ in eo psallunt: vt illi qui cum hilaritate bonum operantur. Hoc autez erit in populo iudaico cū vnum erit cum ecclesia. Qualiter canticum moysi. Audite celi: quod est deutrono. xxxij. capitulo pertineat ad sabbatum ⁊ ad populum iudaicum ex verbis bede haberi potest: qui dicit super lucaz q̄ in diebus sabbati iudei ad synagogas confluebant ad meditā da diuine legis mandata: postpositis mūdi negocijs iuxta illud. Vacate ⁊ videte quoniam suauis est dominus. In memoriam ergo pristine religionis canticum ipsum deutrono. in sabbato cantatur: in quo status illius populi quē habuit offenso vel propicio deo describitur. ¶ Post antiphonam sequitur capitulū per quod fit exhortatio ne deficiamus in via. Et dicitur quandoqz benedictio ⁊ claritas apocalip. vij. c. ⁊ quandoqz. Fuistis aliquando tenebre ephe. v. ⁊ quādoqz. Nox p̄cessit ad romāos. xiij. capitulo vbi hortamur in fide perseuerare: misericordie operibus intendere opera tenebrarum abijcere: ⁊ arma lucis induere ⁊ consolamur per promissionem glorie. Et p⁹ capitulum sequitur responsorium. In quibusdam tamen ecclesijs non dicitur responsorium. Videtur enī hoc superfluere propter responsoria in nocturnis dicta: quia hodie nocturne ⁊ laudes matutine vbiq̄ cōiunctim cantantur. Hec tamen ratio cessat si laudis matutine officiuz sit per se. In omnibus tamen alijs horis post capitulum sequitur responsorium. Post capitulum seu responsorium chorus exhortationi assentiens hymnum resonat. Post hymnum sequitur versus. Quia enim per canticum zacharie quod statim subsequitur promissio notatur: ⁊ nos tardi sum⁹ ad credendum promissionibus: ideo premittitur versus alta voce: vt excitemur ad credenduz dei promissa. Et dicitur in quibusdam ecclesijs versus. Repleti sumus mane misericordia tua: in quo recolitur tempus quo iustis recompensabitur merces post huius seculi laborem. Vnde dicit beda: repleti sumus mane: preteritum ponens pro futuro prophetali certitudine: quia in mane eternitatis misericordia domini replebimur. Juxta illud. Statiabor cum apparuerit gloria tua. In alijs vero ecclesijs dicitur i matutinis Domine meditabor in te. ¶ Consequenter chorus versu excitatus subijcit canticum zacharie. s. Benedictus quod est luce. i. c. quod semper dicitur. Juxta quod ait apostolus. Seruiendum est deo in psalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis. i. corde ore ⁊ opere. Siquidem per hymnum exprimitur leticia quam de consecuta libertate habemus. Et quia christus hanc nobis leticiam acquisiuit: ideireo ne de huiusmodi beneficio ingrati esse videamur in laudem dei cantando prorūpimus antiphonam inchoantes. Et quia nos liberauit ei grates referimus alta voce cantando canticum ipsum: ⁊ quare quia visitauit nos existentes in miseria ⁊ fecit redemptionem plebi sue. Quare etiaz hoc canticum alta voce dicatur in sexta parte sub quinta feria cene domini dicetur. Vel ideo post psalmos ⁊ lectiones ⁊ versum canticum ipsum dicitur: vt recordemur q̄ finito tempori noui testamenti. quod per p̄missos matutinales psalmos significatur: remuneratio abrae promissa nobis dabitur si doctrina christi i buti quod per lectionem ⁊ ad dei seruitium visitati q̄ per versum significatur: sine timore in sanctitate ⁊ iustitia omnibus diebus seruiemus deo. ¶ Rursus iō psalmus benedictus hoc loco dicitur: quia in eo agit̄ de precursore illius qui in sexta etate vēit: ⁊ iste est sextus psalmus in laudibus. ¶ Et nota q̄ quia hoc cā ticum ⁊ canticum marie. s. Magnificat anima mea dominuz ⁊c. euangelia sunt: ideo ea stantes cantam⁹. Ceterum hec duo cantica non cantantur in ecclesia eo ordine quo edita sunt: quem ordinem ponit magister in historijs vbi agit de ortu precursoris. Nam cā ticum zacharie prius cantatur: ⁊ tamen secundo editum est: quia enim ibi legitur. Et erexit cornu salutis nobis quod est factum in resurrectione. Et quia loquitur ad puerum qui fuit aurora solis: ideo cantat̄ in laudibus. Canticum autem virginis quia legitur ibi. Respexit humilitatem ancille sue ecclesie scilicet ipsius marie: quod quidem factum est in sexta etate: ⁊ agitur de incarnatione ibi. Suscepit israel puerum suum: ideo canitur ad vesperas scilicet in sexto officio diurno. Tertio canticum symeonis quod sequit̄ canitur in septimo officio scilicet i completorio: quia orat se dimitti in pace quod erat in septima quiescentium. ¶ Rursus in tribus horis tria dicimus euangelia scilicet i aurora benedictus: quia ibi vera lux nūciatur. In vespera. Magnificat: quia in fine mundi prout ibi dicitur: deus superbos disperdet: ⁊ humiles exaltabit. In completorio. Nunc dimittis: quia post iudicium sancti in pace regnabunt. Finito cantico antiphona que dilectionem siue deuotionem quam i laudando deum habere debemus significat: repetit̄. Dum autem versus ante ipsum canticum dicitur of-

fertur incenssum: vt notetur deuotio ab igne charitatis egrediens que in omni laudi esse debet. Thuribulum enim est cor hominis: ignis charitas: incensum oratio: fumus in altum tendens est deuotio que sursū tendere debet. Juxta illud. Dirigatur oratio mea ꝛc. de hoc in quarta parte in titulo de accessu pontificis ad altare dictus est ꝛ dicetur sub vesperis. Primo autem offertur incensum circa altare: nam ꝛ sacerdos legalis mane intrabat templum vt super altare incensum offerret: vt dicetur sub titulo de vesperis: offert̄ itaq; incensum circa altare vt notetur canticum toto cordis affectu esse proferendū. Et ne nobis accidat quod contigit zacharie cui dum incensum offerret apparuit angelus dicēs q; ei nasceretur filius: quod quia ille non credidit obmutuit. Credamus igitur de promissionibus dei ne a laude eius muti efficiamur. Alia etiam ratio sub vesperis dicetur. ¶ Post canticum sequitur oratio per quaz est impetranda promissio: de qua dictum est in prohemio huius partis. De laudibus matutinis quas monachi dicunt in precedenti titulo dictum est.

¶ De prima. Rubrica.

POst quam de nocturnali premissum est officio conuenit aliqua dicere de diurno. Et primo de hora prima in qua deum laudare debemus: tum quia est initium diei ꝛ nobis dedit noctem cuz salute ꝛ sine sathane impedimento transire: prout incompletorio rogamus ipsum: tum quia tali hora christus a iudeis pilato traditus est: ꝛ etiam angelus nunciauit mulieribus ad monumentum orto iam soli venientibus cum surrexisse: eadem etiaz hora visus est in littore maris a discipulis piscantibus dicēs illis pueri habetis aliquid pulmenti. Tum quia eadem hora dominus cōueniebat in templo ꝛ populus manitabat. i. mane expectabat: vel. i. ad eum mane festinabat: tum etiaz qz scriptura dicit. Primum querite regnum dei. Merito ergo ecclesia in hac hora dominum laudat ꝛ eum inuocat dicens. Deus in adiutorium meum intende cum glorificatione sequenti ꝛ inde petit liberari ꝛ a p secutione mundi ꝛ a tentationibus dyaboli: vt patet i hymno. Jam lucis orto sidere ꝛc. ¶ Est autem notā dum q; in prima hora hymnus ipse inuariabilis est: quoniam quolibet die premissa liberatione egemus: similiter ꝛ in cōpletorio hymnus. Te lucis ꝛc. in quo petit ecclesia a fantasmatibus liberari: qua etiam liberatione semper egemus: prout sub completorio dicetur. Quedam etiam ecclesie nunquam variant antiphonam ad primam. Cum enim deus sit inuariabilis qui est alpha ꝛ o. i. principium ꝛ finis iccirco quia semper a nobis primicias ꝛ decimas exigit tanquam semper soluentes primitias diei nunquaz variant antiphonaz sed semper dicunt illam de trinitate: nisi aliquod festum accidat: quia tunc fit de ipso festo. Alie tamen ecclesie variant antiphonam ꝛ hymnum ꝛ in dominicis ꝛ in feriis ꝛ in festis dei ꝛ sanctorū. Post antiphonam sequuntur psalmi: ꝛ ex continentia precedentis hymni euidenter apparet quare dicatur primus psalmus. Deus in nomine tuo ꝛc. in quo ecclesia orat a periculis ꝛ ab inimicis liberari: deinde se armat primo contra hostes cingulo castitatis cum dicit. Beati immaculati in via ꝛc. Secundo galea salutis scilicet spe cum dicit. Retribue seruo tuo ꝛc. de quibus dicitur sub sexta. Tertio etiam scuto fidei cum dicit. Quicunq; vult saluus esse ꝛc. in quo fides nostra continetur: vt iam dicetur que est scutum ꝛ munimen nostrum ꝛ victoria contra carnem mundum ꝛ dyabolum ꝛ eius omnes tentationes: vnde petrus. Cui resistite fortes i fidei ꝛc. Quarto sumit gloriam spiritus quod est verbum dei: dum dicit capitulum siue lectionem que pertinet ad doctrinam: quia oportet vt precedant bona opera que per psalmos significantur: ꝛ tandem sequatur doctrina de spiritualibus ꝛ secretioribus. Juxta illud: cepit ihesus facere ꝛ docere. ¶ Sunt ergo tres psalmi scilicet Deus in nomine tuo saluum me fac. Beati immaculati in via Retribue seruo tuo vt in tribus horis munimentum contra impugnatiōes interiores ꝛ exteriores habeamus. Et dicuntur sub tribus glorificationibus eo q; trinitas in nostris operibus glorificatur. Secundus psalmus est. Beati immaculati in via vsq; Retribue seruo tuo. Tertius est. Retribue seruo tuo vsq; legez pone mihi domine viam iustificationum tuarum qui ex octonarijs versuz constituuntur. Habet eni vnus quisq; sedecim versus: quorum duodecim significāt duodecim ꝓpheras ꝓphetas: alij quattuor designāt quattuor maiores scilicet hieremiam isaiam danielē ꝛ ezechielem: siue duodecim apostolos ꝛ quattuor euangelistas. Dicuntur ergo illi duo psalmi ex sedeciz versibus constituti vt ostendatur q; ea que duodeciz prophete ꝛ quattuor maiores: siue duodecim apostoli ꝛ quattuor euangeliste dixerunt proposse obseruar̄ debemus. De octonarijs dicet̄ sub titulo de completorio. Sunt etiam quodāmodo quinq; psalmi habito respectu ad diuisionem octonariorum versuum cuiuslibet p̄s. significantes q; ecclesia petit ne mors ingrediatur per fenestras quinq; sensuum nostrorum: seu vt quinq; sensus nostri per diem diuinitus muniantur. Primus est. Deus in nomine tuo saluū me fac Secūdus Beati immaculati in via. Tertius. In quo corrigit. Quartus. Retribue seruo tuo. Quitus. Adhesit. ¶ Et est sciendu; q; a psalmo Beati immaculati in via vsq; ad psalmum. Ad dominuz cum tribularer clamaui: est vnus psalmus continens duodeciz capitula: qui secundum ambrosium est paradisus pomorum ꝛ apotheca spiritus sancti: ideo ecclesia ruminat illum per horas velut species aromaticas paradisi vt sit species aromatica deo ꝛ mūdo. ¶ Sed queritur quare psalmus ille. Deus in nomine tuo saluuz me fac. dicatur ad primam quem dauid cecinit dum iudei eum saul tradere volebant. Respondeo ideo qz per cypheos qui interpretantur flozētes intelligitur dyabolus qui caducam flozidutatem suis ostendit.

Ipse enim siue per se siue p membra sua insidiatur nobis ⁊ nos aperte persequit̃ vt nos eterne tradat morti. Ad vitandum ergo eius caliditatem: iste psalmus in prima hore siue in diluculo cantandus est: quẽ dauid cantabat vt ab inimicis saluaretur. Post illum dicitur psalmus. Beati immaculati in via: qui plenus ẽ moribꝫ: quia oportet vt bi quos deus liberauit de vinculis ⁊ carcere inimicorum moribus bonis ⁊ in omni deuotione assistant. In diebus vero dominicis in quibus matutinale dicit̃: ⁊ historia mutatur: dicũtur ad primam quinq; psalmi qui sunt in fine ipsius nocturni dominicalis. s. Deus deus meus respice ⁊c. q psalmi quare in prima dicantur sub completorio dicetur. In quibusdam tamen ecclesijs dicuntur solum in dominicis a septuagesima vsq; ad pasca quo etiaz tempore dicitur ad primam psalmus. Dominus regnauit propter rationem ibi scriptam. In premissis etiam dominicis dicitur ad primam psalmus Confitemini domino: ne aliquid de psalterio pretermittatur: quin totum in septimana dicatur: ⁊ quia ibi presertim in versu illo. Hec est dies quam fecit dominus ⁊c. agitur de resurrectione ad quam dies dominici pertinent: ⁊ secundum hoc in dominicis dicuntur ad primam. ix. p̃s: vt cum nouem ordinibus angelorum in resurrectionis gaudio trinitatem laudare possumus In primis quiq;. s. Deus deus meus respice: ⁊ sequẽtibus de christi passione cantatur per psalmum. Confitemini ⁊ tres quotidianos: innuitur q in quattuor mundi partibus doctrinam quattuor euangelistarũ laudare debemus. In psalmo. Deus in nomine tuo saluum me fac: petimus erroris depositionem: i confitemini exhortamur ad laudes confessionem in Beati immaculati ad laudis operationez in Retribue ad mandatorum retributionem. Verum quia fides est fundamentum mandatoruz ⁊ victoria que vincit mũdum: quia cetera sine fide frustrantur ideo subditur symbolum fidei. Quicũq; vult q athanasius alexandrinus episcopus rogatu theodosij imperatoris ad eradicandam inualescentem hereticorum perfidiaz ⁊ fidem catholicam diuulgandam edidit: ⁊ singulis diebus dominicis ecclesia constituit cantari ad pmã: quia populus tunc maxime ad ecclesiam conuenit vl quia fides principium salutis existit. Quidam tamẽ ex curositate illud omittunt in illis diebus quibus in missa. Credo in vnum deum dicunt. quidam aũt dicunt q dictus athanasius fugiens a facie cõstantini imperatoris in treueri illud composuit: quodq; non dicitur in ecclesia ex primaria ecclesie institutiõe. Et aduerte qz in hoc symbolo due principaliter sunt partes. s. de trinitate ⁊ de incarnatione verbi: sed de libero arbitrio premittitur. ¶ Postea sequitur capitulũ in quo pastor oues ⁊ paterfamilias operarios ne in calore ⁊ labore deficiant consolatur: de quo iam dicetur: ⁊ dicitur qñq; capitulum. Gratia vobis ⁊ pax a deo ad gal'. i. ⁊ quandoq;. Pacem ⁊ veritatem zacharie. viij. d. ¶ Post capitulum sequitur responsoriuz Christi fili dei viui ⁊c. vt ecclesia ostendat se innuere ⁊ applaudere his que in illo dicta sunt: nihilominus tamẽ orat pro se. Vñ postea subijcitur versus. Exurge christe. i. fac nos exurgere. Exurgere aut̃ a vicijs nihil aliud est quam ad dominum redire. ¶ Sciendum est autem q quedam ecclesie omittiunt responsoriũ illud. Christe fili dei viui in aduentu ⁊ in septuagesima quia licet tam patres qui fuerunt ante legem quam qui fuerunt sub lege seperarent per christum a miserijs liberari: tamen quia ipse in illo tempore nõdum venerat: ideirco cum tempora illa recoluntur misericordia christe minime inuocatur. In festiuitatibꝫ tamen sanctorum que in illis temporibus occurrunt illud dicunt: quia in illis tempus gratie repꝛesentat̃. Quedam tamen ecclesie non dicunt capitulum nec etiam responsorium: sed solum versum Exurge volẽtes morem apostolorum imitari: quos legimus post ascensionem ante aduentum spiritus sancti in orationibus ex bonis operibus perseuerasse sicut lucas dicit q ipsi adorantes reuersi sunt in hierusalez cũ gaudio magno: ⁊ erant semper benedicentes in templo ⁊ laudantes deum. Nec legimus eos tũc fecisse sermonem ad populum: sed in die pentheco. dato eius spiritu sancto hora tertia ceperunt tanq̃ cõfirmati ad populum loqui in quo instruimur q vsq; ad horam tertiam bonis operibus ⁊ orationibus vacare debemus ⁊ tunc tandez alios docere: quod notat ipsa lectio seu capitulum. Nam psalmos ad opera: lectio vero pertinet ad doctrinam propter hoc ergo lectionem in prima subtrahunt: ⁊ per consequens responsoriuz quod ei respondere debet. ¶ Rursus per primaz pastoris opera intelliguntur. Vnde ⁊ tũc dicitur. Respice domine in seruos tuos ⁊ in opera ⁊c. qui pastor christi exemplo debet prius operari vt i alijs horis alios ad operandum valeat exhortari: ideoq; non dicunt capitulum quod est exhortatio seu consolatio post psalmos per quos opera significantur: sed post primam dicitur lectio vt dictum est in proemio huius partis. ¶ Subsequenter dicuntur preces: quoniam in concilio agathẽ. de conse. di. v. conuenit: statutum est vt preces siue capitula de p̃s. in singulis horis dicãtur. Dicuntur autem propter tria. Primo ad resecandas superfluas cogitationes. Secundo ad impetranduz misericordiam propter oues orantes ⁊ operarios fatiscentes. Tertio ad postulandum auxiliuz contra tẽtationes vt possimus in dominica oratione patre securius inuocare. Et dicuntur hoc modo. Primo nanq; dominica oratio dicitur in qua sunt. vij. petitiones propter septem dona spiritus sancti habenda: vt iam dicetur. Sed quia muscę morientes perdunt suauitatem vnguenti precedunt ipsum kyrieleison. Oportet enim tale quid precedere quod inanes cogitationes repellat a mente: vt dicendo ipsam orationẽ mẽs que inuisibili loquitur sola inuisibilia cogiter. In diuinis siquidem officijs ante ipsam orationem dicit̃ ter vel semel kyrieleison: ⁊ postea semel vel ter christeleison: ⁊ iterum ter vel semel kyrieleison. Dicitur ter kyrieleison: ad notandu tres status diuinitatis ⁊ diuine maiestatis: quos aliquo modo in ecclesia celebramus. Sed semel dicitur propter vnam substantiam. Primus status fuit ante assumptaz humanitatẽ quã do trinitas inuocabatur sine copulatiõe humane na-

ture: ⁊ dicebatur dominus: quia dominus nomen illi. Secundus fuit post assumptam humanitatem scilicet quādo christus videbatur in terra: ⁊ nihilominꝰ credebatur a suis deus ⁊ filius dei: ꝓpter assumptaꝫ enim humanitatem que vncta est oleo spirituali vocatur christus. Unde in medio statu dicimus christeleyson. Quando igitur ter dicimus christeleyson ostēdimus eum nunq̄ fuisse separatum a substantia sancte trinitatis licet fieret homo. Sꝫ quando semel ostēdimus cum fuisse solum inter homines: ⁊ neminem sibi per omnia similem habuisse. Tertius status fuit ex eo tempore quo voluit clarificari assumptam humanitatem plusq̄ esset quādiu mortalis erat. Quia ergo in illa clarificatione ostensa est trinitas: ideo dicimus ter kyrieleison semel vero dicitur ꝓpter vnā substantiam. De horum verborum efficatio dictum est in quarta parte sub titulo de kyrieleison. ¶ Et nota quod premissi status dicuntur ꝓpter nos non ꝓpter deum apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. ¶ Post kyrieleison sequitur dominica oratio in qua sunt septem petitiones ꝓpter habenda septeꝫ spiritus sancti dona per que merentes septem virtutes: ⁊ per istas a septem vicijs liberari ad octo beatitudines peruenientes. ¶ Et dicitur voce demissa ⁊ secrete. Primo vt per hoc verba humilitatis ⁊ orationis deuotio significetur. Secundo vt quasi ad interiora reuersi ipsas res cuꝫ magna diligentia mente capiamus quas verbis pronunciamus. Tertio quia in ea deo loquitur qui non tantum verba sed renes scrutatur ⁊ corda. Quarto ad notandum q̄ oratio ipsa potius habet efficatiam in deuotione cordis quam in clamore oris. Licet enī moyses ad dominum non clamaret: ore tamen dominus qui magis attendit clamorem cordis quam oris: inquit ei quid clamas ad me. Exo. xiiij. c. ¶ Finis tamen ipsius orationis alte pronunciatur: vt ab omnibus confirmetur ⁊ vt auxilio precum astantiuꝫ respōdentiuꝫ. Amen a tentatione liberemur: quia sicut ait augustinus. Impossibile est multitudinem non exaudiri. Principium quoq; eius publice pronunciatur: vt per hoc populi astantes ad orandum inuitentur. ¶ Sane dominica oratio dicitur vt vita spiritualis anime impetretur ꝓpter quod immediate illa dicta subijcitur. Viuet anima mea ⁊ laudabit te ⁊c. deinde sequitur. Errauī sicut ouis que ⁊c. in quo fit cōfessio. Non enim potest in deo viuere qui non confitetur. Consequenter dicitur. Credo in deum in quo fides nostra continetur: sine qua impossibile est deo placere: ⁊ per quam contra omnia aduersa armantur: qui per dominicam orationem mundantur. Et dicitur voce demissa: finis vero alte ad notandum q̄ corde creditur ad iustitiaꝫ ore autem confessio fit ad salutē extra de sacra vnc. de quo in quarta parte dictum est vbi de symbolo agitur. Postea sacerdos quasi suspirans dicit. Et ego ad te domine clamaui ⁊c. Juxta illud dauid. De profundis clamaui ad te domine. Quia vero non est speciosa laus in ore peccatoris. quia peccatori dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas ⁊ assu. testamen. meum per os tuuꝫ. iij. q. vij. §. q̄ instatur: ideo petit sibi gratiam confiteri: qua repletus possit digne laudare dicens: repleatur os meum laude. ¶ Subsequuntur etiaꝫ postea multe preces: quibus ecclesia obsecrat: orat: postulat ⁊ gratias agit iuxta doctrinam apostoli ad thimo. Obsecrat dum dicit. Domine auerte faciem tuaꝫ a me ⁊c. pro prie autem obsecratio est quando cuꝫ adiuratione petitur: vt cum dicitur per passionem tuam libera nos domine. Orat dum bona sibi dare petit: vt ibi: cor mū dum crea in me deus: ⁊ spiritum rectuꝫ. Postulat duꝫ a se mala sibi contraria remoueri petit: vt ibi. Dignare domine die isto sine peccato nos custodire. Gratias vero agit pro iam receptis: cum dicit. Benedic anima mea domino: de hoc etiam sub titulo de tertia dicetur. ¶ Potest etiam ⁊ aliter dici quoniam oratio dominica cum sequentibus precibus ⁊ cum psalmo. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: ideo dicuntur quoniam sunt intra ecclesiam nostram qui minima ⁊ qui maxima committūt Pro minima committentibus: ⁊ pro se ipso sacerdos orat quando kyrieleison ⁊ orationem dominicam dicit: i qua nemo se excusare potest nisi veraciter dicat. ¶ Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus ⁊c. Pro maiora committentibus: ⁊ per penitentiam resurgentibus dicitur psalmus: miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: qui pro prie pertinet ad penitentes: prout dictum est sub titulo ō laudibus matutinis: ⁊ viuet anima mea ⁊c. quia anima mortua fuit post mortale peccatum. Errorem etiam suum exponit dicens. Errauī sicut ouis que perijt ⁊c. Medicinam querit vbi dicit. Quere seruum tuum domine: quia mandata tua non sum oblitus: id est paratus sum adimplere. ¶ Rursus in his precibus ecclesia orat pro peccatis: ⁊ presertim pro quatuor orat scilicet pro immundicia remouenda: ⁊ pro mundicia conferēda: pro tristicia que est ex morsu cōscientie remouenda: ⁊ pro leticia conferēda: pro quibus dicit quattuor particulas illius psalmi. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuaꝫ Pro immundicia remouenda dicit. Auerte faciem tuam a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele. quasi dicat noli ea eternaliter punire: sed quia posset esse q̄ homo non curaret ea deleri: ex quo in presenti non punirentur: ideo addidit. Et omnes iniquitates meas dele: pro mundicia vero conferenda dicit Cor mundum crea in me deus. Sed quia etiam collata mundicia homo eam sibi collatam ignorat: ⁊ adhuc conscientie morsu torquetur: ideo addidit. Ne proicias me a facie tua: ⁊ spiritum sanctum tuuꝫ ne auferes a me: deinde pro leticia conferenda dicit. Redde mihi leticiam salutaris tui: ⁊ spiritum rectuꝫ ⁊c. Sed qui adhuc restant inimici q̄ nos ad mala trahere nituntur qui sunt tres. s. caro mundus ⁊ dyabolus: circo cōtra inimicos ponit tres vsiculos. s. Eripe me domine ab omni malo: ⁊ alios duos sequentes. Inimicis vero repulsis iam laudare potest. vnde dicit sic: Psalmum dicam nomini tuo ⁊c. ⁊ quia omni tempore laudandus est adiungit. Et reddam vo-

ta mea ꝛc̄. ꝛ etiam in omni loco: ideo adiūngit. Exaudi nos deus salutaris noster. Adhuc q̄ per passionē redempti sumus: ꝛ per eam nostra oratio recipit efficaciam. ideo reducimus ad memoriam que in passione domini legimus ꝛ cantamus videlicet: Sanctus deus sanctus fortis sanctus ꝛ immortalis. Inde hortamur animam nostram ad benedicendum sibi propter beneficia nobis collata ibi. Benedic anima mea domino ꝛc̄. Consequenter vero vt pura sit oratio cōmunem facit confessionem: per quam a venialibus mundamur: sine quibus cōmunis vita facile non ducitur. Et quia hominis confessio nil valet nisi interius conuertatur. ideo subiungit: Conuerte nos deus salutaris noster: ꝛ auerte iram tuam a nobis. Preterea quia in principio diei est orat a peccato per diem liberari dicens: Dignare domine die isto sine peccato nos custodire: sine quo vix potest esse ad momentum humanitatis fragilitas. Et quia necesse est vt misericordia dei sequatur sicut preuenit. Iccirco addit: Fiat misericordia tua domine super nos ꝛc̄. demum orat pro diuersis gradibus ecclesie: ꝛ tandem concludit per psalmum: Miserere mei deus ꝑm magnam misericordiam tuam. post quem noster opilio solus orat pro omnibus in collecta. Cum autem sacerdos orat seu preces huiusmodi dicit in diebus profestis se ad terram prosternit vt maiorez in se ꝛ alijs excitet deuotionem. sed finito psalmo: Miserere mei deus. surgit ceteris prostratis manentibus ꝛ stans orationem dicit: quoniam vicem gerit illius sacerdotis qui in celo est: ꝛ qui pro nobis quottidie interpellat. Primo ergo iacendo cum ceteris orat: sicut ꝛ dominus cuius vicarius est priusq̄ resurgeret cum peccatoribus conuersatus: ꝛ in cruce prostratus est postea stādo orationem dicit: vt illius resurrectionem recolat cuius vicem gerit. In quibusdam tamen ecclesijs omnes illo surgente surgunt in quo significant se spez recepisse a peccatis resurgendi. ¶ Et nota q̄ sola ecclesie vnitas adorando in faciem cadit. In profestis ergo diebus quādoq̄z prostrati oramus: in quo octo significantur. Primum infirmitas corporalis: quia ō puluere sumpti sumus Secundum infirmitas animi quia per nos non erigimur. Tertiuz est erubescentia quia non audemus oculos in celum leuare. Quartū prudentia: quia videmus vbi cadimus. id est in terre nis affligimur. Quintum vt cordis contritionem significemus. Sextum quia Christuz adorantes cuz ad terram descendisse: ꝛ carnem de terra credimus induisse. ꝛ hoc etiam quidam figurant: qui volentes sibi signum crucis imprimere prius inclinati terram manu tangunt. Septimum quia reducimus ad memoriam: licet in paradiso angelici creati fuerimus. corpora nostra propte lapsum nostrum inter animalia bruta iacere: ꝛ animam corporali mole grauari. Octauum vt ipso actu confiteamur nos esse peccatores ꝛ terrenis desiderijs inhererendum ventrem terre ꝛ animam pauimento infigimus. ꝛ hoc est introductum ab Abraam qui cadens in terram dominum adorauit: quem prophete imitati fuerunt. Unde Origenes in omelia illius euāgelij: Erant ioseph ꝛ Maria mirantes super his ꝛc̄. ita dicit: sancti prophete quando angustius aliquid contemplabantur cadebant in facies suas vt peccata per ruinam corporis plenius purgarentur. Quandoq̄z etiam in priuatis oratōnibus genua flectimus: vt salomon ꝛ apostolus dicens. Flecto genua mea ad pa. do. no. extra de immu. eccle. decet: vt per hoc omne genu christo flecti innuamus: sed tunc non prostrati sed facie erecti stamus quasi ipso actu dicentes trahe me post te. ¶ Quid dicere debemus dum genua flectimus: in sexta parte sub titulo de pascha dicetur. Et quandoq̄z stamus quasi letantes q̄ in domum domini ibimus. In primo quidem modo exprimimus conditionem nostram. in secundo desiderium. in tertio spem. ¶ In diebus vero dominicis ꝛ in pascalibus genuflectio non fit: nec dicitur per horas kyrieleyson. nec oratio dominica: sed stantes oramus propter leticiam resurrectionis quam tunc recolimus: de quo in sequenti parte sub festo pasche dicetur. nec in diebus penthe. quibus recolimus libertatem per aduentum spiritus sancti nobis datam. nec in alijs festiuis diebus propter leticiam ipsarum festiuitatum in quibus recolimus sanctam societatem angelorum ꝛ sanctorum que iam est in leticia sempiterna: nisi pro presentia corporis ꝛ sanguinis christi. In his tamen diebus stantes capite inclinato orare debemus: sicut ꝛ deuote mulieres ad monumentum fecerunt: ꝛ tunc etiam huiusmodi flebiles preces vite presentis dimittimus: ad notandum q̄ in futura resurrectione vbi erit vera libertas ꝛ vera societas nulla precatio exercebitur pro miseris: de hoc dicetur in sexta parte sub titulo de sabbato post penthecosten. In quibusdam tamen ecclesijs in omnibus officijs dicitur dominica oratio licet stando: nam illa est sal ꝛ condimentum sacrificij. Et sicut in veteri testamentio nullum sacrificium sine sale fiebat. ꝛ ita nullum officium nostrum sine illa fieri debere videtur: de hoc etiam dictum est in proemio huius partis. ¶ Sane preces huiusmodi mystice humilitatem significant: prout sub completorio dicetur. versi autem ad orientem illas dicimus: de quo dictum est in proemio huius partis. Ultimo subijcitur oratio quam salutatio scilicet. Dominus vobiscum. precedit ꝛ etiaz sequitur: quia sicut dominus postq̄ resurrexit salutauit apostolos dicens: Pax vobis. ꝛ postea locutus est eis. ꝛ post locutionem iterum dixit: Pax vobis. ita ꝛ presbyter eius vicarius postquā resurrexit ab accubitu salutat fratres dicens: Dominus vobiscum: ꝛ pro eis orat. ꝛ post orationem iterum dicit: Dominus vobiscum: quasi dicat: Si gratiam dei impetrastis in illa perseuerate. ꝛ iterum populus dicit: Et cum spiritu tuo. Ac si dicat: Orasti pro nobis ꝛ nos pro te oramus: de hoc dictuz est in quarta parte sub titulo de salutatione ad populum. Nouissime dicitur benedicamus. de quo dictuz est in proemio huius partis. Postq̄ vero ecclesia direxit orationes ad dominum implorat orationes sanctorum dicens: Preciosa in conspectu ꝛc̄. quod non est de prima inde est q̄ quidam dicunt illud post matutinas laudes. Etiam quidam interponūt iter p̄mā

ꝛ preciosa primam de beata virgine ꝛ quidam missa animarum. ꝛ quidam religiosi hoc in capitulo dicũt. Aliqui tamẽ dicunt esse ō prima ꝑm ea que dicta sunt in probemio vbi agitur de lectione continuantes illō cum prima. deinde sacerdos ad honorem trinitatis orat generaliter ꝓ se ꝛ pro omnibus dicens ter: Deꝰ in adiutorium ꝛc. vel dicit ter vt petat auxilium cōtra insidias diaboli carnis ꝛ mundi. vel in honorem trinitatis. Et ideo subiicitur: Gloria patri ꝛc. Nec post gloria patri sequitur alleluia: pro eo ꝙ locus in quo hec dici cōsueuerunt: puta capitulum: sacer nō est. Sicut enim sacer locus significat illam hierusalem i qua vox illa angelica: scilicet Alleluia audit: ita locus ille nō sacer: peregrinationẽ nostrã repsentat in qua peccamus. deinde quia dum in hac vita sumus peccamꝰ ideo subiungimꝰ kyrieleyson: ꝛ pater noster. ꝛ postea respice domine in seruos tuos ꝛc. vbi dicitur: Et dirige filios eorum. Filij nostri sunt cogitationes que de mente nostra nascuntur quas ad opera domini implenda rogat dirigi. opera vero manuum nostrarum sunt opera exteriora que interius a cogitationibꝰ ꝓcedunt. Sed quia omnia ad vnum tendunt: ideo postea dicit opus singulariter cuꝫ dicit: Et opus manuũ nostrarum dirige. Et iterum opilio siue pastor ꝓ omnibus omnibꝰ orat generaliter dicens: Dirigere digna re domine ꝛc. Oratione vero seruitium concluditur vt diuina gratia que actiones nostras ꝓcedit etiaꝫ ipsas subsequatur.

¶ De tertia. Rubrica.

Hora tertia deo

laudes exoluimus: quoniaꝫ in illa ꝑm Barcum. Jesus linguis iudeoꝝ mori adiudicatus est: ꝛ a pilato ad columnam ligatus est ꝛ flagellatus. Merito ergo, hora illa oramus: vt sicut. s. ab Adam per diaboli suggestionem separatus est: ita per xp̃i crucifixionem dignetur eadem hora spiritus sanctus in cordibus nostris infundi. In hac etiam hora repromissus spiritꝰ sanctus datus est apostolis: ꝛ visibiliter dei magnalia loquebantur. vnde in actibus apostolorum: Non sunt isti hebrei cum sit hora tertia diei: propter quod dicitur hymnus: Nunc sancte nobis spiritus ꝛc. Dicitur etiam psalmus: Legem pone. quia tunc lex noua data est apostolis. Quia vero homo per legeꝫ dei a morbo peccati sanatur. Juxta illud sapiẽtie: Nec herba nec malagina sanabat eos: sed tuus sermo domine ꝛc. ideo in quibusdam ecclesijs capitulum illud dicit: Sana me domine ꝛc. Hiere. xvij. c. ꝛ responsorium: Sana animam meam ꝛc. Et qñq illud dicit: Charitas dei diffusa ẽ. roma. v. c. ꝛ qñq illud: Obsecro vos fratres per misericordiã dei. roma. xij. c. ¶ Rursus quia nō potest sanari nisi cōseruet: ideo sequitur versus. Adiutor meus esto ꝛc. q. d. quãuis liber ꝛ sanus in via tua sim constitutus: tamen non sufficio sine tuo adiutorio peruenire ad illam meridiem: de qua dicitur: Jndica mihi vbi pascas vbi cubas i meridie. vnde dicitur: Adiutor meus esto domine. ꝛ subiungitur ne derelinquas me. id est inceptum meuꝫ ne intermittas quia sine te nihil est conatus meus: neqꝫ despicias me id est ne contemnas ꝙ ego mortalis te eternum audeo querere: quia tu es deus meus qui me creasti ꝛ recreasti salutaris meus. i. qui sanas plagam peccati mei. Deinde omnes ad orationem prosternuntur: ꝛ prosequitur sacerdos modum orationis quem apostolus docet dicens. Primo omnium fiant obsecrationes: orationes: postulationes: ꝛ gratiarum actiones pro omnibus: ꝛ ꝓ his qui in sublimitate sũt. Obsecratio fit cum adiuratione pro malo remouendo. Oratio pro bono impetrando vel pro malo superando. Postulatio pro bono adipiscendo siue cumulãdo Gratiarum actio pro bono iam collato conseruando Obsecratio est ibi: Ego dixi domine ꝛc. vbi petit vulnera sanari ꝛ medicinam dari. Oratio ibi: Fiat misericordia tua domine. vel ibi: Ostende nobis domine Postulatio ibi: Conuertere domine vsqꝫ quo. vbi postulamus vt per domini auxilium omnia nobis aduersa remoueantur. Gratiarũ actio ibi: Sacerdotes tui induantur ꝛc. ꝛ hoc pro nobis omnibus. Jté orat pro regibus: ꝛ pro his qui sunt in sublimitate dicens Saluum fac regem: ꝛ oremus pro pontifice nostro: ꝛ pro omnibus viuis dicens: Saluum fac populuꝫ tuũ ꝛc. Et pro defunctis dicens: Oremus pro fidelibꝰ defunctis. Sequitur etiam Miserere mei deus ꝓ his q sunt i grauioribus peccatis: sicut ꝑfessit dñica oratio pro his qui sunt in quottidianis. Post hoc surgit opilio siue sacerdos: ꝛ omnibus prostratis manentibus orat pro vniuersis de quo dictum est sub prima.

¶ De sexta. Rubrica

Hora sexta pro no

bis crucifixus ꝛ clauis confixus ẽ xp̃s quare tenebre super omnem terraꝫ facte sũt vt sol in morte domini sui lugẽs se quasi nigris tegeret vestibus: ne illum crucifigentibus lumen prebere. Hac etiam hora in die ascensionis cum discipulis discubuit. Merito ergo ecclesia illa hora deo laudes exhibet gratias ei agens: qꝛ pro ipsa xp̃s pati voluit: propter quod ipsum diligit vehementer. Unde in canticis: Nunciate dilecto. qꝛ amore langueo. ꝛ ob hoc tunc dicitur psalmus: Defecit in salutari tuo anima mea ꝛc. Dicitur etiam responsorium. Benedicam dominum in omni tempore: semp laus eius in ore meo supple quia dignatus est pati ꝓ me. id est pro salute anime mee. Hac etiaꝫ hora Adã de paradiso eiectus est. Recte ergo illa hora deum deprecare debemus: vt vnde ille propter superbiam eiectus est: illuc per humilitatem ꝛ bonam operationem redeamus. ¶ Sane officium sexte statui temporis respõdet: sicut ꝛ officia aliarũ horarũ. In ꝑma nãq hora est ichoatio. In tertia profectus. In sexta

consumato ꝑm q̄ sol in prima incipit lucere. In tertia magis calet. In sexta est in summo feruore: quod indicant verba hymnorum que in ipsis horis ⁊ etiam in nona premittuntur. Inchoationi respondent verba que dicuntur ad primam in psalmo. Deus in nomine tuo saluum me fac: ⁊ in virtute tua libera me. i. separa me a zyphcis. In principio nanq̄ nostre conuersionis incipimus a malo separari: vnde ibi merito petimus qui tandem loco ⁊ p̄mio separati sumus Ad idez pertinet quod dicit secundus psalmus Vtinam dirigantur vie mee. ⁊ quod dicit tertius psalm⁹. Retribue seruo tuo. exponitur. i. frequenter tribue ⁊ vbi dicit viuifica me ⁊c. supplendum est qui p̄mortuus eram per peccatum. vnde petit per gratiam iustificari. Ad profectum pertinet quod dicitur in principio tertie: Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum: ⁊ exquiram eum semper. Si enim posito in via petit dari legem correctionis. Ad consummationem pertinet quod dicitur in principio sexte.

Defecit in salutari tuo anima mea. id est anima mea posita in salutari tuo defecit a terrenitate. vel defecit in salutari tuo. id est anima mea tendens in salutare tuum defecit in terrenitate. quanto enim quis magis tendit in dilectionem dei: tanto magis defecit a terrenis: ⁊ quasi p̄ nimio desiderio languet. Juxta illud: Fulcite me floribus stipate me malis: quia amore lāguco. Per flores quidem initia bonorum operuz per mala perfectio accipitur: que etiam alios accendens quodammodo consolatur: non tamen hic plenaz recipit consolationem: sed potius affligitur ex dilectione. ¶ Unde sequitur. Defecerunt oculi mei in eloqum tuum: ⁊ in verbum tuum superspraui. Et in secunda parte: Quomodo dilexi legem tuam domine. Et in tertia: Oculi mei defecerunt in salutari tuo anima mea. quoniam exaudisti ⁊c. Ad hanc perfectionem pertinet responsoriū: Benedicā dñm ⁊ versiculus: Dñs regit. Nam sicut hz alia translatio: Dominus pascit me nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit id est dominus est pastor meus in quo suz tutus ⁊ sufficiens. ¶ Unde sequitur: Et nihil mihi deerit. Spiritualem enim substantiam credit a deo sibi conferendam: quia iam scit esse collocatum in loco pascue vbi fideles in fide plenius corroborantur. Unde dicit: Ibi me collocauit. Quem enim dominus pascit in aduentu spiritus sancti. eundem regit. id est in bonis operibus facit eum delectari. ⁊ per rectum iter ducit ad tutissimam ciuitatem hierusalem: tali nihil deest: teste apostolo qui dicit: Omnia in eo possum q̄ me confortat. Dicit autem quandoq̄ capitulum illō: Alter alterius onera portate. galathas. vi. Quādoq̄ illud: Nolite conformari huic seculo. roma. xij. a.

¶ De nona Rubrica.

Hora nona Christus clamans emisit spiritum. Hori enim voluit p̄ homine illa hora i qua homo de paradyso expulsus est. Et in eadem hora per mulierem ⁊ lignum redemit: quos per mulierem ⁊ lignum deceperat hostis Ars autem artem falleret ⁊ medelam ferret in hostis vnde lesserat. In eadem quoq̄ horas miles latus Christi aperuit ex quo duo nostre saluationis sacramenta: scilicet aquam baptismi ⁊ sanguinem nostre redemptionis nobis eduxit: ⁊ velum templi scissum est: ⁊ monumenta aperta sunt. Eadem hora inferna penetrans inextricabiles tartari tebras confringens seraſq̄ ei⁹ comminuens captiuitatem sanctorum secum transuexit ad celos: igneaq̄ rumphea submota: ant quum incolam in paradyso restituit. Eadem etiam hora cetus apostolorum ad orandum conuenire consueuit: ⁊ Petrus ⁊ Joannes ascendebant in templum causa orationis. Petrus quoq̄ eadem hora ascendit in cenaculum oraturus quando raptus est in estasim: ⁊ linteolum plenum reptilibus de celo ante se dimitti vidit audiens: Petre macta ⁊ manduca. Merito igitur propter has prerogatiuas hac hora deum ecclesia laudat dicens psalmum: Mirabilia ⁊c. ⁊ responsorium: Redime me domine orans p̄ sua redemptione: ne oblita esse videatur q̄ tali hora redempta est. ¶ Illud autem considerandum est q̄ in hora nona iam sol declinauit a centro: status ergo temporis innuit statum virtutum innuit enim feruorem virtutum in quo animus prius erat propter tentationes esse tepefactum. Nam vt ait beatus gregorius. Vicia nos tentant: virtutes nos humiliant. Cum enim vir perfectus tentatur ab altitudine intimi gaudij descendit ad considerandum suam fragilitatem. ⁊ ad videndum quam facilis sit ad casum: vt patet in apostolo qui dicebat ne magnitudo reuelationum extollat me ⁊c. Gaudebat enim paulus de reuelatione: dolebat de tentatione. Unde ipse dicit propter quod ter dominum rogaui ⁊c. Nisi enim sibi molesta esset tentatio non rogaret vt tolleret Nō vt tamen sublata: quia per infirmitatem virtus cui gaudium debetur perficitur. Has tribulationes ⁊ angustias notant aliqui versus psalmorum none: vt in prima parte: Tribulatio ⁊ angustia ⁊c. Et in secunda. Multi qui persequuntur. Et in tertia Errauerunt ⁊c. Ab eisdem petimus liberari in responsorio. Redime me. id est fac vt effectum redemptionis tue que facta est in sanguine tuo sentiam in tribulationibus meis. hoc idem est in versu. Ab occultis meis munda me. id est repelle a me malam cogitationem ⁊ compesce suasorem: secundum Augustinuz ¶ Et nota q̄ responsoria dominicalia in tribus horis scilicet tertia sexta ⁊ nona conuenienter respondent responsorijs ferialibus. Nam in responsorio feriali ad tertiam scilicet Sana animam meam ⁊c. petitur sanitas vulnerū que preterita peccata fecerunt ⁊ in responsorio dominicali: Inclina cor meum ⁊c. Et in versu: Aduerte oculos ⁊c. petitur cautela de futuris quod fit implctione diuinorum mandatoruz Item in feriali responsorio sexte. Benedicaui dñm ⁊c. fit iugis diuine laudis promissio. In dominicali responsorio: In eternum dñe ⁊c. fit promissionis im-

pletio: ibi enim promittit se laudaturum: ꝛ hic laudat In responsorio vero feriali none: Redime me domine ꝛc. petitur redemptiõis effectus quo fit vt res mẽtis. i. amor sit directus ad deum. Et in responsorio dominicali: Clamauí ꝛc. promittitur effectus pedis. i. amoris. s. clamor ad deum: ex amore est enim clamor cordis in pluribus tamen ecclesijs sunt eadez tam in ferialibus ꝙ in dominicalibus. ¶ Et est notandum ꝙ versus qui dicuntur in tertia i sexta ꝛ in nona. neuma habent ad designanduz ꝙ in nulla hora exprimere valemus gaudium ꝛ bravium sempiternum. Capituluz quandoqz dicitur: Omnia probate thessel. v. c. ꝛ quandoqz: sicut in vno corpore multa membra habemus: roma. xij. a

¶ De vesperis. Rubrica.

In hora vespertina significat ecclesia primum aduentũ domini qui fuit: Vergente mundi vespere. in vltima etate: de quo psallens reddit gratias deo. Juxta illud apostoli: Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. de pe. distin. iij. si enim. in fine. Preterea christus in vespere cruce depositus fuit: eadem quoqz hora in cena sacramentuz corporis ꝛ sanguinis instituit pedes discipulorum lauit: discipulis euntibus in emaus in habitu peregrini in fractione panis se manifestauit. Merito ergo ecclesia catholica christo in hac hora gratias agit. Est tamen duplex mundi vespera prout i sexta parte sub epyphania dicetur. ¶ Sane sicut ait Sichardus episcopus cremonensis in mittrali officium diei sequentis incipit in vesperis: quia vespertina synaxis. i. hora. primum est officium ꝺm esdre consuetudinem in quaternario numero prout dictum est in proemio huius partis. Unde vespertinum officium a vespera stella nominatur que in principio noctis oritur. Preterea licet ab initio mundi dies precederet noctem: in nocte tamen dominice resurrectionis nox cepit precedeꝛ diem: vt dicetur in sexta parte sub sabbato sancto. in principio. Dicit autem ecclesia in hac hora gnqz psalmos. Primo propter quinqz christi vulnera: g pro nobis obtulit sacrificium in vespera mundi. Secundo ad correctionem: vt videlicet defleamus ꝛ petamus veniam peccatorum: que in die per quinqz sẽsus corporis committuntur: ꝛ ad nos intrant Juxta illud hiere. Mors ĩtrauit p fenestras nostras. Quis enim est qui visu non concipiat. Tertio per ipsos gnqz psal. munit se ecclesia contra nocturnales tribulationes. Hec enim hora insinuat fletum eorum quib⁹ occidit sol iusticie:: ita sunt in vespere de quo dictuz est. Ad vesperum demorabitur fletus qui durabit vsqz ad matutinum. i. quousqz sol fidelibus oriatur: qui occiderat peccatoribus ꝺm quod legitur Et ad matutinum leticia: ꝛ propter easdem etiam causas pectus quinqz digitis tundimus. ¶ Rursus seculares dicunt quinqz psalmos religiosi vero quattuor: propter rationem tangendam in sexta parte sub titulo de adventu. ¶ Et nota ꝙ vespertinum matutinumqz officium ceteris horis in numero psalmorum preferuntur eo ꝙ in senaria operuz distinctione: vespere ꝛ mane solummodo memorantur: ꝛ in veteri lege matutini ꝛ vespertini officij antiquitas commendantur. Quinqz ergo psalmos in vespertinis ebdomade officijs dicuntur ꝛ cantantur psalmi ꝺm materiaz dici: vt ecce in septima die. s. in sabbato propter resurrectõnem que sequitur agimus de victoria: ꝛ laude dei que sequitur victoriam. Unde in primo psalmo. s. Benedictus dominus. ad litteram agitur de victoria dauid contra goliam. quantum vero ad spũalem sensũ de victoria nostra qua dyaboluz superamus: quia ergo post victoriam nil restat nisi laudare dñm per quẽ victoriam habemus. ideo sequunt quattuor psalmi qui sunt de laude. In primo. n. laudem ꝓmittit ecclesia. Exaltabo te dñe. In scõo seipsaz incitat: Lauda anima mea dñm. In tertio alios inuitat: Laudate dominum. In quarto cõgratulaꝛ celesti hierusalem dicens: Lauda hierusalem dñm ꝛc. ꝛ sic de alijs ferijs ꝛ psalmis. ¶ In quibusdã ecclesijs statim post psalmos sequitur hymnus ꝛ post hymnũ lectio siue capitulum: in quibusdã econuerso: ꝛ in quibusdam hymnum non cantant. Qui post psalmos imediate hymnũ cantant congruũ ordinẽ seruare videnꝛ: quoniaz primo est in corde dilectio que per antiphonam designatur. deinde sequitur bona operatio quã psalmus designat: postea mentis exultatio que p hymnũ notatur. Sed qz exultatio sepe negligentiã parit: iccirco sequitur lectio seu capitulum que horiz ad cor reuocat. Qui vero lectionẽ hymno ꝓponunt volunt hymnum loco responsorij obtineri: Unde cũ in festiuitatibus rñsorium post lectionẽ cantant hymnũ ꝓtermittunt. ¶ Ad maiorẽ tamẽ exultationẽ notandũ ꝙ in ꝺbusdam ecclesijs vtrunqz cantaꝛ: ꝛ tunc responsoriũ precedit hymnũ ad notandum ꝙ tunc maxime respõdere debemus exhortationi per precedens capitulũ facte. post quod statim sequitur responsorium. Tamen generale est ꝙ quandocũqz cantatur responsoriũ precedere debet lectio cui rñdere debet Qui vero hymnum nõ cantant illud attendere videntur ꝙ canticuz beate Marie sequiꝛ quod excludit responsoriũ cui⁹ locum tenet hymnus. Nam si canticũ zacharie in laudibus matutinis excludit responsoriuz: multo magis canticum beate Marie virginis excludere debere videtur in vesperis. Et nota ꝙ ad vesperas dicit capitulum. Benedictus deus ꝛ pater. ij. ad Corin. i. ꝛ illud. Dominus autẽ dirigat. ij. ad thessal. iij. ¶ Post hymnuz sequitur versiculus videlicet in sabbato. Vespertina oratio ꝛc. in alijs diebus. Dirigatur domine ꝛ vteqz versus vespertinũ tps designat in quo cantatur quod sonant verba illa que in psalmo sequunt. s. Eleuatio manuũ mearum sacrificium vespertinum. Optat enim vt oratio dirigatur ad dñm qõ de veteri testamento tractũ est vbi habeꝛ ꝙ hora vespertina sacerdos intrabat sanctũ tabernaculũ vel templum vt offerret thimiama super altare incensi: sicut mane intrabat vt offerret incensum. Hoc thimiama significat suauitatem odoris. Hinc habet cõsuetudo: vt dñ

dicitur versiculus. Sacerdos thurificet altare ad implendum iuge sacrificium. Sic enim fiebat in lege i qua duo agni offerebantur: vnus mane & alter sero: & hic pinguior ad notandum q̄ charitas crescit. ideo ergo thurificatur vt simus semper bonus odor deo proficiendo in scientia & doctrinam. Etiam quia propter promissiones dei debemus tales esse: vt simus ei boni odoris. Vel ideo in vesperis & matutinis post psalmos & lectionem: dum versus dicitur incensatur: ad notandum q̄ nemo potest bonum odorem deo reddere vel bonum exemplum operandi alijs dare: quod p incensum significatur nisi prius in dei seruitio operetur: quod per psalmos & alios doceat. quod per lectōnem notatur: Unde mos inoleuit quod in precipuis festiuitatibus antiphona ad Magnificat & Benedictus ter dicitur. siue totiēs canendo protelatur donec omnis populus qui interest incensi repleatur odore. Et vltimo dicitur cum neuma voce quidem non significatiua prout dictum est in procemio huius partis.

Sacerdos autem qui maior est in ecclesia officio: vt qui vicem tenet Aaron: debet incensum offerre vt sit thimiama sempiternum coram dño & suaue flagrans odor. Juxta illud. Dirigatur domie ad te oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. de hoc dictum est sub laudibus matutinis. Dicitur ergo in vesperis versiculus exhortationis. s. vt exercitet pigros ad intelligendum promissa dei que continentur in cantico illo beate Marie Magnificat anima mea &c. quod ē Luc. i. c. Prima promissio facta fuit Hoe. Unde Genes. Ponam arcum meum in nubibus celi: & hec impleta est. Secunda Abrae & dauid: abrae dictum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Dauid dictum est. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam & hec impleta est in beata virgine quod notatur in cāntico suo ibi: Recordat⁹ misericordie sue. & per hoc ergo certi sumus q̄ dabit nobis vltimam. s. paradisum. ideo autem canticum ipsum quottidie dicitur vt frequentior dominice incarnatōnis memorie animas fidelium in opere dei & in doctrina se exercentium ad deuotionem operis inceptī accendat. Cum enim i cāntico ipso notenr̄ cogitationes sicut in psalmo opera si diligenter beate Marie actus & dicta sepe recolimus obseruantia castitatis & virtus operatiōis semper ad ipsius operationis imitationem perseuerabunt in nobis. Nec etiam nos mouebit fauor humanus indebitus non temporalium īmoderatus appetitus nō temporalis affectio: non de impetranda cōmissorum venia desperatio. Nempe non nos mouebit indebitus fauor humanus: quia cum beata virgo cōmendarer̄ a beata elizabet dicēte: Unde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me &c. Nō ipsa mota fuit humano fauore sed seruans humilitatez clamauit: Magnificat anima mea dominum. & tandem adecit: Quia respexit humilitatem ancille sue. ¶ Et nota q̄ dicit respexit humilitatem. & non dicit respexit virginitatem: inuens mentis virginitatem prevalere corporis integritati. Iterum ideo dixit humilitatem quia deus superbis resistit: eosq̄ ad beatorum sorte secernens per varia penarum loca pro peccatorum impietate disp-

git. Non nos mouebit immoderatus temporaliū appetitus: quia sicut ipse dixit iudex noster: Diuites dimisit inanes: & Deposuit potentes de sede. Non temporalis afflictio nos mouebit: quia deus exaltat humiles. In hoc enim cantico exemplo humilitatis ei⁹ reformamur: & filij dei incarnatio per quaz depo. po. de se. & exal. hu. ad memoriam reducitur vt fidei nostre deuotio excitetur. Non desperatio de commissorum impetranda venia: quia misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Beda dicit q̄ in de inoleuit consuetudo vt in officio vespertino cantetur canticum beate marie virginis & potius in vespertino q̄ in alijs officijs. Primo quia i ipsa vespera mūdi suo singulari assensu mundo succurrit perdito. Secundo quia per hoc fit incarnationis in vespera mūdi facte ingis recordatio. Tertio quia ipsa est stella maris que in huius mundi vespere nouis lucere cepit: sicut vespera stella de qua dicitur vespertinum officium in initio noctis lucere incipit. Quarto vt mens nostra per diem varijs fatigata cogitationibus imminente quietis. s. noctis tempore recolēdo dicta dei genitricis: quicquid superfluum vel nociuum diuturna euagatio contraxerit. totum hoc precibus & lachrymis ea intercedente mundetur. Quinto quia virgo portauit dominum in vespera mundi. ¶ Rursus canitur in sexta laude: quia dominus in sexta etate venit: sicut & canticum symeonis in septima propter septimam etatem quiescentium: prout tactū est sub laudibus matutinis. Ceterum hoc canticum est exultatio laborantium quorum spiritus exultat in domino: quia fecit eis magna qui potens est cuius misericordia est in secula. Ob hanc exultationem representandam lampades accēduntur in vesperis. vel pro hoc cantico principaliter accenduntur eo q̄ de euangelio est. vel vt nos de numero adolescentularum & quinq̄ prudentum curramus cum lampadibus bonorum operum in odorem vnguentorum beate virginis intrantes cum ea in gaudium domini nostri. Et quia opera nostra non sunt in lampadibus radiantia nisi fuerunt charitate informata: ideo canticum claudi tur ab antiphona per quam charitas designatur.

¶ Recantata antiphona in profestis diebus prosternit se ecclesia in orationem prolixius orans q̄ in alijs officijs: quia specialiter orat pro his quibus occidit sol tristicie licet & pro alijs oret & faciet ea que dicta sunt superius sub ti. de tertia vbi de precibus agitur. ¶ In solennibus vero diebus statim dicitur collecta: & quasi stantes oramus. De quo & in quibus officium vespertinum cum hora prima conueniat ibi etiam dictum est. ¶ Mortuorum officium incipit a vesperis non tamen habet secundas vesperas ad notandum q̄ hoc officium finem habebit quando anime saluandorum ab omni pena liberate eterna beatitudine fruentur. Sed sancti de quorum glorificatione in anima iaz certa est ecclesia. Primas & secūdas vesperas habent si in festo eorum nouem lectiones dicantur. Primas enim habēt p glorificatiōe aie iam pcepta. Secūas pro glorificatione corporis quam habebunt que nunq̄ finem habebit. Si vero habent

tantū tres lectiones primas vesperas habent tantū modo qz t ipsi duplicem stolā habituri non sint: cum hoc omnibus electis conueniat: sed ecclesia ad ostendendum differentiam premiorum illis t istis debitorum magis solennizat pro illis de quorum maioribus meritis sibi per miracula vel per alia documenta cōstat quānis ad plenum certo esse non possit. Nam t stella differt in claritate a stella. vnde Augustinus ait i sermone de beato Stephano. Cū preciosa sit mors sanctorum si quid distare inter martyres potest preciuus esse videtur qui primus est. Aliquando tamen i vesperis precedentibus dicitur solūmodo antip bona t colecta de festo sequenti: put dicetur sub vigilia natalis. ¶ Postremo notandum est qz religiosi ante cōpletoriū premittunt collationem que a sanctis patribꝰ originez traxit q dictis vesperis conuenire t de scripturis sacris conferre solebant ad instar operariorū ad recreationem ad inuicem confabulantiuz. idecqz tunc vitas vel collationes patrum t his similia q̄ potius sint ad recreationem t delectationē legunt t eruditiores si dubium occurrerit interrogant.

¶ De completorio. Rubrica.

IN hora cōpleto rij christus orauit patrem. Eadez quo qz hora sanguineas guttas sudauit: t etiam corpus eius in sepulchro posituz fuit t custodes deputati. Merito igitur in hac hora ecclesia deo laudes t gratias agit. Illam etiam in memoriam eterni gaudij celebrat. Naz completo electorum numero in illa hora complebitur gaudium sanctorum in die generalis retributionis: t inde est qz cōpletorium significat gaudium. Dicitur autez completorium: quia in eo completur cōis vsus locutionis cibi t potus t aliorum que necessario pro corporis sustentatione sumunt. t pm hoc etiam significat finē vite presētis. ¶ Sane hoc officiū incipit preter morez aliorum officiorum: Conuerte nos deus tc. quia enī quasi tota die psalmodie insistimus t pene impossibile est quin aliquem puluerē superbie contraxerimus t quia sepe erramus: iuxta illud: Errauī sicut ouis q̄ perit. inde est qz nos humiliantes dicimus: Conuerte nos deus tc. Preterea quilibet quantumlibet perfectus t bonus estimare se dz imperfectū siue insipiētem iuxta illud: Justus accusator sui est. ideo dicit sacerdos: Conuerte nos tc. In his verbis iudicans se peruersum: Bonarum quippe mentiuz est ibi culpaz agnoscere vbi culpa non est. v. d. ad eius. de pe. di. ij. si enim in prin. Nam t si dixerimus qz peccatū nō habemus ipsi nos seducim⁹. Hinc est qz etiaz cōsequēter inuocamus diuinū adiutorium dicentes: Deus in adiutoriū meum intende. vt cōuerte nos referaī ad p̄terita mala tollenda t deus in adiutoriuz ad bona opera futura facienda: qz sine dei adiutorio quicq̄ boni facere non valemus. Quia vero totum ad laudez trinitatis faciēdū est ideo sequit: Gloria patri. Rursus incipientes per Conuerte nos deus salutaris nr̄. oramus: Ut nos a malis cōuertat: t iram suam a nobis auertat: t qz merita nr̄a nō sufficiunt eius adiutoriū postulamus dicentes: Deus in adiutoriuz tc. ¶ Dicunt autem q̄ttuor psalmi ad obtinendaz remissionē peccatorū: que cōmittim⁹ dū sum⁹ in hoc corpore ex q̄ttuor elementis: t ex quattuor humoribꝰ vel cōplexionibꝰ composito: extra de cele. miss. in quadam. seu qz corpꝰ ipm ex his cōpositū cōtra pericula t fantasmata noctis munimus t deo cōmendam⁹: ideoqz tūc dicit: In manus tuas dne tc. t Custodi nos tc. Et incipit ecclesia a voce perfectionis dicens: Cū inuocare exaudiuit me tc. hoc enim perfectorū est. Sed qz perfecti se debēt reputare imperfectos. iuxta illō Job extra de pur. ca. accepimus. de pe. di. ij. si enim prope prin. Etiam si simplex fuero hoc ignorat anima mea. ideo sequit in eodē psal. Miserere mei: supple dne: t exaudi oratione mea. qō est dicēs imperfectorū. Postea alijs admonitis ad bonū facit i eodē psalmo mentionē de pace eterna ibi: In pace in idipm. i. que est invariabilis. quam pacem semper in memoria debemus habere: t maxime dū corpus gescere dz in lecto: mēs dz gescere in deo: dz etiā gescere in spe. Unde sequit scōs pōs. In te dne speraui tc. Sed quia spes non est sine timore: aliter enim p̄sumptio esset. ideo sequitur tertius pōs. de tentatione. s. Qui habitat in adiutorio altissimi tc. in quo deus promittit liberare ecclesiam. Byabolus enim est quasi fur de nocte incedens: t iō nocte iminente dicit ecclesia illum psalmum cōtra nocturnales tentatiōes. Dicit ergo ille psalmus vt a q̄t tuor tentationibus liberemur. s. a timore nocturno. A sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebris ab incursu t demonio meridiano. i. ab incursē te demonio. Prima est leuis t occulta. Secunda est leuis t manifesta. Tertia grauis t occulta. Quarta grauis t manifesta. In quinto vero psalmo. s. Ecce nunc benedicite dominum tc. Benedicit ecclesia deum pro liberatione tentationum nocturnalium ibi: In noctibus extollite manus vestras in sancta: t benedicite domino. Dicit enim Augustinus super hunc psalmum. Nox res tristis est dies leta res est. Ergo per noctem intelligitur aduersitas: per diem prosperitas. In aduersitate benedicēdus est dominus: sicut t in prosperitate. exemplo Job: Qui amissis filijs t rebus omnibus dicebat: Dominus dedit dominꝰ abstulit tc. Sit nomen domini benedictum. Unde t hic dicitur: Benedicite dominum. ¶ Sed queriī quare dicuntur tantum modo sex versus illius psalmi. In te domine speraui non confundar in eternum. Respondeī ideo quia dns dicēdo sextū versum videlicet: In manus tuas domine commendo spiritum meum. sexta etate mundi: sextoqz die carne obijt vt iā dicetur. Recte ergo sex versus tantuz eiusdemqz psalmi in completorio cantamus: vt in hac sexta etate in qua per eum redempti sumus: sicut habet finis vltimi versus ibi Redimisti me domie deus veritatis: cō formemur dormitioni eius vt. s. mēbra gescant t cor vigilet: Sicut caro eius in sepulchro genit t diuinitas vigilauit. ¶ Notandū aūt ē qz i ḡbusdā ecclesijs statiz pꝰ psalmos dz hymnꝰ: ea forte rōe: qz p bonā opera

tionem perueniſtur ad exultationez abſq; omnis purgatiõis medio ab his qui purgati trãſeunt ad hac vita. Alia etiã ratio iam dicetur. Et ſic prius dicũt hymnum q̃ capitulum ad oſtendendum myſtice q̃ illi in quibus completa ſunt ſignificata p̃cedentium laudũ ſeu perfecti qui per completoziũ ſignificantur p̃ueniunt exhortationem per que capitulum ſignificatur. Nec tamen capitulum p̃termittunt: quia hic ſemper vtilis eſt exhortatio ad perſeuerandu in bono: quia nec nocet admiſſo ſubdere calcar equo. In alijs aũt eccleſijs inter pſal. t hymnum interponunt antiphonam vel alleluia per antiphonam ſequentes ordinez beati ignacij: de quo in ꝓhemio dictum eſt. In alijs vero eccleſijs ſtatim poſt pſal. t antiphonam vel alleluia ſequitur lectio ſiue capitulum cum reſponſorio. In manus tuas domine tc̃. vel alio: quia vt dicunt i omni officio dici debet lectio. Poſtea adijciunt hymnum. Te lucis tc̃. in quo optant protegi in nocturnis tribulationibus. Alij vero non dicunt lectionem: pro ut in prohemio huius partis dictum eſt. ſed ſtatiz p⁹ pſal. dicunt verſiculum. tum quia tempus illud dormitionis non aptum eſt ad doctrinaz: tum quia poſt cõpletoziũ non ſolum cibi t potus: verum etiam doctrina que per lectionem ſignificatur referenda non eſt. Hinc eſt q̃ ſtatuit beatus Benedictus vt poſt cõpletoziũ nemo loquatur: dicit aũt capitulũ. Tu aũt in nobis es domine. Hiere. xiij. c. Religioſi in hoc officio ante omnia lectionem p̃mittunt dicentes. Fratres ſobrij tc̃. ne ordinem Eſdre excedere videãtur repũtantes in hoc etiam Mariam magdalenam: de qua dominus dixit. Preuenit vngere corpus meuz i ſepulchro. i. hoc fecit qđ factura erat mortuo ſi licuiſſet: ita t hec lectio quaſi vngit reddendo animas attẽtas ad vigilandum ante cõmendationem dormitiõis Poſt hymnuz ſubijcitur verſiculus. Cuſtodi nos domine: vel alius qui notat totius officij effectum. Poſtulatur enim domini cuſtodia contra noctis pericula. Et dicitur acuta voce t cum neuma: exquo excitati t memores facti ineffabiles gaudij quod erit merces laboris noſtri: canimus canticum ſymeõis. Nũc dimittis tc̃. quod eſt Luc. ij. c. Primo vt illius exẽplo pacem inuenientes mereamur videre lumen quod ẽ chriſtus. ¶ Secundo ideo iſtud canticũ canimus quia ſicut ſanctus ſymeon cupiens ex hac vita in alteram tranſire illud cecinit ſic t nos dum dormire debeamus quaſi morituri: quia ſomnus eſt quaſi mortis imago illum canimus per quem nos domino cõmendamus. ¶ Tertio ꝓpter cãm ſub veſpis dictã. ¶ Quarto quia canticũ illud eſt de vtroqz aduẽtu: vnde merito illud dicimus vt ꝓmiſſiõibus alliciam⁹ t a vicijs quieſcam⁹. Conſiderandũ eſt aũt q̃ cuz ſeptem ſint partes ceterarũ horarũ. ſ. verſus cuz gloria patri. hymnus: pſalmus: lectio: cantus preces t oratio in tribus tamen horis. ſ. in matutinis: laudibus t veſperis: t i completorio additur t octaua: videlicet canticum euangelicum: qñ be tres hore pertinẽt ad octauaz. i. domini reſurrectionem. q̃ mane ſurrexit. In veſperę ſe diſcipulis mãifeſtauit. In completorio diſcipulis ait. Pax vobis. Ea propter in his tribus horis hymnus qui eſt exemplum leticie p̃s. ſequitur vt cõtinuetur euãgelio gratie. Euãgelium gratie huius officij eſt canticum ſymeonis. ſ. Nunc dimittis. i quo pacẽ rogamus eternam: vt ſicut ſymeon tranſire cupiẽs poſt q̃ vidit chriſtuz d mitti rogauit: ſic t nos poſt lumen fidei peruenianus ad ſplendorẽ ſpei vbi erit pax eterna. ¶ Conſequẽter oratio dominica t preces dicuntur: quibus etiaz cõtra noctis fantaſmata nos munimus. Subijcitur etiam ſymbolũ in quo noſtre fidei profeſſio cõtinetur: vt ſi forte nos mori congerit in cõfeſſione fidei moriamur. Fit etiam in quibuſdaz eccleſijs: ſicut t in prima confeſſio generalis. Alterna enim confeſſiõe inuicem nos mundamus. Juxta illud. Confitemini alterutrũ peccata veſtra ne demus requiẽ tẽporibus noſtris donec inueniamus locum dño. Precibus t oratione completur hoc officiũ Juxta illud apoſtoli. Orantes pro inuicem vt ſaluemur. ¶ Rurſus preces myſtice humilitatem ſignificant que in fine debet eſſe: quia ſicut in principio ipſa neceſſaria eſt ad quod ſignificandum voce humilima hoc ſeruitium inchoatur: ita in conſumatione eadem humilitas monſtranda eſt cõtra ſuperbiam: in qua ceciderunt oĩes qui operãtur iniquitatẽ. ¶ Poſt preces opilio noſter ſiue ſacerdos cõmendans domino gregem ſuam dicit collectam. Unde non eſt cõgruum vt poſt hoc officiuz aliquid aliud fiat niſi quod pertineat ad quietem. Et attende qñ ad primaz t ad cõpletoziũ apoſtolorũ ſymbolum non dimittimus: q̃ cuncta opera noſtra in eius nomen incipimus t concludimus in quẽ credimus. Similiter ad vtrũqz officium confeſſionẽ. t Miſerere mei deus. adijcimus: vt quicqd in nocte peccauimus aut in die deliquimus per confeſſionez t penitentiam diluamus adimplentes illud. Confitemini alterutrũ peccata veſtra. Reſpicientes etiã illud quod olim ſacerdos farine aſſariuz offerebat in die vitis ſue medietatem in manc: t medietatem poſt meridiem. Sacrificiuz aũt noſtruz eſt ſpiritus humiliatus. ¶ Ultimo notandum eſt q̃ omnia officia diurna quantuz ad p̃s. inuariabilia ſunt nocturna vero variabilia preter iſtud: per nocte̅ enim intelligitur mundus iſte qui variabilis eſt: per die vero ille eternus qui eſt inuaribilis: de que ſcriptum eſt Ordinatione tua perſeuerat dies. Et eſt verior littera perſeuerat in ſingulari q̃ perſeuerant in plurali: licet aliter quaſi cõiter ꝓferatur. Hoc etiam officiuz in quibuſdam eccleſijs quantuz ad hymnum inuariabile eſt prout ſub ti. de prima dictum eſt: t etiaz quantũ ad pſalmos lectionem preces t collectam: ita q̃ pro nullius ſancti ſolẽnitate: ſicut nec officium prime variatur pro eo quia in illa de pace: t ſpãliter de illa ad quã ſuſpiramus agit̃ que vt ꝓmiſſum eſt inuariabilis eſt: hoc dũtaxat excepto: qñ in dñicis diebus dicunt ad primam illos gnqz pſalmos: ſcilicet. Deus de⁹ meus reſpice i me tc̃. t ſequẽtes pſalmos. Cõfitemini ꝓ ut ibi dcm̃ eſt. ¶ Sed quare illi gnqz pſalmi i prima t vſus. In man⁹ tuas dñe tc̃. t in cõpletorio poti⁹ q̃ in alijs horis ponunt̃. Reſpõſio xp̃s cui in his horis canim⁹ qui eſt ꝓncipiũ t finis i cruce pendẽs legitur i cepiſſe pſalmũ illũ. Deus de⁹ meus. t oĩes pſalmos ſe

quẽtes sereatim vsq; ad dcm̃ versum dixisse ⁊ ibi finiuisse ⁊ spiritũ emisse. ¶ Merito igit̃ ⁊ nos in passionibus huius seculi constituti ad ipsius imitationem in hora prima que est in p̃ncipio horaruz diei ⁊ nõ alibi dictos gnq; psalmos. Et in completorio quod secunduz aliquã cõsiderationẽ est finis siue vltima horarũ diei debemus dicere versum ipsum. Quod vero hoc officiuz ad vltimaz diei horam pertineat hac consideratione apparet. Hã in prima dicis quattuor octonarios: versuuz in psalmis. duos pro prima: ⁊ duos pro scõa horis: ⁊ in tertia sex: duos p tertia: duos p quarta: ⁊ duos pro qnta. Et in sexta sex: duos p sexta: duos pro septima: ⁊ duos p octaua. Et in nona sex: duos pro nona: duos p decima: ⁊ duos p vndecĩa. Restat vltima hora. s. duodecima ad quaz pertinet completorium quod notat hymnus. Te lucis añ terminũ. Premissos aũt octonarios combinamus si duo charitatis p̃cepta obseruamus facimus vndeciz combinatiões vt pro quauis hora diei in qua delinquimus vnum dño legis ⁊ charitatis binarũ offeramus: vt p prima beari: pro secunda retribue: p tertia legẽ pone: p quarta memor esto: p quinta bonitatẽ: p sexta dilicit: p septima dilexit: p octaua iniquos: p nona mirabilia: p decima clamaui: pro vndecima principes. Fiunt ergo vndecim combinatiões ad emendandũ vndenarium nostre transgressiõis: ⁊ in quolibet octonario aliquid de lege domini memorat̃: quia per eam vinea colitur: ⁊ denarius eternitatis acquiritur. Sũt ergo. xxij. octonarij qui per horas diei dicuntur propter rationẽ sub titulo de prima dictam. Et dicunt̃ bini ⁊ bini: ⁊ sic duplicati fiunt. xi. Undenarius eniz numerus significat transitionez: sicut denarius p̃fectionem. Dicũtur ꝯ per vndecim: vt per ea que in illis dicunt̃ transitionẽ mandatorũ suorum nobis relaxet.

¶ Incipit sexta pars de officijs dominicarum specialiter: ⁊ quaruudam feriarum ⁊ festiuitatum domini ⁊ ieiuniorum quattuor temporum.

In proxia precedenti parte de diuinis officijs i genere diximus: nũc autez de specialitatibus ⁊ diuersitatibus eorũdez per anni circulum ostẽdamus videlicz ỏ officijs dominicarũ ⁊ quarũ daz feriarũ ⁊ festiuitatum domini: ⁊ de ieiunijs quattuor temporum: ⁊ de conuenientia ipsorum officiorum tam nocturnalium ꝙ etiaz misse: ⁊ nõ vnius dumtaxat ecclesie sed diuersarum officia prosequẽtes. ¶ Ad quorum euidentiam est distinctio temporum p̃emittenda. Siquidẽ annus solaris quattuor temporum successione dilabitur scilicet hyemis i quo semina iaciuntur veris in quo seminata prodeunt: ⁊ in spicas acuuntur: estatis in qua messes albescunt ⁊ falce succinduntur: ⁊ autumni in quo per ventilationem grana a paleis seperata in horreis reponuntur. Sic ⁊ magnus vite presentis annus durãs ab initio seculi vsq; ad finem mundi: quattuor temporum varietate mensuratur. ¶ Primum tempus fuit deuiationis in genere humano videlicet ab Adaz vsq; ad Moysen in quo declinauerunt homines a cultu dei qui vera lux est facti idolatre ⁊ nihil illuminationis doctrine habentes: ⁊ simul inutiles facti sunt: ⁊ nõ fuit qui faceret bonum vsq; ad vnum. Tunc eniz homo reliquit creatorem suum. ⁊ de lapide dixit. Tu es deus meus. Hoc tempus quia fuit ignorantie ⁊ cecitatis bene concordat hyemi: in quo ob scuritas regnat. ¶ Secundum tempus fuit reuocationis siue renouationis videlicet a Moyse vsq; ad natiuitatẽ Christi quo edocti sunt homines per legem ⁊ prophetas de aduentu Christi: de curatione peccati ⁊ dilectiõe vnius dei. Tunc dominus dixit ad israel. Audi israel. Dominum deum tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies ⁊ doctus est homo: quid sibiipsi: quid deo: quid proximo facere tenetur. Postmodum ob eandem causã suscitauit prophetas: vt scilicet predicatio hominem magis ab erroribus reuocaret. Hoc tempus concordat cum vere quod habet aliquid lumini: sed multuz obscuritatis. ¶ Tertium tempus fuit regressionis siue reconciliationis ⁊ visitationis: videlicet a natiuitate Christi vsq; ad ascensionem eiusdem per quã facta est gratia hominibus: ⁊ predicatio euangelij: ỏ quo dicitur. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Hoc est tempus gratie: quia oziens nos visitauit ex alto: in quo tempore dominus qui ẽ sol iusticie mundum sui presentia visitauit: ⁊ propria doctrina sufficienter illustrauit. Hoc tempus concordat cũ estate in qua claritas regnat. ¶ Quartum est peregrinationis: videlicet ab ascensione domini vsq; ad diem iudicij: vbi erit consumatio seculi: quod tempus est habens multum luminis: quia dei misericordia ⁊ reuelata sunt diuina mysteria: habet tamen aliquid obscuritatis nostra negligentia faciente: ⁊ sic cõcordat cum autũno: qui habet aliquid obscuritatis: sed amplius claritatis: i primo tempore viror fidei: flos spei: fructꝰ charitatis: frigore infidelitatis exaruit. ¶ In secundo vinea domini aliquatenus viruit ⁊ floruit. ¶ In tertio virens ⁊ florens fructus vberrimos attulit. ¶ In quarto cadentibus foliis verborum decolorari cepit. ¶ Rursus tempus deuiatiõis dictuz est tempus culpe ⁊ pene. Nam propter ipsam deuiationem homo subiectus est culpe ⁊ propter culpã pene: vnde dicit dominus. Putas cum venerit filius hominis inueniet fidem super terram. Tempus reuocationis dicitur tempus doctrine ⁊ prophetie propter ỏ calogum: per quod docuit deus genus humanũ. Tẽpus reconciliacionis dicitur tempus libertatis ⁊ gratie atq; leticie. Tempus peregrinationis dicitur tempus lucte ⁊ pene siue laboris ⁊ penitentie: quod nos facimus declinationis ⁊ negligentie. Primum fuit ỏ sperationis. Secundum respirationis. Tertium liberationis. Quartum exercitationis. Hec quattuor tẽ

pora representat ecclesia singulis annis: siue status ecclesie per hec quattuor tempora variatur. Tempus hyemis ⁊ deuiationis in quo mors regnauit representat ecclesia a. lxx. vsq; ad pascha recolens casum ⁊ penam primorum parentum propter eorum culpam: ⁊ ideo cantica leticie: excepto gloria patri subticentur: prout sub ti. de. lxx. dicetur. Siletur enim gloria in excelsis deo: quod in testimonium pacis auditū est quā do veritas de terra orta est: ⁊ iusticia de celo prospexit. ¶ Tempus veris ⁊ renouationis representat ecclesia in aduentu domini per quem omnia renouata sunt vsq; ad natale domini. Unde ad notandum q̄ patres illius temporis habuerunt aliquid luminis: ſz multum obscuritatis respectu sequentium: minora cā tica leticie cantat. Gloria patri: ⁊ alleluia. sed maiora supprimit. scilicet. Gloria in excelsis. Te deum laudamus: ⁊ sequentias prout ibi dicetur. Quia enim hoc tempore peccatum regnauit: non propter ignorantiā vt mors prius: sed propter carnis infirmitatem: ideo canitur: alleluia. quia patres huius temporis sub lege fuerunt: sed Gloria in excelsis: siletur quod est signum pacis ⁊ iusticie: quā lex dare nequiuit. ¶ Tēpus etatis ⁊ reconciliationis siue egressionis representat ecclesia ab octaua pasche vsq; ad octauaz penth. quia per paschalem agnum reconciliamur deo omnia cantica leticie: ⁊ fere post omnes dictiones alleluia multiplicans ad significandum habitum gaudium de nostra resurrectione. Significat enim tempus illud statum fidelitatis eterne: tunc etiam Gloria i excelsis canitur: quia in resurrectiōe iusticia. i. charitas perficietur: ⁊ plena pax dabitur. duplex enim alleluia canitur in albis ⁊ in dominicis illius tēporis: ⁊ stā tes tunc oramus. In primatis vero feriis. Gloria i excelsis: ⁊ duplex alleluia non canitur: licet sepe Alleluia preter q̄ in. lxx. dicatur: prout sub ti. de septem diebus post pascha: ⁊ in sequenti ti. dicetur. ¶ Temp⁹ autumni ⁊ peregrinationis representat ecclesia ab octauis penth. vsq; ad aduentum domini: quia nobis deo reconciliatis nō restat nisi vt nos peregrinos reputemus: cū psalmista dicente. Aduena ego sum ⁊ peregrinus ⁊c. cantās omnia leticie cātica: ad designādum gaudium de his que sunt diuina mysteria reuelata quādoq; tamen aliqua cantica subticēt: nec multiplicat alleluia: sicut fecit in tempore precedenti ad significandum declinationem a bono quam nobis negligentia nostra parit: ⁊ cantat alleluia in spe resurrectionis. ⁊ Gloria in excelsis: pro iusticia reddita. Itē quotidie dicit alleluia: sed non gloria in excelsis: vt dicetur sub tempore aduentus. Cantat etiam alleluia post graduale in signum laboris per quam ad patriam vite transeundum est. ¶ Ex premissis colligitur euidenter q̄ recte in principio hyemis homo quasi ō sperans dicit. Circundederunt me gemitus mortis. In principio veris quasi respirans dicit. Ad te leuaui animam. In principio estatis archi cetus ecclesie. Petrus renatis per baptismum: ⁊ illuminatis p gratiam dicit. Quasi modo geniti infantes ⁊c. In principio autūni exultās ō dei misericordia dicit. Domie in tua misericordia speraui: sed attendens miseriam in quam ex sua negligentia lapsus est: statim subiungit versiculum. Usq; quo domine oblivisceris me in finem: ⁊ graduale. Ego dixi domine miserere mei sana animaz meam: quia peccaui tibi. ¶ Rursus hec quattuor tempora cōsiderantur secūduz quattuor p̄n cipales diei partes: que sunt nox ptinens ad tempus deuiationis. Nox enim obscura est: ⁊ idolatre cecu erant. Aurora pertinēs ad tempus reuocatiōis. Meridies pertinens ad tempus reconciliationis siue regressionis. Et vespera pertinet ad tempus peregriationis. ¶ Designantur etiam per quattuor principales christi actiones: que sunt nativitas: passio resurrectio: ⁊ aduentus ad iudicium. Ad nativitatem pertinet circuncisio: apparitio baptismus: ⁊ purificatio. Ad passionem ieiuniuz ⁊ temptatio. Ad resurrectionem ascensio in celum: ⁊ sancti spiritus emissio. Ad aduentum ad iudicium: transfiguratio ⁊ miraculoz operatio. Item passio comparatur hyemi: nativitas veri: resurrectio estati. aduentus ad iudicium autumno quando vetustas dierum sedebit tenēs ventilabrū in domo sua ⁊ mundabit aream suam ⁊c. ¶ Item nativitas Christi concordat tempori revocatiōis seu renouationis propter prophetas qui eum multis modis predixerunt. Passio christi tempore deuiationis propter penam culpe priorum parentuz. Resurrectio tempori regressionis propter leticiaz. Aduentus ad iudicium tempori peregrinationis: quia huiusmodi tempus durabit vsq; in diem iudicij. vnde propheta. Aduēa ego sū apud te: ⁊ peregrinus sicut omnes patres mei. ¶ Tempus ergo revocationis siue renouationis que facta est per legem ⁊ prophetas: durat vsq; ad natale domini tantum: vt premissum est. Alij tamen dicunt q̄ vsq; ad septuagesimam: ⁊ ibi incipit tempus deuiationis. Sed secundum primum dictuz queritur de tempore quod ē a natali domini vsq; ad lxx. sub quo dictorum temporum contineatur. Sup quo dicunt quidaz q̄ tempus quod ē a natali vsq; ad octauas epiphanie pertinet ad tempus regressionis quod est tempus gaudij: sicut ⁊ illud: vnde in quibusdam ecclesijs tunc albis vtuntur vestimentis sicut ⁊ tēpore paschali: neq; tūc ieiunatur nec genua flectūtur. Relique vero pars. s. ab octauis epiphanie vsq; ad. lxx. sub tempore peregrinationis continetur: ⁊ licet Ysaias legatur die natalis domini: non ideo dies illa est secundum ipsos de tempore revocatiōis: alia enim consideratione hoc fit ⁊ ante euangelium in nocturnis ⁊ ante epistolam in missa. Supponitur enim tunc basis columne: vt per vtrunq; testamentum nativitas christi probetur. ¶ Item queritur quare a tempore veris siue renouationis seu revocationis incipiunt ecclesie officia: videtur enim q̄ deberent incipere a tempore hyemis siue deuiationis quia prius ē deuiatio q̄ a deuiatione revocatio. Propterea i tempore deuiationis legitur primus liber theologie scilz Genesis. Super hoc dicunt quidaz q̄ hoc facit ecclesia ne incipiat ab errore: sed certe non dicitur tempus illud deuiationis eo q̄ ecclesia illo tempore deuiet. ſz quia errorem priorum parentum recolit vt nos ad penitentiam trahat: ⁊ ideo hec ratio non placet. Est er-

go ratio quia per aduentum domini omnia noua facta sunt. Unde apoc. Ecce noua facio omnia. ideo in honorem aduentus dñi a tempore renouationis incipit ecclesia officium suū. Preterea si inciperet ad hyeme vtens verbis desperatiōis posset homo illa audiens desperare. Merito ergo incipit a vere: vt cuz postea audierit verba desperationis non desperet: quia precessit certa promissio vere liberationis: que fit i aduentu. Incipit ergo a tempore renouatiōis seu renouationis in quo tenet rez. Qui aūt libri t quibus temporibus legantur breuiter est videndum. Et quidem in plerisqz locis ab aduentu domini vsqz ad natale eius legitur Isa. qui quanto de Christo vrbanius ceteris prophetauit: tanto natiuitati eius legitur vicinius: preterq̄ in ieiunijs quattuor temporum que proprias habent lectiones. In ipsa etiam natiuitate non solum de illo legitur t cantatur: sed etiam de causis ipsius festiuitatis: prout in omnibus fieri solet festiuitatibus: quod fit ad ostendendum magnum gaudium nobis celitus datum. ¶ In prima vero dñica post natale legitur in quibusdaz ecclesijs de epistolis pauli ad ipsam ptinentibus natiuitatez. In octaua natal' de sermonibus t de omelia euangelij eiusdē dici. In epiphania de Isaia secundū Helasiū papaz .xxv. di. sancta in pal'. In octaua epyphanie de omelia eiusdē dici. Ab octaua epyphanie vsqz ad.lxx. canit' de psalmis: t leguntur epl'e pauli: in quibus legitur de labore t luctu t pugna eius. In septuagesima vo vsqz ad dominicā ante ramos palmaruz legit' penitentiarium. Septuagesima enim tempus nostre captiuitatis t pene t culpe designat: de qua mystice ad hierusalem redire debemus: sicut per hebreos olim de babylonica captiuitate exeuntes figuratum est. Ut ergo memores sint captiuitatis sue qui sursum tendunt. Legitur primo de Adam qui in principio mundi factus est: t de electiōe eius de paradiso: deide de diluuio. t quomodo Abraz exiuit de terra sua: t de mūdi huius laboribus exemplū patientie: t sicut olim hebrei captiuitati ducti in babyloniam in tristicia fuerunt fere vsqz ad finem.lxx. annox: t concessa sibi licentia repatriandi ganisi sunt: licet nō plenarie: ita t nos fere vsqz ad finem.lxx. dierū. s. in septuagesima taceamus voces t cantica letitie: vt p̄missuz est. t sub ti. de tempore aduentus dicetur. Quindeciz tamen dieb⁹ ante pascha legitur Hiere. quia ille apertius q̄ alij de passione tractauit: t in ꝓpria passiōe dñi passionez p̄signauit. Ab octauis vero pasche. xv. diebus. vel fm alios vsqz ad quartā dñicaz post pascha. Apoc. legit' t cātatur ꝓpter mysteria passiōis t resurrectionis que Joanni reuelata sunt: t apli pdicauerūt. In apoc. n. fit mētio de ciuitate noua hierusalē. Deinde ad ascēsionez leguntr epistole canonice t actus aplorū: t cantat' de psalmis: qz t Dauid ꝓphetauit de passione t resurrectione t ascensiōe: t apli pdicauerūt que a domino didicerūt vsqz ad ascensionē eius corporali presentia pfruentes. Inter ascensionē vo t penthe. cārat' de ipo festo: qz discipuli sursuz subleuati ꝓmissa pris munera expectabāt. ¶ Ab octauis penthe. vsqz ad kalendas augusti [illegible]tur libri regum t paralipome non: t cantatur deus oiuz: quia sicut Samuel. Saul Dauid: t alij ꝓ lege dñi pugnauerunt: sic t nos post q̄ accepimus donuz spūs sancti in baptismo: virtute debemus pugnare contra demones formati: nati nutriti t armati. A kalendis augusti vsqz ad kalendas septembris legitur t cantatur de sapia: quia i pugna maxime necessaria est sapientia: vel quia augustꝰ sextus est mēsis: t in sexta etate qua deus venit: debemꝰ ꝓpter eius p̄sentiam sapienter viuere: quia inter nos audita est sapientia ipsa que ex ore altissimi prodijt. ¶ Rursus mensis ille calidus est t medius in anno Per quod media hois etas designat': t in media estate vbi quisq; ab estu viciorū plus accendit': plus succurrere debet sapia. In septembri legitur t cantat' de Job. Thobia. Esdra. Judith. t Hester. qa bi aduersa patienter sustinerūt: t ecclesia in fine mūdi aduersa omnia ꝓ dño tolerabit. A kalendis octobris vsqz ad nouembrem leguntur libri machabeorū t cantat' de eis: quia iste octauus mensis leticiam resurrectōis mystic at: quia sicut iudei finitis prelijs t restaurato templo in hymnis t cōfessionibus b̄dicebāt dñm sic in gl'ia resurrectionis t magne festiuitatis deuictis p̄ lijs dyaboli sancti t iusti in dño festinabunt t gaudebunt. Juxta illud. Beati qui habitāt in domo tua domine. A kalendis nouembris vsqz ad aduentū domini legitur Ezechiel t Daniel t duodecim ꝓphete minores cum rūsozijs. Vidi dñm tc. Ezechiel enī vidit quattuor aialia in figura quattuor euangelistarū que natiuitatem: passionez: resurrectionem: t ascensionez docuerunt. Isti g̃ ideo ante aduentum legunt': qz clarius xp̄i aduentuz p̄dixerunt. Deniq; Aurelius papa in burchardo li. iij. c. bi. qui. statuit vt bi qui inuenti fuerint libros famosos t ignotos in ecclesia legere vel cantare excōicentur. Ex p̄missis g̃ liquet q̄ in ecclesia libri noui t veteris testamenti leguntur: q̄ etiā in suis locis dicet': t de ordine etiam aliorum librorū dicetur sub dñica. xi. post penthe. ¶ Et est notandū q̄ testamētuz dupl'r accipitur. Nam ꝓmissio ipa scilicet id qō testatur seu legit' dicitur testamētū. Unde nouuz testm̄ dicit' gratia fidelibus ꝓmissa .i. fides t charitas. Cetere vtutes sue vita eterna in futuro: t virtus in p̄senti vita: t apostolus ideo noui testamenti testatoz est: vt repromissionez accipiant qui vocati sunt hereditatis eterne: extra de cele. miss. cum marthe. §. ceterum. Scriptura etiaz qua illa ꝓmittuntur dicitur testamentum: vnde nouum testamentum dicitur scriptura noui testamenti. Et vetus testamentuz dicitur scriptura veteris testamenti: de conse. distin. iiij sicut in sacra. in principio. Et hec quasi humana similitudine dicuntur. Sicut enim qui testamentum condit: heredem instituit cyrographum facit: testes aduocat agenda per heredez indicit: sic t deus pater volens filios israel in terra promissionis heredes instituere: cyrographum fecit. i. legem dedit: testes accidit: scilicet Moysen t Aaron t agēda per illos edixit: t hoc est vetus testamentum. Sed quia id transitoria t temporalia repmittebat: extra de celebra. missarum. §. ceterum. Ideo christus volens christianos scilicet fideles eterne hereditatis heredes facere. con

sequenter nouū testamentum condidit.s.euangeliuz: aduocauit testes.s.apostolos: eisqz agēda indixit qō testamentum tandem morte ꝓpria consecrauit. Preterea testamentum est testatio mentis qua quisq; qō mente concipit ore testatur: ⁊ per scripturaz corroborari iubet.xiiij.q.ij.§.sit illud. Unde de hac etiaz similitudine hec ⁊ illa scriptura dicitur testamentum. Ceterum ideo illa scriptura dicitur vetus testamentum Primo quia vetera.i. terrena.s.ad veterem hominez pertinentia promittebat dicens. Si hec ⁊ illa feceritis bona terre comedetis: ⁊ iterum. Terram fluentez lacte ⁊ melle dabo vobis: ⁊ similia. vnde illud vetus ⁊ transitorium fuit. Secundo dicitur vetus tes.quod p veterem hominem scilicet per Moysen veterem vetustate peccati ministratuz fuit. Tertio quia nouo superueniente cessauit ⁊ desijt tanq̄ aliquid vetustum. vnde apostolus. Vetera transierunt: ecce noua facta sūt omnia. Quarto dicitur vetus respectu noui: quia eo fuit antiquius tempore. Quito quia vetustate peccati non liberat. ¶ Hec vero scriptura nouum dicitur testamentum. Primo quia noua.id est ecclesia scilicet ad celestis hominis conseruationem pertinēta promittit dicens. Qui agrum aut domum ⁊c. centuplum accipiet ⁊ vitam eternam possidebit. Secundo dicitur nouum: quia per nouum hominem.i. ab omni peccato immunē.s.per Christum ministratum est Tertio dicitur nouum.i. vltimum: quia nouissimum hominis tes.immobile ꝓseuerat: quod testatoris obitu confirmatur: vt extra de cele.miss.cum marthe.§.ceterum.⁊.xiij.q.ij.vltima. Hinc enim dicitur eternuz. i.perpetuum quasi durabile ac immutabile: de quo dictum est in quarta parte sub septima particula secreti: super verbo noui ⁊ eterni. Christus enim iam non moritur: ⁊ mors illi vltra non dominabitur: de consecr.dist.ij.semel. Quarto dicitur nouum respectu veteris: quia illo magis est nouuz tempore. vel quia vetus lex est quasi radix. Ipsum vero no.te.est quasi fructus. Quinto quia innouat.non.n.illud discunt nisi homines renati ex vetustate per gratiam pertinentes iam ad nouum tes.quod est regnum celorum. ¶ Circa libros ecclesiasticī officij sciendum est q̄ ipsum officiū consistit in cantu ⁊ in lectiōe. De cantu tres sunt libri de lectione sex. ¶ Sunt etiam quidam alij libri ecclesiastici: prout in secunda parte in fine tractatus de sacerdote dictum est. ¶ Sane tres libri de cantu sūt antiphonarius graduarius ⁊ trophonarius. Antiphonarius a digniori videlicet ab antiphonis nomē sumpsit: quasi beatus Ignatius patriarcha audiuit per angelos decantari: cum tamen ibi sint responsoria atqz versus. In plerisqz tamen locis liber iste responsoriorum a responsorijs que ibidem continent appellatur. Graduarius dictus est a gradualibus que in eo continentur qui a pluribus officiarius nuncupatur ab officijs seu introitibus qui ibi continentur. Graduale dictum est a gradibus: prout dictum est in quarta parte sub ti. de graduali. ¶ De intitulatione graduarij: antiphonarij: ⁊ lectionarij: in sequenti ti. dicetur. ¶ Trophonarius est liber continēs troposi.cantus qui cum introitu misse dicuntur: presertim a monachis. Uocantur etiam tropi sequentie sive prose: ⁊ kyrieleison: ⁊ neume. Et dicitur a tropos quod ē conuersio. de quo in eadem parte sub titu. de introitu dictum est. Quidam etiam hunc librum prosarium a prosis appellant. Uitalianus cantum romanum instituit ⁊ organo concordauit. ¶ Ceterum libri lectionum sunt isti. Primus est bibliotheca. Secundus omelarius. Tertius passionarius. Quartus legēdarius. Quintus lectionarius. Sextus sermologus. Bibliotheca a greco nomen accepit: ⁊ est nomen equocum scilicet locus in quo libri reponuntur: ⁊ volumen ex omnibus libris ve.⁊ no.tes.a Hiero. compositum. Omeliarius est liber continens sanctorum omelias.⁊ legitur in dominicis ⁊ in natali: ⁊ in festis sāctorum propria euangelia habentium ⁊ in pascha ⁊ penthe.cum ferialibus eorundem. Omelia autē idez est quod bona laus sive verborum ad populum. Et nota q̄ plures fecerunt omelias: videlicet Augustin⁹ Hieronymus Beda Origenes Gregorius ⁊ alij. Beda tamen alias non composuit nisi quas Augustin⁹ composuerat: sed suis verbis easdem supposuit: naz Augustinus verba disputationis habuit Beda vero stilum sermonis ⁊ lectionis. quare Beda vocatur venerabilis in septima parte sub eius festo dicetur.

¶ Item non omnes omelie autentice sūt: vt quedaz Origenis qui ad heresim dicit declinasse. Alique tamen omelie ipsius a beato Hieronymo. Teste papa Gelasio: legūtur fuisse correcte seu approbate .xv. di. sancta in palea. Et quando illa in ecclesia legūtur nomen actoris propter heresis infamiam subticetur. sicut ⁊ nomen Salomonis qui deceptus fuit a mulieribus tacetur in lectionibus propter infamiam idolatrie. sed dicitur lectio libri sapiētie: sic etiam q̄ Moyses hesitauit ad aquas contradictiōis: quia dominuz exacerbauit non dicitur lectio libri geneseos Moysi legislatoris: sicut dicitur lectio libri apoc. beati Joānis apostoli. De hoc agitur in prohemio quinte partis: ⁊ sub sabbato paschali. Uolunt tamen quidam q̄ in principio omeliarum ipsius dicatur omelia. Origenis correcta seu approbata a Hiero. ⁊ in sequentibus dici debet omelia eiusdez. ¶ Passionarius est liber continens passiones sanctorū: ⁊ legitur in festis martyrum. Plures autem sunt passionarij quorum quidā canonizati: quidam vero teste papa Gelasio.xv.di.sācta i palea: sūt apocriphi: vt de beato Gregorio ⁊ Ciritio ⁊ Julita ⁊ alij quidam quos heretici compilasse dicuntur: quare in ecclesia legi interdicuntur. Anacletus papa statuit martyrum gesta scribi ⁊ in ecclesis haberi: ⁊ hoc propter maximum presbyterorum martyrio coronatum. ¶ Legendarius autem vocatur liber ille vbi agitur de vita ⁊ obitu confessorum: vt Hilarij: martini ⁊ aliorum confessorum: ⁊ legitur in festis eorum dum tamen autēticatus sit. ¶ Lectionarius est in quo lectiones epistolarum Pauli ⁊ alie leguntur: qui quandoqz epistolarius dicitur ⁊ etiam legendarius dici potest. ¶ Sermologus est liber continens sermones quos papa ⁊ alij plures sancti composuerunt: ⁊ legitur in festis confessorum a natali vsqz ad octauas epyphāie. In purificatiōe: beate Ma

rie: ⁊ in festo omnium sanctorum ⁊ in pluribus alijs.

¶ Considerandum est quoq; trium scripturas precipue in ecclesia frequentari scilicet Dauid prophete qui fuit homicidia: ꝓditor: ⁊ adulter. Matthei apostoli qui fuit publicanus: ⁊ in hoc ipso infamis. ⁊ Pauli qui fuit crudelis christi ⁊ ecclesie persecutor: ⁊ etiaz Augustini qui fuit manichcus: ⁊ tempore Theodori imperatoris conuersus est: quod fit in exemplum videlicet vt alij peccatores non desperēt sed sperēt. Si tamen penituerint posse veniam consequi quantumlibet graui noxa perplexi sint: ⁊ orationes ⁊ elemosynas eorum post penitentiam posse deo complacere.

¶ Et est sciendum q̄ beatus Hieronymus tempoꝝ Damasi pape correxit psalterium. lxx. interpretaz q̄ tunc cantabatur vbiq; ⁊ adhuc iuxta ordinationem Gregorij pape qui postremo officium ecclesiasticum ordinauit: secundum illud antiphonas: responsoria: alleluia: tractus ⁊ alia quedam in ecclesia decantamus Subsequenter vero psalterio ipso iterato corrupto. Idem Hieron. illud de nouo integre ex greco transtulit in latinuz: prout ipse in ipsius psalterij ꝓhemio attestatur quod nouum dictus Damasus rogatu ipsius Hieronymi instituit decantari ⁊ vulgariter gallicum appellatur: ⁊ quasi vbiq; legitur: ⁊ fere communiter cum suo ꝓhemio in textu biblie habetur. Premissum vero psalterium secundum lxx. romanis remansit ⁊ hodie illo vtuntur. Veniq; idem Hieronymus attendens q̄ iudei nobis improperabāt q̄ psalterium falsificauerimus: quoniam a suo vero discordabat. Tertio psalterium de verbo ad verbum ex hebreo transtulit in latinum: quod in pluribus a gallico discrepat romano: pauci tamen illud habent quamuis ab oibus ⁊ in textu biblie deberet haberi. ¶ Et nota q̄ quidam portant psalterium: sed in eo nō psallunt: prout dictum est in titulo de laudibus matutinis Que sint dominice ⁊ dies ⁊ priuilegiati ⁊ principales ⁊ qualiter dies dominica maior est alijs diebus quib⁹ nominibus dies septimane appellentur: ⁊ qui sint dies profesti: qui festiuales siue solemnes in ꝓhemio. vij. partis dicetur. Gregorius papa xcij. di. si instituit ne in ecclesia romani diaconi cantari debeant. sed solum euangelice lectionis officia inter missarum solēnia exoluant. Psalmos vero ac reliquias lectiones subdiaconi: vel si necesse fuerit minores ordines exhibeant siue dicant.

¶ De tempore aduentus. ¶ Rubrica.

QUoniaz sicut premissuz est ecclesiastica officia ab aduētu domini quod est tempus renouationis incipiūt merito ab hoc tempore ducimus initium assumendum. ¶ Prenotandum igit̄ est q̄ beatus petrus primo instituit tres septimanas integras ante natale venerari in cōmemorationem aduentus christi: ⁊ quartam q̄ tamen nunq̄ perficit: quia vigilia natalis non est de aduentu vt infra dicetur. Agitur ergo aduētus domini per quattuor septimanas ad significandum q̄ est quadruplex aductus filij dei: sed vltima nunquam finitur: quia sanctorum gloria q̄ dabitur in vltimo aduentu scilicet ad iudiciū nunq̄ terminabitur. Primus aduentus est in carnē. s. in vtero virginis assumptam de quo dictum est. Osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini. Secundus in mentem qui descensus fit quotidie in cordibus fidelium per sperituꝫ scm̄: de quo Johannes. xiiij. c. ad eum veniemus: ⁊ apud euz mansionem faciemus: ⁊ dicit sapiens. Bñe emitte sapientiā tuaz vt mecum sit. Be his habetur Abac. ij. Si moraꝫ fecerit expecta euz: quia veniens veniet ⁊ non tardabit. Tertius aduentus est in morte cuiuslibet: de quo dicit beatus Jacobus. Patientes estote vsq; ad aduētum domini. ⁊ Matthei. xxiiij. Si sciret paterfamilias qua hora vēiret fur tē. idco ⁊ vos estote parati tē. ⁊ iterum si in prima vigilia venerit: ideſt in iuuentute ⁊ in secunda tē. ⁊ ita inuenerit. s. in penitentia beati sūt serui illi. Quartꝰ erit i maiestate qui erit in die iudicij: de illo legitur Ysaie. iij. c. Bñs ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. ¶ Et nota q̄ primus aduentus liberauit animas a dyaboli seruitute. Secūdus liberat eas a peccato Tertius a pena. Quartus corpora liberat. Verum ecclesia non celebrat nisi duos aduentus. s. in carnem ⁊ ad iudicium. Nam primuz ⁊ secundū reputat pro eodem ideo enim venit in carnez vt veniat in mentem: ideoq; dictū est: veniens veniet ⁊ non tardabit veniens. s. in carnem veniet. s. in mentem. ⁊ iterum quia vterq; misericordie est. Similiter tertius ⁊ quartus habent̄ ꝓ eodem: quia vterq; est iusticie ratiōe vnius effectus. Celebrat ergo ecclesia aduētū huiusmodi sub binario vt filijs suis generet timorē ⁊ amorē dei. vnda in ps. Eleuamini porte eternales tē. Timor domini sanctus qui permanet in etern. ⁊ amor. s. ipsius qui similiter in eternum durabit. Unde. i. ad Corin. xij. ca Charitas nunq̄ excidit. de pe. dis. ij. charitas. timorem autem debemus ei vt domino: amorē vt patri. Unde Malach. ij Si ego suz pater vbi est amor: ⁊ si dominus vbi est timor. Celebratur ergo aduētus per quattuor septimanas. In prima specialiter de primo aduētu cantat ecclesia In secunda ⁊ tertia de secundo: ⁊ hoc ideo quia antiqui patres primum aduentum tantum expectauerūt. Secundum vero antiqui ⁊ moderni. In quarta vo septimana recolit ecclesia tempus in quo dominus descendit in vterum virginis. Unde tunc. Rorate celi desuper: ⁊ nubes pluant iustuz. aperiatur terra ⁊ germinet saluatorem. Item tempus a primo aduentu vsq; ad secundum recolit ecclesia inter penthecos. ⁊ aduentū domini in quo cātat alleluia in spe resurrectionis: ⁊ gloria in excelsis deo. ꝓ iusticia reddita: ⁊ dicit quotidie alleluia quia spes eius nō infirmatur. Sed Gloria in excelsis deo. ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis: non dicit quotidie sed tantum in festis quia semper in fide: non semper in operibus laudat. Quotidie enim offendit: licet semper in fide iusticiaz teneat. Be hoc est dictum in ꝓhemio huius partis. ⁊ dicetur sub titulo de septem diebus post pascha

Ceterum per tres aduentus ebdomádas patres trium temporum accipimus. Primi fuerunt ante legem qui procul a deo remoti clamabant. Ad te leuaui Secundi sub lege qui doctrina legis instructi: & ideo ad lumen propius accedentes in introitu populus syon appellatur. Tertij fuerunt prophete: presertim illi quos inuenit christi natiuitas: vt symeon: quibus q̄ redemptor est prope dicitur in introitu: Gaudete. Asserunt etiam quidam q̄ in officio prime ebdomade agitur de vocatione iudeorum. In officio secunde de vocatione gentium: vnde ibi dicitur ad saluandas omnes gentes. In officio tertie de vocatione vtriusq̄ populi. Unde ibi dicitur nota sit omnibus hominibus. Rursus cantatur in prima in persona ioannis. In secunda prophetarum. In tertia apostolorum. In quarta in persona doctorum. Tempore aduentus tacetur gloria in excelsis quod pertinet ad natiuitatem: vt in nocte natiuitatis deuotius & auidius decantetur. Ad notandum hunc hymnum primo fuisse nocte illa ab angelis decantatum. quodq̄ maior gloria christi est in ecclesia tempore noui testamenti quā fuerit in veteri. Tacetur etiam ite missa est quod pertinet ad resurrectionez. Merito autem tacetur vtrūq̄ in aduentu quia tunc vtrunq̄ expectatur: pari etiam ratione tacetur. Pax vobis quod similiter pertinet ad resurrectionem. Tacetur etiam Te deum laudamus. quia nondum presens est quem expectamus & ad presentes tantum hoc cantico vti solemus.

Et nota q̄ hec tria non semper se concomitantur vt dicetur in proemio. vij. partis. Sed quare alleluia non tacetur hoc tempore cum sit canticum leticie: nā in aduentu est ieiunium: nec tunc nuptie celebrantur Preterea autem est ieiunium meroris aut exultationis. Si meroris omnia cantica exultationis debent taceri. Si exultationis omnia debent dici: ergo & gloria in excelsis deo. Solutio hoc ieiunium est partim exultationis & partim meroris. Exultationis est ratione primi aduentus scilicet in carnem: de quo mentio fit in hoc tempore. Meroris est propter secundū aduentum scilicet ad iudiciuz: de quo fit etiaz ibi mētio: & ideo in eo quedam cantica leticie dicuntur propter aduentum misericordie & exultationis: & quedā subticentur: & ieiunatur propter aduentum seuere iustitie & meroris alleluia ergo non subticetur: quonā tempore aduentus aliquid est leticie propter specie q̄ habuerunt antiqui de christi incarnatione: & propter nostram certitudinem quam habemus per primum aduentum de futura glorificatione: sed in .lxx. nō sic: quia totum tempus illud meroris est: & ideo tunc nō dicuntur cantica angelorum sed hominum: vt ibi dicetur. In festis vero nouem lectionum que occurrunt in aduentu debet celebrari missa de festo solēnis in tertia cum gloria in excelsis: & ite missa est: & deponuntur cappe nigre seu violacee: & assumuntur solennes a ministris & sacerdote prout festuz requirit. In hora vero nona de ieiunio missa dicitur: & tūc dalmatice & subtilia siue tunicelle dimittuntur: & competentes tempori & ieiunio resumuntur sicut in tertia parte sub titulo de dalmatica dictum est. Hoc quoq̄ tempore officium beate marie virginis non dicitur in ecclesia: quia totum officium huius temporis ad laudem eius pertinet: Et nota q̄ vrbanus papa secūdus qui fuit creatus .M.lxxviij. & sedit annis. xj. mensibus quattuor in concilio apud claromontis celebrato statuit vt officium beate marie virginis quottidie diceretur: & in die sabbati solenniter fieret: in quo officio matutino dicuntur ille lectiones. O beata maria quis digne sumpte ex illo sermone augustini. Loquimur dilectissimi &c. Hoc etiam tempore non debz fieri specialiter commemoratio alicuius sancti precedēntium christi aduentum: non quia omnes illi infernuz descenderunt: & ideo ecclesia occidentalis pro eis nō solennizat: nec etiam sequentium: quia cum hoc tempore ecclesia de aduentu filij dei solennizet: non est aliorum solennitas admiscenda: immo minor cedit maiori quia adueniente principe cessat magistratus ideirco cum ipse sit premium & corona sanctorum omnium: & sit omnia in omnibus: & sufficientia singulorum: superfluum floret recurrere ad aliorum suffragia mendicata. C. de pala. sacra. largi. l. scrinciis in princi. libr. xij. Generalis tamen commemoratio omniū sanctorum bene fit: quoniam licet sancti ex aduentu filij dei speciale gaudium & premium assecuti fuerint: maius tamen & generale gaudium eorum extitit: quia creaturam rationalem ex vnione ad diuinam naturam viderunt ineffabiliter sublimatam: quia ergo bonum commune preponderat particulari: i per consequens generale gaudium eorum gaudio speciali quia illud quod premissum est fuit omnibus sanctis vtriusq̄ testamenti ad gaudium. Ideirco conueniens est vt tempore ipsius aduentus eorum gaudium communiter & generaliter recolatur: & in generali omnium sanctorum commemoratione singulis diebus dicitur antiphona illa. Ecce dominus veniet & omnes sancti eius cum eo & erit lux magna in die illa alleluia: que pertinet ad quartum aduentum in quo apparebit gloria sanctorum: dicitur etiam cum ipsa antiphona oratio illa. Conscientias nostras quesumus domine visitando purifica &c. in qua similiter concordando cum antiph bona: fit generaliter commemoratio de omnibus sanctis: dum dicitur ibi: vt veniens cuz omnibus sanctis: & tunc pertinet ad quartum aduentuz scilicet in maiestate. In multis tamen locis subtrahūtur verba illa cuz omnibus sanctis: & tunc pertinet ad secundum aduentum scilicet in mente. Non fit etiaz commemoratio de cruce sicut fit in alijs temporibus ne prius videatur dominus passus quam natus: & iterum: ne fiat contra illud preceptum. Exodi. xxiij. & .xxiiij. Non coques hedum in lacte matris sue ideſt christum non crucifiges dum adhuc tener & lactans est. Contra hoc preceptum fecerunt tunc iudei qui christum eadem die ideſt eadem sexta feria in qua vt quidam dicunt conceptus est crucifixerunt.

Notandum autem est q̄ tempore aduentus omnes antiphone dominicales in matutinis laudibus terminantur per alleluia ad significandum gaudiuz de certitudine aduētus saluatoris habitū: vt i matutino officio sit ꝯsi ꝑdictio. Et i matutinis laudib⁹ notet

exultatio. Item in prima secunda ⁊ tertia ebdoma
da repetuntur responsoria dominicalia: sed in quar
ta sunt specialia que per ebdomadam cantantur: ⁊
sunt quindecim: quia ille expectatur venturus: qui in
stituerat vetus testamentum: ⁊ erat instituturus no
uum. Quindenarius enim numerus consistit ex se
ptenario ⁊ octonario: at septenarius ad vetus octo
narius vero ad nouum refertur testamentuz. In sin
gulis quoqz septimanis cantus renouatur: propter
gaudium proficientium qui proficiunt de virtute in
virtutē: vt videant deuz deoꝝ in syon. ¶ Illud etiā
notandum est qꝙ prima dominica aduentus nūqꝙ eē
potest ante quinto kalendas decembꝛis: nec etiā post
tertio nonas decembꝛis: sed quecūqz illarum septem
litterarum que inter dictas kalendas ⁊ nonas inclu
duntur representauerit dominicam: ibi est prima do
minica aduentus sed ⁊ in dominica proximiori festo
beati andree vel kalendas decembꝛis sine ante siue re
tro est semper initium aduentus: ⁊ si ipsum festuz ca
dit i dominica: ibi etiam est initiuz aduentus. Aduen
tus continere debet. xxi. diem. i. tres septimanas inte
gras ad minus preter vigiliam natalis domini. Ve
runtamen cum aduentus incipiat a die dominica: si
forte contingat similiter natale in die dominica veni
re oportet tempus aduentus per quattuoꝛ ebdoma
das protelari alioquin vigilia natalis ⁊ sabbatū quat
tuoꝛ temporum concurrerent in eadez die: quod esse
non potest. lxxi. di. de leui. quia vtrūqz illoꝝ ꝓpriuz
habet officium ⁊ ad diuersa tempora pertinent. Nā
sabbatū est ō aduentu: sed vigilia ad tempus gaudij
ptinet cum non sit de aduentu: sed de natali. ⁊ sic ad
uentus nō haberet vigintiunuz diem: excepta vigilia
natalis sicut dictū est. Quod vigilia pertineat ad tps
gaudij: patet ex ipsa ordinatiōe gregorij qui vltimas
aduentus antipbonas posuit de euangelio. s. Com
pleti sunt dies: ⁊ ecce completa sūt omnia. Quādo er
go natale est in dominica quattuoꝛ tempora celebrā
tur in penultima ebdomada. Si autem natale vene
rit in secunda feria: vel deinceps vsqz in dominicam
tunc post viginti vnum diem habebit in quo fiat vigi
lia. ⁊ quando festum venerit in secunda feria fiet offi
cium de vigilia in die dominica: que ꝓpriuz nō ha
bet officium ⁊ tunc propter dominicam cantabit̄ al
leluia sed ieiunabitur in sabbato precedenti: tam pro
vigilia natalis quam pro ieiunio quattuoꝛ temporuz
De hoc etiam dicet̄ sub titulo de capite ieiuniorum.
¶ Non est etiam ignorandum qꝙ licet in principio
siue in prima dominica aduentus cantetur introit9.
Ad te leuaui animam meam deus. Si quis tñ diligē
ter attendat in dominica precedenti illam preparatō
aduentus domini quo ad quedam inchoatur. quod
ostendit epistola que tunc ꝭm quosdaz legitur. Ecce
dies veniunt dicit dominus. Et suscitabo dauid ger
men iustum ⁊c. ⁊ finis euangelij eiusdem diei scilicz.
Abijt iesus trans mare tyberiadis: quod est ioannis
sexto capitulo Hoc idem insinuat vbi dicitur. Hic est
vere prophetа qui venturus est in mundum vt redi
meret populum ⁊c. Satis enim conueniens est qꝙ in
precedenti dominica inchoetur: quia non respiraret
desperans: nisi certa promissio vere liberationis pre
cederet: qua audita respirans clamat. Ad te leuaui
animaz meam deus. misericoꝛdiam ⁊c. In quinta igi
tur ebdomada ante natiuitatem domini inchoatur
preparatio aduentus quo ad quedam. Unde ⁊ in an
tiquis gradualibus ⁊ lectionarijs titulus est talis.
Quinta dominica ante natiuitatem domini nam ab
illa dominica vsqz ad natiuitatem domini sunt quin
qz officia dominicalia: ⁊ quinqz epistole: ⁊ quiqz euā
gelia. In quarta vero dominica ante natiuitatem do
mini inchoatur preparatio aduentus quo ad offici
um matutinale: ⁊ quo ad multiplicem officioꝝ va
rietatem ⁊ innouationem quia ergo quattuoꝛ sunt of
ficia dominicalia ab illa dominica vsqz ad natiuita
tez. Ideoī antiphonarijs nouis intitulatur quarta
dominica: Quadruplex autem ratio huius duplicis
intitulationis liboꝝuz ⁊ inchoationis aduentus red
di consuevit. Prima quia per lectionarium recolim9
aduentum domini in mundum significatum esse per
quinqz mundi etates. Per antiphonarium vero reco
limus aduentum domini nunciatum esse per quat
tuoꝛ ordines liboꝝum scilicet per legem per prophe
tas per psalmos: ⁊ per initium euangelij narrantis
domini conceptionem Initium euangelij vocamus
quicquid est in libꝛo luce: qui historiam ante natiuita
tem domini plenius ceteris prosecutus est: sicut de an
gelo a zacharia misso annunciante natiuitatem pre
cursoris: ⁊ sicut de prophetia illa. Benedictus domi
nus deus israel: quia visitauit ⁊ fecit redemptionem
plebis sue. Et de gabriele archangelo ad virginem
misso: ⁊ similibus. ¶ Secunda est quia actoꝛ lectio
narij nos hoꝛtatur vt purgemus hospiciuz nostri coꝛ
poris: quod per quinqz sensus soꝛdidatuz est ad susci
piendum deum: quia in soꝛdibus habitare despicit
rex venturus. Actoꝛ vero antiphonarij nos docet
purgare coꝛpus nostrum constans ex quattuoꝛ cle
mentis facientes dignam mansionem deo regi ven
turo. ¶ Juxta illud. Ego ⁊ pater ad eum veniemus
⁊ mansionem apud eum faciemus. ¶ Tertia est qz
in quarta dominica aduentu que ad spirituales: ⁊ nō
in quinta dominica que ad seculares pertinet: vt dice
tur in titulo sequenti innouantur cantus. Spiritua
lium enim est canticum nouum cantare: ⁊ non secu
larium: qui cum adhuc quasi veteres sint: ⁊ mala eo
rum adhuc recentia: potius lugere quam gaudere ō
bent. Renouatus quidem cantus gaudium electoꝝ
significat qui proficiunt de virtute in virtutem in qua
videbitur deus deoꝝum in syon. ¶ Quarta est
quia in ecclesia duo sunt ordines hominum expectā
tium domini aduentum: ⁊ studentium ad digne susci
piendum deum venturum Unus ordo in seculari cō
uersatione studet: alter in spirituali. Seculares qui
rebus transitoꝛijs student que quinqz coꝛporis sensi
bus administrantur per qnqz ebdomadas intelligun
tur. Juxta illud euangelij ioannis. Erant viri q̄si qn
qz milia. Siquidē qnqz milia viri deū secuti designāt
eos q̄ i seculari adhuc hītu positi ex exterioꝛib9 q̄ pos
sident bñ vti nouerāt ipsi nāqz saturant̄ qnqz panib9
quia legalia instituta eis ꝓponēda sunt: quoꝝ qnariū

numerum propter quinq; libros moysi intelliguntur Per quattuor vero septimanas spirituales intelligũtur qui rebus transitorijs abiectis nudi nudũ sequũtur christum: qui per quattuor euangelia ad potiorẽ perfectionem excitantur. Quod etiam ad istos quaternarius numerus pertineat apparet in alio euangelio in quo quattuor milia hominum qui sunt euangelica perfectione sublimes leguntur refecti septem panibus idest septiformi gratia eruditi ⁊ repleti. Hanc distinctionem figurauit dominus moysi quando ingressu tabernaculi iussit poni septez columnas ⁊ ante oraculum vnam ante sancta sanctorum quattuor: prout legitur exo. xxvi. ⁊. xxxvi. c. siquidem. v. columne exterius posite sunt seculares qui in exterioribus maxime versantur. iiij. columne ante sancta sanctorum sunt spirituales qui quasi interius positi domino deuotius obsequuntur vna columna ante tabernaculum vnitatem fidei: quam tam isti quam illi colunt designant: ⁊ propter hanc causaz clerici seculares in vespertinis officijs quiq; psalmos cantant. Monachi vero ⁊ religiosi qui altiorem elegerunt viam non nisi quattuor in quo se perfectiores ostendunt. Quod autem quadratum est ex quacunq; parte vertaꝝ manet idem ⁊ firmum Similiter ⁊ perfectus quocunq; loco ⁊ tempore idem immobilis manet.

¶ De prima dñica aduentꝰ domini. ¶ Rubrica.

PRima dominica de aduentu que est quarta a natali domini ⁊ in qua fm quosdam inchoatur officium aduentus pertinet ad spirituales. Et ideo in ea innouantur cãtus: precedens vero que quinta est ad seculares sicut in precedenti ti. dictum est. Ad spirituales pertinent duo versiculi: quorum vnus frequentatur in vespertino officio. s. Rorate celi desuper. Alter in matutino. s. vos clamantis in deserto. In primo ostenditur qd facere debeant in secundo exequuntur. Ipsi sunt celi rorantes: ⁊ nubes pluentes. ros est subtilior ⁊ pluuie grossior. Tunc sunt rorantes qñ de incarnatiõe saluatoris subtilia dicunt: vt illud verbum caro factum est: ⁊ similia: tunc sunt pluentes quando grossiora. i. intellectu faciliora dicunt: sicut est qꝺ maria desponsata est ioseph ⁊ qꝺ puer natus est in bethleem: ⁊ reclinatus in presepio: ⁊ huiusmodi. Isti faciunt qꝺ operiatꝝ terra: ⁊ germinet saluatorem. Ad litteram terra est virgo maria que aperta quantum ad fidem cordis sine damno virginitatis: ⁊ concepit ⁊ peperit saluatorem. Sed moraliter terra est cor humanum quod viri spirituales sua predicatione aperiunt vt germinet saluatorem idest christus in eo reformetur. Juxta illꝺ apostoli. Filioli mei quos iteruz parturio: donec christus reformetur in vobis. Isti sunt vox clamantis in deserto. i. in mundo parate viam domini rectas facite semitas eius. Vie sunt opera: semite sunt cogitationes quas debemus parare in aduentu saluatoris Hanc preparationez notat oratio que post cõmunionem hac die in missa sequitur. Suscipiamus domie misericordiam tuam in medio tẽ. ⁊ ex eo qꝺ in fine illius orationis dicitur congruis honoribus precedamus. Viam ergo parere est penitentiam agere ⁊ predicare. Semitas rectas facere est post mandata consilia obseruare. Sane huius dominice totum matutinale officium pertinet ad primum aduentum: vt premissum est. Legitur enim isa. qui de aduentu loquitur apertius qꝺ aliquis alius propheta vnde in secundo. c. ipsius habetur. Ecce mons tẽ. In primo vero habetur de nequicia iudeorum. Primum responsorium est. Aspiciẽs a longe quod est de primo aduentu ⁊ non sumitur de aliquo libro theologie: nec compilatum est a gregorio ordinatore matutini officij: sed a quodam eius monacho quod inde apparet: quia illud infra ebdomadaz non repetitur. Sed omnia alia responsoria sic que ab ipso greg. edita sunt. Et si obijciatur qꝺ illo dempto non remanent nisi octo responsoria isti dominice. Respondetur qꝺ nouez sunt computato illo. Ecce dies veniunt quod fm ordinez gre. nonum est: ⁊ cantatur in vesperis sabbati precedentis. Cantatur autem hoc responsoriuz in persona ioannis bap vel sponse dicentis. Aspiciens a longe a terra vz ad celũ video dei potentiam venientem: ⁊ licet proprie pater potentia assignetur: hic tamen potẽtiam accipe filium dei cui data est potestas in celo ⁊ in terra: qui est potens dominus in prelio: cui propheta. Accingere gladio tuo super fe. tu. po. Hic venit dum se visibilez monstrauit: ⁊ nebulam totam terram tegentem. Hec nebula est dei misericordia: que prestat refrigerium contra estum viciorum. Hanc moyses intrauit cum ad suscipiendum legem ascendit. ¶ Hanc petrus intellexit cum in nube lucida videꝫ dominum moysen ⁊ heliam dixit. Faciamus hic tria tabernacula. Hec populum in desertuz deduxit: ⁊ ab igne protexit. Hec est virtus altissimi que virginem obumbrabit que totam terram tegit: quia misericordia domini plena est terra. Hec etiam nebula est humanitas filij dei que totum mundum saluat: medicina enim omnium in festinatione nebule. Nebula etiaz potest dici infidelitas seu ignorantia. ¶ Ignorabat enim homo deum seipsum natale solum ⁊ concupiscentiã esse peccatum. Hec nebula totam terram tegebat: quia omnes declinauerunt. s. in. f. s. Ite obuiam ei ⁊ dicite. Nuncia. n. s. t. e. qui regnat. es in populo israel. Similia dixit ioãnes discipulis. Parate viã domino ⁊ per discipulos ad xpm. Tu es qui venturus es an alium expectamus obuiam sponso scilicet per viam charitatis: ⁊ dicite nuncia nobis: quasi dicat. Reuela nobis per tuam presentiam: si tu es messias in lege promissus: ⁊ si regnaturus es in populo israel. Porro in solito modo primum responsoriũ habet in quibusdam ecclesijs tres versus sicut ⁊ responsoriũm primũ natalis dñi. Primo ad significanduz qꝺ iste aduentus dñi saluat homines trium tẽporum. s. illos qui fuerunt ante legẽ sub lege ⁊ sub tẽpore gratie ⁊ ꝓpter hoc etiaz fit triplex repetitio: prima a remotiori quo ad finem: ⁊ postea a minus remoto: ⁊ postea a ꝓpinquiori ad ostendendũ qꝺ patres primi tẽporis

remotiores fuerunt ab aduentu xpi q̄ patres scdi t tertij t patres secundi tēporis magis remoti q̄ pres tertij: deinde reincipitur responsoriuz ad denotandū desiderium: t ad significandum q̄ debemus attribuere finem t principiuz boni operis ei qui est alpha t o. xxxv. di. ab exordio. ¶ Ultimo dictis versibus subungit gloria patri: q2 omne desideriū t seruitiuz ad deum trinū est referendū: t ibi non fit reiteratio ptis sed totius responsorij: q2 post vitā p̄sentē oia opera consumanf: t tunc erit deus oia in omnib9 t cōsumato t sufficientia oium. Secundo ideo p̄missū respōsorium tres hz versus t vnū gloria ad signandū quatuor aduentus: de quibus in ea p̄cedenti p̄missum est t ad designandū quattuor tēpora. s. tp̄s ante legē tempus legis ꝓphetie t gratie: Alloquens enim ecclesia omnes hoies qui fuerunt ante legē: quoz pauci secuti sunt vnū deum: dicit in primo versu. Quiqz terrigene tc̄. i. O vos oēs: mali: boni: diuites: t pauperes ite obuiam ei t dicite. Indica nobis si tu es ipse qui regnatur9 es in populo israel. In secundo ꝓsu in pso na hominū qui fuerūt sub lege in qua aliquid fuit impfectionis: q2 data fuit infirmis: alloquit ipm legislatorē. Qui regis israel intende: quasi diceret q populū israel in lege tua regis: t sicut pastor ouem deducis. Indica nobis si tu es ipse q regnaturus es in populo israel. In tertio iam ex dictis ꝓphetarum certificati de aduētu saluatoris ex desiderio clamāt. Excita potentiā tuam t veni: qui regnatur9 es in populo israel. In alijs vero ecclesijs est tertius versus. Tollite portas. In quarto gratias agens saluatori de aduentu suo qui dignatus est venire: imo toti trinitati dicit gloria patri. Tertio responsoriū ideo tres hz versus: qm̄ lex t psalmodia t prophetia hunc saluatoris aduētū ꝓnunciauerunt. Quarto tres versus patres triuz tēporum significant. Patres quidem ante legē hunc aduentum ꝓuiderunt. Patres sub lege desideraverunt. Patres gratie predicauerunt. Dicit ergo ioannes baptista vel ecclesia. Vos patres ante legez quiqz terrigene fi. h. s. v. d. Et paulus. Ite obuiā ei. Terrigenas vocat malos: qui terrena sequuntur: filios hominum dicit bonos diuites: subdit quos terrigenas appellauerat propter pauperes quos filios hominuz. Vos ergo quiqz. i. quilibet terrigene malicia diuites: t filij hominum spiritu pauperes: qui estis simul in vnuz i vno ouili agni t hedi. Ite obuiam ei: vt vos mali per ingressum incipiatis vos boni per progressum proficiatis. Vos etiam patres sub lege dicite. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph nūcia nobis t cetera: qui regis israel iudaicum populuz per doctrinam legis domini videntez. Qui deducis ideſt de virtute ducis velut ouem ideſt innocentem: ioseph i. populum gentilem augmentum per frumentuz mortificatum: intende super nos idem lumen pietatis infunde t nuncia nobis tc̄. vos quoq patres sub gratia dicite. Tollite portas principes vestras: t eleuamini porte eternales: t introibit rex glorie. Qui regnaturus tc̄. O principes t potestates aeris huius Et o genimina viperaruz tollite. ideſt auferte portas mortis. i. vicia: per que diabolus intrat ad corda. Et o porte eternales: ideſt virtutes ad eternitatem ducentes eleuamini contra vicia: t per vos introibit t habitabit in vobis rex glorie qui regnaturus est in populo israel. ¶ Et nota q̄ ad tertium versum non respondetur nuncia nobis: quia patres noui testamenti certificati sunt de aduentu christi. patres gratie certi sūt de introitu regis glorie. Verum quia nunq̄ suffecit: nec sufficiet fides incarnationis sine fide trinitatis. Ideo succinitur. Gloria patri t filio t spiritui sancto t quia qui venit in humanitate: venturus est etiaz in maiestate. ideo responsorium denuo repetitur. In repetione vero nebulam accipias ad litteram. Juxta illud. Veniet in nubibus celi: t sicut nubes suscepit eū t alibi. Nubes t caligo in circuitu eius. ¶ Secundum responsorium est. Aspiciebam in visu noctis sūptuz per gregoriū de daniele. capitulo septimo. Christum venturum prophetante qui his verbis mysterium incarnationis verbi: quod in principio erat apō deum aperuit dicens. Aspiciebam in visu aut visione noctis. Triplex quidem est visio scilicet noctis ante gratiam: diei sub gratia: t lucis in gloria. In nocturna viderunt patriarche t prophete qui sub nube fuerunt: t hoc daniel aspiciebat in visu noctis. In diuturna viderunt apostoli quib9 christi humanitas apparuit. In lucida videbunt filij dei facie ad faciem. Hanc distinctionem veritas in euangelio innuit dicens. Abraham exultauit vt videret diem meum: vidit t gauisus est. Iterum multi reges t prophete voluerunt videre que vos videtis: t nō viderūt. ¶ Sequitur. Et ecce in nubibus celi filius hominis veniebat. Nubes celi caro verbi: de qua esaias. Ascendit dominus super nubem leuem. Et datum est ei regnū t honoz scilicet nomen quod est super omne nomen: quod est ab eterno datum Sed in tempore manifestatum: t omnis populus tribus t lingue seruient ei. Nam vt isaias ait: curuabuntur ei omnia genua t iurabit omnis lingua in domino. Tertium responsorium. Missus est angelus gabriel: quibus verbis lucas texuit ordinem annunciationis. Quartum est. Aue maria gratia plena. quibus verbis idez Lucas modum conceptionis annexit dicens. Spiritus sanctus superueniet in te t virtus altissimi obumbrabit tibi. Superueniet in te inquā in te protegendo te: t ab omni sorde purgando: t exinde virtus altissimi. s. vbum dei obumbrabit tibi ex te carnem sumendo: qō enim ex te nascetur sanctuz vocabitur filius dei Christus. n. qui non est conceptus ex virili semine: merito irascitur: t dei filius9 appellatur. Sequit versus. Quo modo in me fiat istud interrogative: t sic quomodo sunt due dictiones: vel admirative: t est vna dictio. ¶ Quintum responsorium est: saluatorē In quo icarnato per apostolū confirmatur: Sextum est. Ecce ego concipiet. Septimum Ecce dies veniūt. In quib9 hoc idem per prophetas roboratur. Octauū. Obsecro dñe. In quo idem p legē cōprobat. Nonum est. Audite verbū. In quo idem p̄ ꝓphetas cōprobatur laudes matutine vtrūq̄ sonāt aduentū. Nō. n. agit aliqñ de vno aduētu quin t de alio misceat: sz pauca de scdo habent: t hoc propter representatiōez gaudij

ne spes luxuriet in presumptionem. Siquidez prima antiphona que de fine iobelis sumitur est aperte de primo aduentu. Unde ibi dicit in illa die. s. quando messias veniet: montes id apostoli seu magni predicatores stillabunt dulcedine. s. verbi dei: et colles sicut minores predicatores fluent lac. s. simplicis doctrine minoribus et maioribus. Secunda. s. iocundare ptim est de isaia. partim est de zacharia. Tunc enim iocundata est sm zachariaz syon. i. ecclesia de iudeis. et exultauit hierusalem. i. ecclesia de gentibus. Tertia. s. Ecce dominus veniet: est de secundo aduentu. s. in maiestate. Quarta est. Omnes sitientes. Tunc. n. omnes. i. de omni genere sitientes. s. salutis et scientie doctrinā venerunt: sm isaiam ad quas baptismatis et doctrine Quinta est. Ecce veniet prophet a magnus: et ipse renouabit hierusalem. s. dando legem et noua condēdo precepta. Hoc tempore dicit per horas capitulum illō Egredietur vga. Isa. xi. c. et illud In diebus illis. Jer. xxiij. c. et illud Erit in nouissimis isa. ij. c. et illud. Ecce virgo. isa. vij. c. illud. Venite ostendamus. Isa. ij. c.

¶ Ad missam vero introitus est. Ad te leuaui etc. qz per aduentum dñi in carnem spes maxime eleuatur. Sic. n. deus dilexit mundum: vt filium suum vnigenitum daret: et iterum. Proprio filio non pepercit etc.

¶ Et nota qꝫ si quidam excitent: alij tamen somno torpent Ideo cantor incipiens. Ad te leuaui animaz meam exaltando vocem ab inferiori ad superius p̄cedit quod proprium est excitantis: qō etiā notat in epistola vbi dicetur. Hora est nos iaz de somno surgere.

¶ Sequitur versiculus. Vias tuas domine demonstra mihi: quia christus veniens nobis vias suas indicauit. Unde isaie. Erit mons domus dñi etc. Veni te ascendamus ad montem dñi: et ad domū dei iacob et docebit nos vias suas. Que autez sint vie ille ostendit epistola que est ad Ro. xiij. c. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. In co eniz quod ibi dicitur. Nos p̄cessit: dies autez appropinquabit assignatur effectus: quia factus est dies quando natus est sol: et ideo sequit: sic vt in die honeste ambulemus s. in oibus operibus bonis: et induamus nos in similitudine christi: vt sic filij dei simus: qz propter hoc filius dei est homo: vt homo fieret filius dei. ¶ Oratōnes primū aduentū respiciunt et possunt eiā adaptari congrue ad secundū. Postea sequitur responsoriū in quo ostenditur spes que facta est in ortu solis vni/uersi qui te expectant etc. ¶ Sequit alleluia. Ostende etc. quia tunc ostēdit dñs faciē suam: quā qui videt saluatur. Unde cū dixisset dominꝰ ceco. Quid vis vt faciam tibi. Respondit. Raboni vt videā quam faciē non poterant homines antea videre quia erant in regione vmbre mortis: sed lux orta est eis qꝫ possunt videre. Quod autez dicit ostēde nobis dñe faciez tuaz est sensus. Da nobis dñe cognitionem tuaz. Facies enim dei in scripturis sanctis non caro sed diuina cognitō intelligitur: quia per faciez conspectaz quis cognoscitur. ¶ Sequitur in quibusdaz ecclesijs euangeliuz matb. xxi. c. cum appropinquasset etc. quod ad passionem pertinet quo ad litteram. Ad diez vero hāc quo ad allegoriam et spiritualem intelligentiam. Venit enim tunc dominus hierusalem per bethfage que interpretatur domus bucce id est ad ecclesiam que parua erat: in qua xp̄s apparuit per confessionem et per montem oliueti per quam designatur eminentia misericordie per quam venit filius dei in mundum: et misit discipulos suos dicens. Ite in castellum id est in mūdum: et inuenietis asinam et pullum id est iudaicum populum qui dure ceruicis est: et gentilem sine iugo legis. Item per huiusmodi animalia ostendit vias suas: humilia eniz sunt. Unde in matheo. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Legitur etiam ideo quia ibi habetur. Benedictus qui venit in nomine domini: quod pertinet ad primum aduentum et propter alia verba legitur in alijs ecclesijs illud. Cum appropinquaret iesus quod dicitur in dominica palmaruz In alijs vero ecclesijs legitur euangelium. Principiū euangelij iesu christi etc. quod est marci primo capitulo propter illa verba. Ecce ego mittam angelum meū ante faciem tuam. ¶ Et nota qꝫ in textu euangelij non commutetur principium sed initium. Sed ecclesia ponit principium pro eo qꝫ legens euangelium statiz premisit in. s. Initium sancti euangelij ne idem repeti videatur. In nonnullis ecclesijs etiaz legitur. Erūt signa. Sequitur offertorium de spe. Ad te leuaui animam meam: et post cōmunio de eodem et propter idē legunt euangelium illud. Erunt signa quod est luc. xxi. capitulo quod pertinet ad secundum aduentum vbi dicitur prope est regnum dei. Cui adaptatur epistola: vbi dicitur propior est nostra salus: et quia prope est regnum tuum domine: ideo ad te leuaui dicit in introitu cantor id est vetus homo: vel ioannes baptista: vt quidaz dicunt dicit Ad te leuaui. a. m. deus meus: et ideo vias tuas domine demonstra mihi: et hoc in responsorio. Ostende nobis domine mi. tuā. et hoc in alleluia: et quasi de misericordia certificatus concludit in post cōmunione. Dominus dabit benignitatem. i. affectum bonum: et terra nostra. s. caro dabit fructum. i. bona opera.

¶ De secūda dominica aduentus dñi. ¶ Rubrica

In hac secunda dominica aduentus vt premissū est agitur de secundo aduentu: verum qz gaudere melius est qꝫ flere: et dilectio melior qꝫ timor: ideo in eo quedam dicuntur pertinentia ad secundum aduentum: et quedā ad vtrunqz. Ecce enim in matutinis primum responsorium est. Hierusalem cito veniet salus tua: tunc omnes plorabunt: modo est tempus gaudij: aliud est de primo et secundo aduentu. Preterea ibi sunt duo versus secundum quosdam ecclesias. Ad idem exprimēdum sicut et in alleluia: vt iam dicetur. Primus est hierusalem si me audieris etc. et vtitur dominus verbis. moysi vt intelligatur qꝫ ipse est qui moysi loquebatur: Aliquādo etiam vtitur verbis salomonis: vt sciamus qꝫ ipse est sapientia: de qua locutus est Salomon. Istud responsorium sumptum est de michea et etiam illud quod sequitur. s. bethlem. Quedaz tamē

ecclesie illud dicunt in dñica sequenti: ꝛ est de primo aduentu. ꝛ loquitur de generatione temporali xp̄i ꝛ eterna de tēporali: cum dicit bethleē ciuitas dei summi: qz in bethleez natus est. De eterna cum dicit. Et egressus eius sicut a principio dieruz. de alijs Regis patet. ¶ In laudibus. prima antiphona est de scōo aduentu. Ecce in nubibus celi ꝛc̄. In missa vo introitus patet ad vtrunqz hoc modo. populus syon Ecce dñs veniet ad saluandas gentes. Isa. xxx. c. In vtro qz eni aduentu saluat. Sequit̄. Et auditaz faciet dñs vocē laudis sue. Ipse eni est turtur cuius vox audita est in terra nostra: qz attulit nouū tēpus vox eius i secundo aduentu erit. Venite bñdicti patris mei ꝛc̄. V sus aūt pertinet ad scōm aduentū. Qui regis israel i tende: qui deducis Joseph. i. de hoc mundi ducis Joseph. i. augmentū in bono: sicut oue. i. simplicē: ꝛ qz in matutinis p̄muz responsoriū est hierusalē. ꝛ in missa introitus est popul⁹ syon. ideo in hac dñica fit statio i ecclesia que dicit̄ hierusalē. Segt̄ oratio. Excita dñe corda nostra ad p̄parandas vnigēti tui vias. ꝛc̄. que est de primo aduentu tm̄. Epistola vero est de secūdo Quecūqz scripta sunt ꝛc̄. ad Roma. xv. c. vt p patientiā ꝛ cōsolationē scripturaruz spem habeam⁹. ꝛ sic in uitamur ad spem vt q̄ patimur levia fiāt. responsoriū pertinet ad vtrūqz. Ad primū dū dicit. Ex syon spēs decoris ei⁹. Ad 6m cū dicitur. Deus noster manifeste veniet. versus vo ad primū tm̄. d. Cōgregate. s. o vos angeli illi sanctos eius. i. predicatores bonos qui ordinant testamentum eius. s. nouū super sacrificia. i. sup vetus testamentū. Prius eni est qō aiale est sicut dicit apostolus. Deinde quod spirituale: vel quod dicit cōgregate hoc in p̄mitiua ecclesia maxime necessarium fuit. s. o. vos boni p̄dicatores: vt paulus ꝛ alij. Deinde sequit̄ alleluia quod in solito modo bz duos vsus 6m quasdā ecclesias ꝛ hoc fit: quia ibi de duplici aduētu agitur. Primus est de prima cum dicitur. Leratus sum ꝛc̄. Ante primum enim aduentum christi desperabant homines de salute. Tunc vero letati sunt qñ audierūt q̄ filius dei homo fact⁹ erat. Secūdus versus est de secundo. Stantes erant pedes nostri. i. affectus nostri in atrijs ꝛc̄. Jam enim in spe ꝛ desiderio ibi sumus. Euangelium est luce. xxi. c. scilicet. Erunt signa in sole ꝛ luna ꝛc̄. ꝛ est de secundo aduentu tantum: ibi eni ostenduntur signa que fiant ante diem iudicij: quoniam totus mundus turbatione sua iudicium domini ostendet Ibi etiam sequitur. His autem fieri incipientibus respicite levate capita vestra Ecce appropinquabit redēptio vestra. Ecce spes Quedam vero ecclesie legunt euangelium. Cum audisset ioannes in vinculis: quod similiter ad secundū pertinet aduentum: ex eo quod ioannes querit. Tu es qui venturus es: an alium expectamus. Cui dominus. Ecce veni ad redimendum: ꝛ rursus veniam ad saluandum: quod ex signis cōiecturare potestis. Quia ꝛ ceci vident ꝛc̄. Offertorium est de primo aduentu. Post cōmunio hierusalem ꝛc̄. que est baruch. iiij. ꝛ v c. est de vtroqz. In tertia vo ꝛ quarta feria ꝛ sabbato legantur euangelia de testimonio christi scilicet de ioanne ꝛ de testimonio ioannis de christo ꝛ eius aduētu. De quo etiam loquitur epistola Patientes estote que tunc dicitur.

¶ De dñica tertia aduentus domini. ¶ Rubrica

Sequitur tertia dominica in qua similiter agit̄ de secundo aduentu. Unde in nocturnis primum responsorium est. Ecce ap parebit dominus super nubem candidam idest super carnem que erit candida per gloriaz immortalitatis: vt mali timeant in secundo aduentu. Nam in primo aduentu apparuit dominus sup nubem leuem idest imunez a peccato: ꝛ sumitur hoc responsorium de apocalipsi vbi dicitur. Vidi ꝛ ecce nubes candida. Versus est de secundo vtroqz aduētu. In laudibus primam antiphona est de secundo aduentu. Veniet dominus ꝛ non tardabit ꝛ illuminabit abscondita tenebrarum: secunda questione p̄ma multi. Omnia enim manifesta erunt: quia libri conscientiarum aperti erunt corazeo. ¶ In missa vero introitus est de secundo aduentu. Gaudete in domio semper ꝛ iterum dico gaudete: ad philipenſ. iij. c. Apostolus enim non loquitur de primo aduentu cuz dicit: dominus prope est: sed de secundo aduentu vn de invitat ad gaudium spirituale: per quod firmiter expectamus gaudia secundi aduentus. Unde dicit: gaudete in domino semper. s. expectando 6m aduentum: ꝛ repetitur gaudete: quia gaudium spirituale facit nos dulciter sustinere omnia asperamundi: vt nihil euellat nos a spe eternoz um: ꝛ ideo quia ita necessarium est gaudium spirituale ista repetit: vel propter gaudium de vtroqz aduentu quod habent sancti. Huius gaudij custos est molestia: ꝛ ideo sequitur molestia vestra ꝛc̄. Hoc gaudium quod est pax omnibus sanctis optat ecclesia filijs suis in versu cum dicit: ꝛ pax dei que exuperat omnem sensum scilicet hominis quia nullus homo habet totum vsum pacis huius. Collecta scilicet aurem tuam quesumus domine: est de aduentu in mentem. Audita enim collatione ō aduentu dñi sacerdos orat vt tenebras quas patimur in eo quod falsa iudicamur sua visitatione illustret. Epistola. Sic nos existimet homo ꝛc̄. que est prime ad corinthēos. iiij. c. est de secundo: alie ecclesie dicūt epistolam. Gaudete in domino semper que est ad philippenses. iiij. c. Regis primo. Qui sedes super cherubin manifestare coram effraim. i. fructificantem in bonis operibus beniamin. i. filium dextre ꝛ manasse qui oblitus ē terrenoz ū hoc fieret in iudicio. ¶ Versus etiam: Qui regis israel: est de primo qui dicit ad secundum. Alleluia. Excita domine etiam ē de p̄mo. Euangeliū. Cum audisset ioannes ꝛc̄. quod est mathei. xi. c. similiter est de primo. Quidā. n. de discipulis ioannis non credebant christum esse messiaz promissum in lege: vnde misit cos ad christū vt interrogarent euz. Tu es qui ventur⁹ es: an aliū expectam⁹ vt p visa miracula christū iam venisse cognosceret q̄si diceret Ipse multo melius scire deberet quam ego:

ꝛ dixit eis Jesus: cecī vidēt ꝛc. quasi diceret vos estis magistri: nō ergo scitis hoc quod dicitur i Jsa. xxxv. Tunc saliet sicut ceruus claudus: ꝛ aperientur lingue mutoꝝ: ꝛ loquitur de tempore messie: quasi. d. facta probant. Offerto ꝛium etiam est de primo aduentu. Post cōmunio de secundo. Dicite pusillanimes cōfortamini. Oportet enim ꝙ pusillanimes confortentur ad hoc vt sustineant tribulationes: ꝛ sic expectent cū fiducia secundum aduentum.

¶ De quarta feria ꝛ ieiuniis quattuor tpoꝝ. Ru.

In hac septimana fiūt ieiunia quattuor temporum. Unde hic primo de illis. Secundo de alijs ieiunijs. Tertio de huius diei officio prosequamur. In primitiua qdem ecclesia statutum fuit ꝙ ieiunia quattuor temporum fierent ter in anno. Sed calixtus papa. lxxvj. di. Jeiunium. cōstituit quater in anno fieri nā ꝛ iudei quater in anno ieiunabant. s. ante pasca ante pētecosten. ante ēcenophegiam in septembri. ꝛ ante encenia: de q̄ bus dicetur in prohemio. vij. partis. Si enim tantuꝝ ter in āno in tres partes diuisio ieiunaretur: forte aliqui remanent dies: de quibus primitias nō redderemus. In istis enim ieiunijs primitias temporis exoluimus: vt iam dicetur. De quibus Zacharias ait. Jeiuniū quarti. quinti: sexti: ꝛ decimi domui iuda: ꝛ hierusalem dies festos vertetur in gaudium. Quater ergo ieiunamus in anno. Primo vt quattuor elementa in nobis viciata. i. corpus nostrum ex eis constans i quattuor anni temporibus castigetur. Homo enīꝝ cōstat ex quattuor elementis quantum ad corpus: ꝛ ex tribus potentijs quantum ad animaꝝ. s. rationali: cōcupiscibili: ꝛ irascibili: vt ergo illa moderentur in nobis: quater ieiunamus in anno per tres dies: vt quaternarius numerus ad corpus: ꝛ trinarius ad aiam referatur. Siquidē annus diuidit i quattuor tempora: q̄ sunt ver: estas: autūnus: ꝛ hyems: que propter sua delectamēta a dei amore nos auertere solēt. Ver calidum est ꝛ humidum: tunc ergo ieiunamus vt elementum amoris castigetur in nobis ne cōsentiat false pulchritudini veris. Jeiunamus itaq̄ cōtra luxuriam ex humore ꝛ calore nascentem. Estas calida est ꝛ sicca: tunc ergo ieiunamus vt elementum caloris in nobis castigetur ne consentiat incendio carnali. vel tunc ieiunamus contra superbiam quia tunc fructus terrarum ꝙ florent ꝛ maturantur: superbiendi materiam prestant. Autūnus est frigidus ꝛ siccus tunc ergo ieiunamus ne aliquo languore animi arescamus ꝛ defluamus: ꝛ sine pinguedine olei in tabernaculo eterno inueniamur: vel tunc ieiunamus contra auariciam quia tunc messes colligimus ꝛ habem⁹. Hyems frigida ꝛ hūida est: vñ tunc ieiunamus ne membra nra fluxu atq̄ luxu soluant: in cōmessationib⁹ ꝛ potationib⁹: ac per hoc amor dei negligat: vel tūc ieiunam⁹ ꝓtra pigritiā: qz torpemus frigore. Jeiunam⁹ ergo i dictis quattuor temporib⁹ anni: vt per ieiunia pserue mur a vicijs: ꝛ que delinquimus in illis purgentur.

¶ Rursus quoniā quodlibet tps tres habet mēses. ideo quater ieiunamus in anno tres dies: vnū diem ieiunantes p̄ mense vt sic satisfaciamus in die quod deliquimus in mense. Secundo etiaꝝ ideo ieiunam⁹ naꝝ primū ieiunium fit in martio. s. in prima septimana. xl. vt in nobis virtutuꝝ germina oriant: ꝛ in nobis marcescant vicia q̄ nequeunt omnino extingui. Secundum fit in estate in septimana pentecostes: quia tūc venit spiritus sanctus: ꝛ nos debemus esse feruētes in spiritu sancto. Tertium fit in septembri ante festum Michaelis quando fructus colligunt: ꝛ nos debemus deo reddere fructum bonoꝝ operū. Quartū fit in decēbri quando herbe moriunt: qz ꝛ nos mūdo mortificare debemus. Tertio ideo quia ver refertur ad puritiā. Estas adolescentiaꝝ. Autūnus ad muturitatem siue virilitatē. Hyems ad senectutem. Jeiunamus ergo in vere. vt simus pueri per innocentiaꝝ. In estate vt efficiamur iuuenes per cōstantiā. In autūno vt maturi per modestiam. In hyeme vt senes p̄ prudentiam ꝛ honestam vitam. Quarto ideo i quattuor anni temporibus ieiunamus vt deus nobis conseruet oia que ad humanum vsuꝝ in illis temporibus de terre nascuntur. Quīto ad significandū quattuor que fuerunt in illis quattuor temporibus. s. conceptio domini in vere: natiuitas in hyeme. cōceptio Joānis baptiste in autūno: ꝛ eius natiuitas in estate. Sexto secunduꝝ Hiero. ob diuersas plagas que illis temporibus acciderunt. In quibus aūt diebus ꝛ quare hec ieiunia fiant. in. viij. parte sub ti. de anno solari dicet. Hec ergo ieiunia vocantur quattuor temporuꝝ: quia in p̄missis quattuor anni temporibus fiunt. Vocantur etiā ieiunia triplicia: pro eo qz fiunt tribus diebus q̄bus boies ieiunant in septimana. Antiq̄ enim ieiunabant eisdē ferijs: ꝛ postea superaddita sūt ieiunia ista. Vocant etiam ieiunia p̄miciarū: qz cum in lege preceptū sit vt primicie ꝛ decime deo dentur placuit sanctis patrib⁹: vt dicit Augu. in li. de doctrina xp̄iana: soluere decimas ꝛ primicias tēporis vnde pro primicijs instituerūt ieiunia quattuor temporū: ꝛ inde dicta sunt ieiunia primiciarū: pro decimis vero instituerūt ieiuniū. xl. ¶ Sciendū aūt est ꝙ ieiunia vernalia primo instituta fuerūt in prima septimana martij. Estiuali in secunda iunij. Autūnalia in tertia septembris. Hyemalia in quarta decembris. Sed propter multa q̄ inde surgebāt incōmoda statuit Leo papa. lxxvj. di. hui⁹: vt hyemale fiat in tertia septimana aduent⁹. Vernale in prima septimana q̄dragesime. Estiuale in prima septimana post pentecosten. Autūnale vero fiat secūduꝝ veterem institutionem. Quare ieiunia instituta sūt in dictis mēsib⁹ ꝛ quare in eis fiūt ordinationes: vide in septima parte sub sabbato post dñicaꝝ. xvij. ꝛ in prohemio secūde partis. Caue tamen in computatiōe septimanarū mēsis septēbris: qz si ipse mensis inceperit in prima vel in secūda vel i tertia vel in quarta feria: illi dies computant pro prima septimana illius mensis: ꝛ in tertia ab illa ieiuniū fiet. Si vero mensis ipse inceperit in quinta vel in sexta vel in septima feria: tūc in sequenti dñica incipies computare primam septimanā: ꝛ in tertia post illam

ieiuniuꝫ fiet: ⁊ sic dies p̃cedentes nihil operant q̃ quã tuꝫ ad cõputationeꝫ septimanarũ. Verũtamen ſm p̃ mariã eccleſie inſtitutionẽ ieiunia veris dicunt p̃ma quia fiebant in p̃ima menſe. ſ. in ianuario qui apud romanos p̃imus menſis fuit. Jeiunie eſtatis dicunt quarta: qz fiebant in quarto menſe. ſ. in ieiunio. Jeiunia autũni ſeptima: quia fiunt in menſe ſeptimo. ſ. in ſeptembꝛi. Jeiunia hyemis decima: qz fiunt in decio menſe. ſ. in decembꝛi: vnde zacharie. viij. c. ieiuniuꝫ p̃mi ⁊ ieiunium quarti ⁊ ieiunium ſeptimi: ⁊ decimi. ſ. menſis erit domum iude in gaudiuꝫ. lxxvj. di. ieiuniuꝫ quarti. Sed cũ hec ieiunia recolãt quattuoꝛ ãni tẽpoꝛa: vt dictuꝫ eſt quare agunt in p̃imo menſe ⁊ i quarto ⁊ in ſeptimo ⁊ in decimo cum p̃incipia tempoꝛum non ſint in his menſibus. Reſpondeo hoc ieiuniũ tractum eſt de veteri lege. vnde agitur in illis menſibus noſtris ſecundũ numerũ menſiuꝫ illius tempoꝛis. Judei enim ſm lunationes ieiunabãt. ſ. in p̃ima i quarta in ſeptima ⁊ in decima: ⁊ hoc eſt quod legitur ieiunium p̃imi: ieiuniuꝫ quarti: ieiuniuꝫ ſeptimi: ⁊ ieiunium decimi: quia ſicut in p̃ima lunatione eſt p̃incipium anni illoꝛũ: ſic ⁊ martius eſt p̃incipiũ anni noſtri. Quod aũt ieiunia noſtra oꝛtũ habuerũt a veteri lege apparet ex hoc q̃ a ieiunio veris vſq; ad eſtiuale ſũt. xiiij. ebdomade: quia tot generatiões fuerunt ab Abraam vſq; ad Dauid. Item ab eſtiuali vſq; ad autũnale ſunt ſimiliter. xiiij. ſeptimane: qa tot generatiões fuerunt a Dauid vſq; ad Jeconiaꝫ. Item ab autũnali vſq; ad hyemale alic. xiiij. quia tot reges fuerunt a Jeconia vſq; ad xp̃m. computatis regibus illis quos Matthꝰ in ſuo euangelio p̃termiſit.

¶ De alijs ieiunijs Rubꝛica.

Quia de ieiunijs quattuoꝛ tempoꝛum mentio facta eſt. Conſequẽs eſt vt de alijs ieiunijs hic aliqua p̃ſtringamus. Eſt aũt ieiunium cõis omniũ membꝛoꝛuꝫ ſantiſſactio. vt. ſ. membꝛa ſatiſſaciant ſecundum peccatum quod cõmiſerunt vl̃ geſſerunt vt ſi gula peccauit ieiunet ⁊ ſufficit qz. n. ſola fuit in culpa: ſola ſit in pena. ſimiliter ſi oculus: vñ Jere. Oculus meus depꝛedatus eſt animam meam: ⁊ per feneſtras oculoꝛuꝫ meoꝛũ moꝛs intrauit i aiaꝫ. Et Augu. Oculo nihil eſt nequius: ⁊ ſic de alijs membꝛis. Vel ieiunium eſt par ſimonia victus ⁊ abſtinentia ciboꝛum. Aug. dicit Maximũ ⁊ pfectum ieiuniuꝫ eſt: abſtinere ab iniq̃tatibꝰ ⁊ a carnis voluptatibꝰ: ⁊ delectatiõibus huiꝰ ſeculi: vnde Pius papa. de cõ. di. v. nihil. ait nihil pꝛodeſt oꝛare ⁊ ieiunare niſi mẽs ab inigꝛate: ⁊ ab obtꝛactatiõibꝰ lingua cohibeatur: ⁊ dicitur ieiuniuꝫ a ieiunio quod eſt quoddaꝫ inteſtinũ in boĩe quod ſemper eſt vacuuꝫ ⁊ ſubtile: ſic ⁊ nos ieiunantes debemus eſſe vacui a ſuperfluis ⁊ a vitijs taꝫ in coꝛpoꝛe q̃m in mẽte. Auctoꝛitas ieiunij eſt ex tribꝰ: ex pſona: ⁊ ex loco: ⁊ ex tp̃e. Ex pſona qz p̃cepit ꝺ̃us Ade ⁊ Eue vt abſtineꝛẽt a fꝛuctu ligni ſcie boni ⁊ mali. Ex loco qz i paradiſo iſtitutũ fuit ⁊ initiũ habuit. xxxvj. di. vj. Ex tp̃e: qz ab antiquo p̃ceptuꝫ eſt celebꝛari: creatto nãq; hole in p̃mo mundi exoꝛdio dictũ fuit ei de ligno ſcie boni ⁊ mali ne comedas ⁊ qz fuit celebꝛatũ añ legẽ a Moyſe: ⁊ ſub lege ab Helia: ⁊ i tp̃e gratie a xp̃o. Moyſes cui nõ comedit neq; bibit. xl. diebus. Helias quoq; ambulauit. xl. diebus ⁊. xl. noctibus in foꝛtitudie ſub cimericij panis ⁊ chꝛiſtus. xl. diebuſ ⁊. xl. noctibus ieiunauit. Fuit etiã celebratũ in ſex etatibus. Nam in ea etate q̃ fuit ab Adaz vſq; ad Noe fuit abſtinẽtia carniũ ⁊ vini. xxx. di. ab exoꝛdio a Noe vero in poſteꝛũ fuit cõceſſuꝫ vinum ⁊ carnes: ⁊ ſic de ceteꝛis etatibus. Cõmendatur aũt ieiunium ex exemplis: quoniaꝫ Eua quãdiu ieiunauit ⁊ abſtinuit in paradiſo: ⁊ virgo permanſit. Adaz quia ieiunium violauit a delicijs paradiſi in ſũmam miſeꝛiam coꝛꝛuit. Helias qa ieiunauit in celũ curru igneo raptus eſt. Moyſes poſt ieiuniuꝫ cum deo locutꝰ eſt. Hieruſalem per ieiuniuꝫ liberatur a Senacherib tẽpoꝛe regis Ezechie. ⁊ Jſaie. Jona quoq; predicante pꝛeſtatur vẽia niniuitis: in ſacco ⁊ cinere ⁊ ieiunio pẽnitentiam agentibus. Jeiunamus etiã exemplo apoſtoloꝛũ vt dicetur ſub quarta feria penthe. ¶ Poꝛro ieiunium aliud coꝛpoꝛis eſt ⁊ carnis: aliud mẽtis: aliud auaritie: aliud faſtidientis: aliud diſpenſationis: aliud deuotionis: aliud votiue: aliud pꝛomiſſiõis: aliud ſuppletionis: aliud compaſſiõis: aliud inſpiꝛationis: aliud circunſpectionis: aliud rationabile: aliud irrationabile: aliud qualitatis: aliud quantitatis: aliud numeꝛi: aliud ſumme exactionis: aliud alternitatis: aliud zeꝛophagie: aliud meꝛoꝛis: aliud exultationis: aliud vanitatis ſiue hypocriſis: aliud vtutis ſiue charitatis: aliud indictionis: aliud neceſſitatis: aliud inſtitutionis: aliud voluntatis: aliud pꝛauatis. Sane ieiunium coꝛpoꝛis ⁊ carnis eſt: quando quis abſtinet a cibis ne nimis pinguẽſcat: vel vt ab infirmitate libeꝛetur: vel quia comedere non poteſt: ⁊ hoc nullius eſt meꝛiti. Jeiunium mentis eſt quando quis abſtinet a vicijs vel etiam a cibis ne ẽaro pinguẽſcat laſciuijs. Jeiunium auaritie: vt burſe pꝛcatur. Jeiuniuꝫ faſtidientis eſt quod fit vt appetat. Jeiunium diſpenſationis eſt quod celebꝛatur in vigilijs ſolẽniũ diẽrũ ⁊ magnaꝝ feſtiuitatum: vt natalis domini: que ideo dicũtur vigilie quoniã antiquitus in p̃cipuis feſtiuitatibꝰ duo nocturnalia agebãtur officia: ⁊ populus qui ad feſta venꝛat tota nocte in die laudibus in eccleſia vigilabat qõ adhuc romc ⁊ in pleriſq; locis in magnis feſtiuitatibus pꝛeſertim ſanctoꝛum patꝛonoꝛum eccleſiarum obſeꝛuatur. Sed quia luſoꝛes ⁊ cantoꝛes cõueniebant ⁊ turpibus cantilenis ⁊ ſaltationibus ⁊ cõmeſſationibus potationibus ⁊ foꝛnicationibus intẽdere ceperũt: pꝛopter hec ⁊ multa alia incõuenientia q̃ fiebãt: huiuſmodi vigilie ſũt interdicte: ⁊ inſtitutuꝫ vt loco earũ fiant ieiunia: q̃ ieiunia adhuc retinẽt nomẽ officij: nã cõiter vigilie ⁊ nõ ieiunia nũcupant. Sigs tñ ieiunaret ⁊ honeſte i eccliã vigilaret: vtiq; bñ faceret: put fit i natiuitate Joãnis baptiſte ꝓpter eius reuerẽtiã. Hec igit̃ iſtitutio dr diſpẽſatio: qz ieiunium ponitur loco vigiliaꝝ: de hoc dictum eſt in quinta parte ſub ti. de nocturnis. Jeiunium deuotiõis eſt ad quod quis neceſſario non tenetur quod inferius vo-

luntarium appellatur. Jeiuniuz votiue promissionis est: vt siquis vouet q circa die ieiunabit vl'a carnib⁹ abstinebit. ¶ Et nota q vota ex discretionis cōsensu comite ratione emissa deo reddenda sunt. Juxta illud Vouete t reddite deo vota vestra. Votoruz aūt aliud est necessitatis aliud spontanee volūtatis. Necessitatis est quod est fidei annexum: vt quod fit i baptismo: puta fidei catholice professio t sathane abrenunciatio t votum observationis decem preceptoruz legis: t cōtinentie quaz quis in susceptione sacri ordinis vouet: t talia vota quisqz inviolabiliter observar tenetur. Spontaneoruz vero votorū aliud est discretum aliud indiscretum. Indiscreta sunt vota puerox t puellarum dum sunt in parentū potestate. Vnde illis volentib⁹ irritari pñt. Si igitur puella infra nubiles annos vouerit castitatem perpetuā: licite nubere poterit: parentibus vel curatoribus illaz ad hoc cogētibus. Indiscretum est etiam votum mulieris in potestate viri existentis: vnde si illo inscio vouerit peregrinari vir votuz huiusmodi poterit revocare: quia ipa nō habet potestatē sui corpis sed vir. Indiscretio etiā attendit qñqz circa puectos t liberos: vt si fortes qs vouerit ad quod perficiendū sufficere negt vl' in quo natura ita debilitaret q possit fieri suiipsius homicida. vel quod sine licētia alterius complere nequit: vel quod nō ex liberatione sed iracundie calore emittit t talia potius sunt spernēda quam executiōe digna. Jeiunium suppletiōis est vt siquis vltra penitentiā si bi a sacerdote iniunctā aliqd suppleat de suo. Jeiunium passiōis est: vt si sacerdos alicui dicat: p hoc peccato fac cantare duas missas t ieiuna t ego pro te cātabo t tres dies ieiunabo: ppter hoc tñ non debet aliquid recipere qz sacerdos debet cōpati ꝓximo suo t orare pro eo: etiam ieiunare pōt dici compassio: vt siquis petit a sacerdote penitentiā patri suo inuincraz vt p patre peragat partē illius. Quattuor enim mōis fit huiusmōi cōpassio: qñqz per sacrificia: qñqz per ieiunia: qñqz per orationes: qñqz per elymosinarū elargitionē. Jeiuniū inspiratiōis est: vt in beato Nicholao q adhuc infans: t manēs in cunabulis tribus diebus in ebdomada a mamille matris sue abstinebat: vel vt alij dicūt: quarta feria t sexta: semel tantū suggebat mamillas. Jeiuniū circūspectionis est quādo per aliqua iminente tēpestate pro periculo bestiū: vl' pro casu cuiuslibet angustie ieiunamus. Jeiuniuz rationabile est qñ cibuz t potū moderate sumimus nec naturam debilitamus: vnde apostolus. Rationabile sit obsequiū vestrum: non in comessationibus t ebrietatibus. Irratiōabile est: siquis velit ieiunare p duos vel per tres dies vel per totam ebdomadā: quod nō approbat deus: vult enim homines sic ieiunare: vt cogatur vicijs mori non vt cogatur natura dissolui: vnde ꝓhibetur ieiunium quod quidam faciunt a cena domini vsqz ad pascha. Jeiuniū qualitalis est sigs voueat se vlterius non cōmesturuz carnes. Jeiuniū quātitatis est sigs comedat ad pōdus: vl' ad mēsurā: non plus vna die q altera: vl' sigs voueat se nō cōmesturuz nisi tāti pōderis panem. Jeiunium numeri est quando quis vouet q de cetero non comedet nisi vna vice in die: cogitans q comedere pluries in die beluarum est: t comedere bis hominum: semel angelorum. Jeiunium summe exactionis est in his qui non comedunt nisi olera: radices: t herbas: vt Joannes baptiste in deserto t Maria egyptiaca in heremo: que cū duobus panibus tantum iordanem transiens: austeram vitam in heremo. xlvij. annis egit. Jeiunium alternitatis est: vt cū quis vno die comedit t alio die ieiunat. Jeiunium zerophagie sicca comestio a coroſ quod est siccum t phagin quod est comedere: vñ Pristianus in zerophago bisantij. Sicca vero comestio est: vt in fructibus: pomis: piris: castaneis: t similib⁹. Quidā tamen siccā comestionē appellant lugumina siue cruda siue cocta: etiā si lixata comedāt cū cochlearī. Jeiunium merozis cōsistit in vno. s. in abstinētiā cibozū: t fit ꝓpter duo. s. ꝓpter corporalē abstinētiā t spiritualē spōsi: hoc representat ecclesia in tribus quatuor temporibus. Jeiuniū exultationis cōsistit i duobus. s. in abstinentia ciborum t mundanarum reruz: t fit ꝓpter vnū. s. ꝓpter interne dulcedinis pgustationem: iuxta illud. Gustate t videte. hoc representat ecclesia in vigilia t ebdomada post penthe. vtrūqz vere representat in tpe aduentus ꝓut ibi dictuz est. Est ergo duplex ieiuniū. s. tribulationis t gaudij siue meroris t exultationis: sicut habetur in glosa sup illo loco Matthei. ix. c. Nūquid possunt filij sponsi lugere q̄d u fuerit sponsus cum eis. Jeiunium vanitatis siue simulationis vel fictionis est in hypocritis. Jeiuniuz virtutis siue charitatis est in sanctis t perfectis. Jeiuniuz indictionis est vt in die beati Marci. Jeiuniuz necessitatis est in perfectis. Jeiuniuz institutionis est ieiunium. xl. t alia a sanctis patribus instituta: q̄ quare instituta fuerint iam dictum est. t dicetur sub ti. de capite ieiunoruz. ¶ Et nota q ieiuniuz indictionis necessitatis t institutiōis ad idem referunt. Jeiunia necessaria. s. per ecclesiaz instituta t indicta: sunt ieiunia quattuor tēporuz t vigiliarū apostolox: nativitatis dñi beati Jo. baptiste: omniū sanctox: assumptionis beate marie: beati laurentij: quadragesime t sexte ferie: ꝓter illas q̄ sunt inter pascha penthe. t ꝓterq̄ si nativitatē dñi i ea venire ꝓtingat nisi tūc aliqui voto vel religioni sint astricti. Sicūt tamē quidā q ieiuniū sexte ferie nō est necessitatis: nisi q̄ ad carnes: alio quin nō liceret cisterciensibus illud mutare. Sed ſm Leonē pa. licet nō sit necessitatis sabbato a carnibus abstinere rationabilis tñ consuetudo t canon Jnno. aliter interptat eo q in illo triduo post passionez dñi tota fides in sola beata virgine Maria remāsit. Generalia quoqz t specialia ieiunia per episcopos in synodo t concilijs instituta solui non debent. Siquidē ad necessaria ieiunia tenentur dolicapaces: cū t ipse delinquere possint dispensari: tamē potest circa hoc cuz impuberibus t etiā cum constitutis in maiori etate: t cum senibus t infermis ac debilibus. Mulieres vero licet ꝓpter virox ꝓhibitionē ieiunia votiua voluntaria dimittere debeant: prout supra dictū est. Jndicta tamē per ecclesiaz nō licet: t in illis sacerdos forte ꝓpter scandalum cuz eis valeat dispensare. Aliter enim indicta ieiunia redimi pecunia: vel alio modo ne

gunt nisi casualis necessitas subsit. tūc enī bñ possunt redimi vel cōmutari: sicut ꝛ ieiuniuꝫ festi qđ est die lune fit in sabbato. Vñ ꝛ in qbusdā locis in qbus sunt ecclesie sancti Quitini nō ieiunaꝝ: in vigilia oīum sanctoꝝ: sꝫ die tertia p̄cedēti. De hoc dictū est i ꝓhemio secūde ꝑtis: Posset etiā statui vt quidā dicūt vt in dictis ieiunijs bis: paruꝫ tñ comederet: sicut faciunt cisterciēn. operātes q ad tollendū scandalū ꝛ charitatē seruandā aliquid prestāt nec ꝓpter hoc ieiuniuꝫ per ecclesiaꝫ indictum soluere dicunt. Uolūtaria vero. s. ad q̄ aliqui voto vl̄ ꝓposito se astringunt: vel etiā que sacerdotes p̄ter indicta propter peccata imponunt licet cōmutare ꝛ redimere: etiam si nulla causa subsit dūmodo vtilioꝝ sit compensatio. Ceterum comedere ante horam comedendi: ꝛ ante missaꝫ in ieiunijs statutis ꝛ necessarijs: mortale peccatum esse sacri canones affirmant: in voluntarijs vero veniale. Circa vigilias apostolorum notandum est q̄ ieiunium paritatis: quando videlicet paria sanctorum merita pariter ieiunamus: sicut patet in vigilijs beatorum Jacobi ꝛ Bartholomei ꝛ aliorum apostolorum: q̄ non habent ieiunia institutionis in quibus ieiunamus p̄o eo q̄ fuerunt apostoli. quoniā alij apostoli vigilias habēt. Cum enim sint meritis pares: decet vt omnes habeant ieiunia. vnde conci. bracarēn. dicit. Quod omniū apostolorum vigilie sunt ieiunande p̄ter vigilias apostolorum Philippi ꝛ Jacobi ꝛ Joannis euangeliste. Ecclesia tamen gallicana nō tenet nisi de sex apostolis: ꝛ de quattuoꝝ eorum ieiunijs. Petrus ꝛ Paul⁹ habent pariter vnum: quia eadem die passi sunt. Simon ꝛ Judas habent aliud. Matheus habet tertium. Andreas quartum. In vigilia istorum ieiunādū est: vt sicut illi passi sunt p̄o christi nomine. sic ꝛ nos cum eis compatiamur: si cum eis regnare velimus.

De alijs vero apostolis institutum nō est p̄opter aliqua impedimenta. Ecce enim festum Philippi ꝛ Jacobi est inter paschа ꝛ penthecosten quod tēpus gaudij est ꝛ leticie: ideoq; tunc non est ieiunium. Si opponitur de ieiunijs letaniarum. Respondetur q̄ necessitas interuenit: prout ibi dicetur. vel id non est ieiunium necessitatis sed voluntatis. ꝛ de eo q̄ quidaꝫ ꝓpter expectationeꝫ spiritus sancti ieiunant ab ascēsione vsq; ad penthecosten. p̄o eo q̄ apostoli dicuntur hoc tempore ieiunasse. Respondetur q̄ nulla scriptura autentica dicit apostolos tūc ieiunasse. Unde tunc ieiunandum nō est: quia tempus illud est de tempore paschali. In vigilia tamē penthecosten bene ieiunandū est: vt per ieiuniuꝫ mundari ꝛ purificati: spiritū sanctū digne suscipere mereamur. Jtez Jacob⁹ zebedei frater Joānis euāgeliste occisus est ab herode in diebus azimoꝝ quare ieiuniū nō habet: nec ēt tūc de illo festū celebraꝫ: prout i septima parte sub ipsius festo dicēt. De beato Bartholomeo cuius festū celebraꝫ nona kalēdas septēbris: dicit q̄ fuit excoriatus ꝛ sequenti die obijt: ꝛ sic si haberet vigiliā oportet q̄ esset tertia die ante: q̄ esset cōtra normam aliorum festiuoꝝ ieiunioꝝ. Quidam aūt celebrant festum excoriationis. alij obitus ꝛ melius. Sed sicut in cōcilio. bracarēn. cauet. In hoc cōsuetudo cuiuslibet ecclesie est obseruanda Barnabas autem non habet ieiunium: quia nō est de numero. xij. apostoloꝝ nec dicitur apostolus nisi quia cuꝫ esset socius Pauli missus autē fuit ad predicanduꝫ: vnde segregate mihi Barnabā ꝛ Pauluꝫ. De beato quoq; Thoma nō est ieiunium statutum: quia eius festum est in aduētu dñi vbi cōtinuū est ieiunium. Matthias etiam ieiunium institutiōis nō habet: quia frequenter festum illius solet contingere in. xl. ꝛ semper est in. lxx. ꝛ tūc ē tempus ieiunij vel quia nō fuit in primitiuis apostolis: sed post passionē dñi sorte est electus ꝛ per electionem aliorum loco. Jude constitutus vnde ꝓpheta. Et epi̇scopatum eius accipiet alter. Decretalis tamē dicit q̄ hic habet vigiliam ꝛ ieiunium: nec est vis siue istud festum fiat in prima die bisextili siue in secunda prout in. viij. parte sub anno solari dicetur. Joannes euangelista festum habet tertia die post natale domini: ꝛ tunc nō est ieiuniuꝫ: tum ꝓpter festa tunc occurrentia: tuꝫ quia ipse die illa non obijt: imo in die festi beati. Joānis baptiste. Si tamen fieri posset bonum esset in oībus apostoloꝝ vigilijs ieiunare. Beatus laurētius solus inter martyres: ꝛ solus beatus Martinus inter cōfessores ieiunium habent. Porro dicūt quidam q̄ non soluit ieiunium: licet peccet qui in ieiunijs indictis p̄ter q̄ in. xl. comedit caseū ꝛ ouа. Alij contradicunt ex causa tñ in aliquibus locis hoc posset concedi. iiij. di. deinde. De ieiuno itaq; . xl. Grego. ita dicit par autem est: vt qui bis diebus a carne animalium abstinemus: ab omnibus quoq; q̄ sementinam trahunt originez carnis ieiunemus a lacte videlicet caseo ꝛ ouis. Quidam autem heretici dicunt q̄ christiani nunq̄ deberent carnes caseuꝫ ꝛ ouа comedere: quia vt dicūt hoc nō legitur in nouo testamento imo apostoli iudicauerūt abstinere ab immolatis simulachoꝝ ꝛ sanguine ꝛ suffocato. Et apostolus. Si esca scandalizauerit. f. m. non. m. c. in eter. Et alibi Bonuꝫ est nō manducare carnem neq; bibere. vinuꝫ ꝛc. Non legit etiā vt dicunt q̄ xp̄s ex aliqua natura eorum que mouent discipulis ad manducandum daret nec etiā ante se manducare sineret p̄ter pisces: nec ex fructu alicuius creature q̄ moueat se: excepto fructu apū. Electuarijs vero nō aliter vti licet: nisi sicut alio cibo delicato: secus est in medicina curatiua: p̄seruatiuaꝫ tamen vbi nullum est signum instantis infirmitatis recipere non licet. Quidam tñ dicunt q̄ p̄o nulla medicina: nec etiam p̄o electuarijs ieiuniū soluitur: nec etiā p̄o potu ante cibuꝫ vel post. Sic enim videt inductuꝫ ex cōsuetudine ecclesie ieiunantis: ꝛ hoc tollerantis. Senescalci autem vel quilibet alij seruitores: vel portantes encenia non soluunt ieiunium si p̄gustant cibos ante dominos forte de toxico dubitantes. Quibus etiam casibus monachi abbatib⁹ seruientes: ꝛ alij seniores possunt carnes p̄gustare. Idemq; etiam de medicis p̄gustantibus medicias Tempore ieiunioꝝ p̄cioſe vestes deponuntur ꝛ humiles assumuntur: ꝛ carnes tam solide q̄ liquide dimittuntur. Sed cum pisces sint caro: quare hoc tēpore comeduntur. Responsio: deus non maledixit aquis: quoniam per aquaꝫ baptismi futura erit remis

sio peccatorum: hoc enim elementum dignissimum est quod sordes abluit & super quod spiritus domini aīa mundi constitutionem ferebatur. Terre vero maledixit in operibus hominis: inde est q̄ omne genus carnis quod in terra versatur tam quadrupedia quam aues in ieiunijs non licet comedere. Et licet quedam aues circa mare: versentur: & in aquis: & quedam in eis vel ex eisdem nascantur: magis tamen ad naturā terre a qua nutrimentum percipiunt quo ad hoc pertinere dicuntur. Adhuc cum quidam pisces sint habentes ex vna parte formam quadrupedis animalis & ex altera piscis vt biuerus i ieiunijs possūt comedi ex parte qua piscis videtur: ex alia vero minime. Adhuc piscium vsus secundum Grego. ita christiano relinquitur: vt hoc ei infirmitatis solatium nō luxurie pariat incendium. Beniq̄ qui a carne abstinet nequa-q̄ sumptuosiora marinarum beluarum conuiuia p̄parat. Vinum quoq̄ in ieiunio sic bibere permittit vt ebrietatem omnino fugiamus. Unde in penitētionali romano statutum est vt penitens paruis piscibus & mediocri cerusia temperate vtatur: extra de homici. c. ij. Postremo notandum est q̄ sicut ait Grego. in omelia illius euangelij. Homo quidaz diues fecit cenaz magnam refectio corporis in diebus ieiunioz postq̄ nulla alia parat. nō prandiū sed cena vocatur.

¶ De officio quarte ferie. ¶ Rubrica.

Nunc ad huius dei officium redeamus. Siquidez in hac q̄r a feria examinantur ordinādi: an sint donei ad suscipiendos ordines vel nō quoniam in quarta etate leuite a David & a Salomone ad templi ministeria distributi sūt & inde est: q̄ due lectiones leguntur ad missam: quarum prima que legitur sub tono nocturnali. s. declinate significat vetus testamentuz: & secunda que legitur sub communi tono. s. accedente significat nouū testa. ad significandum ordinandos in vtroq̄ testamento debere esse instructos. Mouendi enim sunt qui ad ordinem sacram conscendunt: vt habeant notitiam legis & prophetaruz quibus possint alios erudire. Prima lectio est Erit in nouissimis Isa. ij. ca. Secunda est Locutus est dominus. Isa. vij. capitu. Sed & lex & prophete in quarta mundi etate viguerunt. Doctrinam ieiuniorum habemus a veteri testa. vt premissū est. Semel genua flectuntur: quia tam in lege quam i prophetis: deus vnus coli precipitur. Quotiens aūt in quarta feria due lectiones leguntur totiens i āno in proximo sabbato possunt generaliter ordines celebrari q̄ sexies contingit: videlicet ter i. xl. & ter extra. xl. de quo dictum est in prohemio secunde partis. In sextis vero feriis ieiuniorum quattuor temporū: vna duntaxat lectio ad missam legitur: quia lex & prophete q̄ fuerunt in quarta etate in quo euangelio in sexta etate recapitulātur. Sane huius quarte ferie euāgelium est. Missus est &c. quod est Luce. j. c. i quo paranimphi recitatur annunciatio virginis consensus & domini incarnatio: que prophetici tubis fuerat ante declarata. Unde precinit prophetа introitum. Rorate celi desuper: & nubes pluant iustum. Isa. xlv. c. Rorate celi dicit & plure: quia descendit verbum in aulam credule virginis sicut pluuia in vellus. Celos dixit & nubes angelos & prophetas qui enarrant gloriā dei. In prophetica lectione. Erit in nouissimis diebꝰ quod est Isa. secundo capi. agitur de monte domini qui de paruo lapide creuit in montem qui regnabit i domo Jacob in eternum. vnde recte subditur in graduali. Tollite portas principes vestras: & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie: Et quis ascendit in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius. In epistolari lectione. Locutus est dominus ad achas &c. que est Isa. vij. capi. māifeste agitur de beata virgine Maria cui rite succinitur graduale. Prope est dominus & ne qua surrepat dubitatio. subditur in offertorio. Confortamini. Alie tamē ecclesie dicūt Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui quod sumitur ex dicto euangelio. Communio est. Ecce virgo concipiet & pariet filium: & vocabitur nomē. eius emanuel. Isa. vij. ca. In matutinali vero officio in quibusdaz ecclesijs psalmodia finita. dyaconus & subdyaconus & accoliti i albis cū candelabris & thuribulo processionaliter iussu prelati ad pulpitum p̄gūt vbi dyaconus pronunciat euangeliuz. Missus ē angelus gabriel a deo. & eius omeliam. deinde incēsat altare. & postea ipse & subdyaconus sedent donec vnus accolitus accensauerit chorum: quod quidez fit ob reuerentiam dominice annunciationis que in ipso euāgelio continetur. Nempe prelatus illos mittit ad notandum q̄ deus pater prophetas premisit ad prenunciandum domini incarnationem futuram. & Gabriel angelum misit ad annunciandum eam virgini Marie. Dyaconus euangelium pronuncians est angelus annuncians virgini q̄ conciperet. Altaris thurificatio est spiritus sācti ipli virgini obumbratio. ministrorum quies siue sessio est ipsius virginis timor & cogitatio qualis esset angeli salutatio. Chori vero thurificatio est patruz illius temporis de filij dei incarnatione diu desiderata exultantium gratiarum actio & congratulatio.

¶ De sexta feria. ¶ Rubrica.

In sexta feria vna tāmuz lectio ad missam legitur: quia actor noui & veteris testamenti de quibus premissum ē. vnus solus deus ē: & quia ex vtroq̄ testamento vnum euangelium factum est. Et est epistolaris lectio. Egredietur virga de radice iesse. que est Isa. xj. capit. & manifeste de aduentu & de beata virgine Maria intelligitur: que cum esset immaculata: virgo prope fuit Ideoq̄ introitū ecclesie p̄cinit. Prope esto mihi domine: & in versu. Beati immaculati in via: quia ambulant in lege domini: & ad idez pertinet

euangelium Exurgens Maria. quod est Luc. j. ca. Graduale. Ostende nobis misericordiam tuam: ℣ offerenda. Deus tu: vel secundū alios. Audi israel. Primum respiciunt aduentum quem quia celi enarrauerunt. i. apostoli predicauerunt in secundo aduentu cū domio iudicaturi. Iccireo est hodierna statio ad sāctos apostolos: de quibus habetur in cantico virginis: de quo fit mentio in premisso euangelio vbi dicitur. Deposuit potentes de sede ℣ exaltauit humiles. i. superbos scribas ℣ phariseos ℣ exultauit humiles. i. apostolos: ℣ in communione. Ecce dominus veniet. zacharie vlti. capi.

℣ De sabbato. ℣ Rubrica.

IN die sabbati dicunt quattuor lectiones de veteri testamento ante lectionem illam. Angelus domini: que sumuntur de lege ℣ prophetis ℣ in quibusdam ecclesijs prima est. Clamabunt que est Isa. xix. c. secunda est Letabitur. que est eiusdem. xxxv. c. tertia est Super montem: que est eiusdem. xl. ca. quarta est. Christo meo que est eiusdem. xlv. cap. Ideo autem sunt quattuor quia quattuor sunt ordines benedicentium deum videlicet: prelati: clerici: religiosi: ℣ laici: siue populus quos psalmista enumerat dicens. Domus israel benedicite dominum: per hoc populus. Domus aaron benedicite dominum: per hoc prelati. Domus leui benedicite dominum per hoc ministri: qui timentis dominum benedicite dominum: per hoc religiosi intelliguntur. Prima ergo lectio pertinet ad populum: secūda ad prelatos: tertia ad ministros: quarta ad omnes religiosos. In his enīz lectionibus informantur ordinandi vt ad exempla sanctorum patrum dictorum quattuor ordinum cum eis benedicant dominum siue vt benedictio illorum veniat super eos. Vel ideo quattuor legūtur: quia ieiunans debet habere quattuor cardines virtutes. s. temperātiam: quia ipsum ieiunium temperantia est: prudētiā. vnde apostolus. Rationabile sit obsequium vestrum: fortitudinem. vnde prouerbi vlti. De muliere forti. i. de ecclesia. Accinxit fortitudīe lumbos suos: q̄ oportet nos multum laborare ad hoc vt caro nostra munda sit quod cum magna fit pugna: quia va de corrupta est: ℣ spinas ℣ tribulos germinat: ℣ ideo cum magna attritione venit ad candorem: sicut ℣ bissus ℣ ad iusticiam: vnde Isa. Et erit iusticia cingulum lūborū eius ℣ fides cinctorium renum eius: de christo loquīt in membris: quando enīz fit iusticia in terra recedūt latrones similiter quādo iusticia fit in nobis recedūt praui motus ℣ non superant: licet in nobis habitent. Si vero non fiat iusticia nō recedunt vnde Isa. Cū non facimus iusticiam non recesserunt habitatores terre: vbi est iusticia ibi pax. Fides autem est cinctorium renuz eius: quia vt dicit Grego. Despectus terrenorum restringit fructus carnalium voluptatum. vnde si ieiunas a cibis corporis oportet vt ieiunes a cibis demonis: ℣ comedas cibos mentis: q̄ autez sic ieiunāt nō nocebit eis ignis tribulatōis nec ignis mūdanus: sicut nec tribus pueris nocuit ignis fornacis babilonis: ℣ ideo sequitur lectio Danielis. iiij. c. Angelus domini. Precedit autem ipsa lectio ordinationem clericorum: ad notanduz q̄ nemo rite potest ad consecrationem accedere nisi prius transeat per fornacem atq; in fornace deum benedicat. Juxta illud sapientie. Vasa figuli probat fornax: ℣ boies iustos tentatio tribulationis. quia qui ad sacrum accedunt ministerium probandi sunt in camino multarum tribulationū ℣ tentationuz. Juxta illud apostoli ℣ bi p̄bentur primo: ℣ sic ministrēt. Propter ordinādos enī legitur ad significandū q̄ sic viuere debent: vt nō noceat eis aliquis ignis regis babilonis. i. dyaboli: sicut ignis tribus pueris non nocuit. Et sequuntur benedictiones. s. hymnus Benedictus es domie ℟. q̄ post probationem coronantur: ℣ a domino benedicentur ℣ in fine iubilj cit̄ vsus Gloria p̄ri ℣ filio ℟. in laudē ℣ in honorem trinitatis: quod nō fit post psal. Benedicite: tum quia ibi in vltimo versu fit mentio de patre ℣ filio ℣ spiritui sancto: tum quia ibi in facto trium puerorum tota trinitas fuit de honesta ℣ a hic vero versus p̄cedentes ad solius patris pertinent laudes ℣ in ordinandis trinitas honoratur. Choro autem licz sedere dum lectio ipsa dicitur sed nō in cātu. Aliud enī significat ipsa lectio in legendo: aliud in cantādo: vñ nunc stare debet epūs ℣ clerus: quoniā nō debemus quiescere: q̄ scimus pueros illos p̄ deo laborasse. Dicunt autē in sabbatis ieiuniorum. vij. lectiones euangelio cōnumerato: eo q̄ septem sunt ordines: ℣ quidam dicunt. xij. p̄o eo q̄ antiquitus rome: ℣ adhuc i constantinopoli fieri dicitur: legebatur grece ℣ latine ℣ legebantur. xij. lectiones per. xij. lectores quorū sex erant greci ℣ sex latini. Erant tamen solūmodo sex i sententijs: quoniam ille sex sine euāgelio que legebātur latine legebantur ℣ grece: sicut si diximus Amē ℣ postea dixerimus vere: non ideo due res erunt. Jō autem legebantur dupliciter quia Rome erant greci quibus latina lingua incognita erat. Erant etiam latini permixti quibus greca incognita erat vel hoc fiebat ad notandum vtriusq̄ populi vnionem. Ceteruz ad orationem que dicitur post lectionez. Angelus domini. s. deus: quibus pueris ℟. non flectit ecclesia genua: licet in orationibus aliarum lectionum ante flecteret preterq̄ in octauis pentecostes ad ostendēduz q̄ ecclesia conformis est tribus pueris. Fecit etiam nabuchodonosor statuam: ℣ cogebat omnes adorare eam sed tres pueri cum Daniele noluerunt genua flectere ante statuam tales debent esse ordinandi q̄ ante statuam idest ante mundi gloriam genua non flectant. Quare clerici ordinentur: ℣ quare in sabbato: dictum est in prohemio secunde partis Quidam conferunt sacros ordines inter lectionem angelus ℣ epistolam Pauli: vt post ordinationem proponant ordinatis epistolā ℣ euangelium ad instar boni pastoris siue patris: q̄ mittēs filiū monet eū qd ℣ qualiter acturus sit. Ordinati enī p̄ capellas mitrēdi per epistolaz monent: vt alios corripiētes bñdictiōez quā acceptū custodiāt p̄ euāgeliū vō dī eis. Cūtes docere omnes

gentes. Nonnulli etiam subdiaconatu ante epistolam ratione premissa prestito continue post eam dyaconatum ⁊ sacerdotium prebent: quibus prestitis in vocem letabundam crumpunt dicentes: Benedict⁹ es domine: eo ꝙ hi presertim ordines inuitantur ad laudes ⁊ prestantur citra euangelium: qz Moyses ⁊ Aaron leuitas in tabernaculi ministerium ordinauerunt. ⁊ christus. lxxij. ordinatos ad predicandum misit. Debet autem legi epistola. s. Rogamus ⁊c. que est ij. ad Thessal. ij. c. ab aliquo de ordinatis die ipsa: qz eꝰ debet prius ordinatos ⁊monere ⁊ postea ad maiorem ⁊monitionem epistolaz illis tradere. Preterea ordinatus doctrinam sibi in ordinatione traditā per hoc se reducere in opus ostendit: propter cādem etiā rationem vnus de nouiter ordinatis legit tunc euangelium anno. xv. quod est Luc. iij. c. Post epistolam etiam cantatur tractus: qui significat grauitatez: quā sacratus seu ordinatus seruare debet ne in superbiā elatus in laqueos ⁊cidat diaboli. Cōmunio est Exulta satis: que est zacharie nono capitulo.

¶ De dñica qrta aduentus domini. Rubrica.

DE quarta dominica aduentus primum rñsorium in nocturnis est. Canite tuba: qō sumptum est de Jobele. Antiquitus enim iudei cancbant tubis ad inuitandum homines ad nuptias ⁊ ad solennitatez ⁊ ad mouendum castra. Unde nunc precipit dominus prelatis vt cantent tubis inuitantes gentes ad nuptias noui regis: quarum dies instat scilicet dies natalis domini in qua xp̄s desponsauit sibi humanam naturā ꝑm quod dicitur in psalmo. Et ipse tanq̄ sponsus ꝓcedens ō thalamo suo. Canite igitur: quia prope sūt nuptie: ⁊ propter premissam causam cantores hac septimana altius solito vocem suam exaltant in respōsoriis ⁊ in introitibus: vt si prius sopore negligentie oppressi lectionibus excitari nolumus: saltem vocisferationibus ⁊ tumultu cantuum excitemur. Si quidē in septem annis ante annum iubileuz precepit dominus canere tubis pro ipsius anni instantis leticia. In hac autem hystoria huius dominice partiz ex prophetis partim ex euangelio compilata communia vtriusq̄ decantatur aduentus: ⁊ presertim vocatio gentiuz declaratur per christi aduentum vbi in persona apostolorum vel doctorum dicitur. Canite tuba ⁊ vocate gentes. Sane gentilitas videns calciatam fore diuinitatem in vtero virginali clamat ad eam in introitu dicens ꝑm quasdam ecclesias. Memento nostri domine in beneplacito. p. t. hoc est in filio in quo bene complacuisti ex milibus populi: qui fuit tuus ab initio mundi. Et ideo congratulatur alteri in epistola: dicens ꝑm quasdaz ecclesias Gaudete. que est ad phi lippenses. iiij. Sed iuxta considerationem vteri virginalis cantat in graduali: dominum prope esse: ⁊ celerem eius aduentum. In allelui a vero. Veni domine in offerenda. Confortamini. ⁊ in cōmunione. Ecce virgo deserat: ⁊ consolatur ⁊ causam concludit consolationis. ¶ Porro ad ostendendum desideriū antiquorum patrum in fine aduentus cātanť septem antiphone: vnaqueq̄ ꝑm ordinem suum sua die vsq̄ ad natale que incipiunt ab o. Prima est O sapientia ⁊c̄. Sunt autem septem: quia diriguntur ad xp̄m in quo requieuit spiritus sapientie ⁊ intellectus: spiritus consilij ⁊ fortitudinis ⁊c̄. per que septem dona sue incarnationis nobis gratiam ministrauit: prout in ipsis septem antiphonis apparet. Sunt etiam septem que cantantur in designatione antiquorum patrum: qui septenario seruientes aduentum domini expectabant. Unde in omnibus dicitur veni: vel septē sūt propter septem dona spiritus sancti: que xp̄s veniens largitus est mundo: ⁊ per que expectantes illuminati sunt: ⁊ sunt omnes secundi toni. Primo quia quelibet loquitur de vtroq̄ aduentu. Secundo quia signant nobis geminam dilectionem scilicet dei ⁊ proximi. Tertio propter geminam xp̄i ad quem dirigun tur naturam. vnde gemine gygas substantie. Quarto quia ipse antipbone notant desiderium antiquorum patrum expectantium primū saluatoris aduentum q̄ modernorū expectantium ꝑm. Omnes ergo sunt secundi toni in signum q̄ secundum expectan⁹ aduentum. ¶ Et aduerte quia ille que habent i principio verba pertinentia ad diuinitatē: ptinent ad eos qui spectant primū. Ut o sapientia ⁊ o adonay. Adonay autez interpretať dñs: quia dominať cuncte creature: vel quia omnis creatura dominatoz eius seruit. Ille vero que habēt verba ptinētia ad humanitatem pertinent ad expectantes secundum. Ut o radix iesse ⁊ o clauis dauid. Sunt etiam quedam que vtriq; cōueniunt: vt o rex gentium. Nam dei filius dicitur rex ꝑm diuinitatem. Juxta illud. Deus iudicium tuum regi da ⁊c̄. ⁊ etiam ꝑm humanitatem. Juxta illud. Domine in virtute tua letabitur rex ⁊c̄. Sepius tamē ꝑm humanitatem rex dicīť: quia ꝑm eam est vnctus oleo leticie pre participibus suis. ¶ Rursus ecclesia i bis septem antiphonis ostendit multiplicitatē morbi: sui ⁊ ad quālibet petit remedium sui morbi. Nā ante dei filij aduentum in carne eramus ignorantes siue ceci penis eternis addicti: serui diaboli: mala peccati consuetudine iuncti tenebris obuoluti: exules a patria ⁊ expulsi. Jdeoq̄ indigebamus doctore: redemptore: liberatore: eductore: illuminatore: saluatore: quia igitur ignorantes eramus: ideo ab ipso doceri indigebamus. Unde in prima antiphona clamamus. O sapiētia que ex ore ⁊c̄. ecclesiastici. xxiiij. ⁊ Sapientie. viij. ⁊ Jsa. xl. ca. Quia vero paruz ꝓ desset si doceremur ⁊ non redimeremur. ideo in secunda ab ipso redimi postulam⁹. O adonay ⁊c̄. Exo. vj. ⁊. xiij. ⁊. iij. ⁊. xix. ⁊. xx. ca. Sed quia nil prodesset si essemus docti ⁊ redempti. ⁊ adhuc post redemptionem teneremur captiui: ideo in tertia petimus liberari. O radix iesse ⁊c̄. Jsa. xl. ⁊. lij. ⁊ lx. ca. Sed quid prodesset captiuis si essent redempti ⁊ liberati: si tamen nondum essent ab omni vinculo absoluti: vt scilicet sub peccato essent: ⁊ vincti libere quo vellent ire non possent ⁊ ideo in quarta ab omnibus peccati vinculis educi petimus. O clauis dauid ⁊c̄. Apoca. iij. ⁊ Jsa. xlij. ⁊

Luc.i.c. Preterea quia hi qui diu fuerunt in carcere oculos habent obtenebrantes nec clare videre possent. ideo post absolutionem a carcere: restat nos illuminari vt videamus quo ire debeamus. ⁊ ideo in gnta hoc petimus. O oriens splendor ꝛc: zach. vj. Sap. vij. ⁊ Malach. vlt. ⁊ Luc. i. ca. Sed si essemus docti ⁊ ab inimicis penitus liberati ⁊ illuminati: quid valeret nisi deberemus ad regnum perduci ⁊ ibidem salvari. ⁊ ideo in duabus sequentibus petimus saluari O rex gentium ꝛc. ⁊ Aggei. ij. ⁊. i. Petri. ij. ⁊ Eph. ij.. Heñ. ij. ca. In qua petimus salutem gentiū. Et o emanuel ꝛc. Isa. vij. Math. i. ⁊ Isa. xxxiij. ⁊ Heñ. penul. ca. In qua petimus salutem iudeorum. In quibusdā vero ecclesijs adduntur alie due. Prima in honorem beate virginis Marie que concepit secūda pro angelo: qui ad virginem introiuit. vel in honorem sancti. Thome: cuius festum tunc accidit. Due quidem adduntur vt perficiatur nouenarius numerus ad designandum: quia per septem dona spiritus sancti perueniemus ad nouem ordines angelorum: quorum q̄libet desiderabat christi nativitatez: vt impleretur numerus ipsorum qui de celo ceciderunt. ¶ Quedam etiam ecclesie cantant duodecim que exprimunt duodecim prophetas qui xp̄i aduentuz predixerunt. que etiam duodecim apostolorum testimonia roborauerunt. ex quo duodecim tribus: ⁊ duodeciz milia signati saluantur: sed non sunt nisi septem habentes venīā Omnes autem incipiunt per o quod potius admirative ponitur q̄ vocative. Cantatur in vesperis: quia dominus venit in vespera mundi. Hic est Helias qui sero carne ⁊ in mane pane vescitur dominus scilicet noster qui in vltima etate mundi carnem assumpsit: ⁊ diluculo resurgens in panem angelorum transiuit. ¶ Et nota q̄ hec ebdomada proxima natiuitati p̄ paratio merito nuncupatur ⁊ ea historia. Clama in fortitudine cantatur: que non ut quidaz simplices autumant ad quattuor tempora: sed ad domini pertinet proximam natiuitatem. Unde cum sex matutinalibus laudibus decantatur: quoniam quelibet illius feria proprias habet ad laudes antiphonas: q̄ per sex etates antiqui se ante aduentum preparauerūt: ⁊ nos per sex opera misericordie ad secundum etiā preparemur. Ueruntamen feriales antiphonas que in illa feria in qua occurrit festum sancti Thome scripte sunt octaua die antea quidam canere consueuerunt Decet enim ante natiuitatem domini cantus omnes antiphonas ⁊ fere omnia responsoria renouari: q̄ sicut per plures ⁊ frequentiores nuncios magis ac magis mouetur animus subditi ad sollicitudinem honorifice suscipiendi prelatum sic ⁊ reuocatione cantus magis ⁊ magis mouemur ad curam nostre preparationis in susceptione domini ⁊ vt per quotidianam renouationem cantus excitemur frequentius ad turpes ⁊ terrenas cogitationes purgandas: vt sit dignū habitaculum ⁊ ornatu venturo regi regum pijs cogitationibus preparemus. Potest tamen ⁊ totus aduētus preparatio nuncupari. vnde in principio legitur abijciamus opera tenebrarum. ⁊ induamur arma lucis ꝛc. que omnia sunt preparationes insignia. Intitulatur autem in antiquis libris dominica ista. Dominica vacat. Primo quia ostendit q̄ omnis sanctus vacat ex quo Jo. quo inter natos mulierum non surrexit maior: non est dignus soluere corrigiam calciamenti: sicut dicitur in euangelio huius dominice. i. in carnationis mysteria denudare: ⁊ propter hoc dominus papa non facit stationem apud aliquem sanctū. Secundo dicitur vacans: quia non habet proprium officium sed mutuat alienuz scz Rorate celi ꝛc. ⁊ hoc propter ordines precedentis diei in quibus fuit apostolicus occupatus. Sepe enim in decembri consueuerunt ordines ab apostolicis celebrari. Tertio quia numerum dierum aduentus excedit. s. xxj. quare iter dñicas aduentus nō debuit cōputari: sz vacans potiꝰ appellari. Quarto quia apostolicus olim hac die dñica elemosynis vacabat: ⁊ tā ipse q̄ sui circa hoc intēti nullam stationem faciebāt: propter q̄ dicta est vacās. a statione ⁊ idulgentia. Quedā ecclesie dicūt in hac dominica euangelium Miserunt iudei: quod ē Joh. i. ca. ⁊ epistolam Gaudete: que est ad philippen. iij. c. Alie vero dicunt epistolā. Sic nos existimet: q̄ est ad Corinth. iiij. ca.

¶ De vigilia natiuitatis domini. Rubrica.

In vigilia nativitatis domini est invitatorium Hodie scitis quia. v. d. ⁊. m. v. g. e. quod ē trāssumptum de Exo. xvj. c. Ex eo quod ibi dicitur vespere scietis: quia eduxit vos dominus de terra egypti ⁊ mane. v. g. e. ⁊ potest dici q̄ hec breuis clausula ex vna parte ad natiuitatem. ex alia pertinet ad resurrectionem: sic hodie scilicet in vita presenti scietis quia veniet dominꝰ. i. panis viuus qui ō celo descendit. ⁊ ma. vi. gloriam eius id est resurrectōnis gloriam non solum humanam: sed etiam gloriaz diuinitatis eius. Sane in hac vigilia ecclesia monet ⁊ inuitat filios suos vt parati sint ad suscipiendum dominum. Unde in nocturnali officio primuz respōsorium est. Sanctificamini scilicet filij israel id est viri spirituales qui videtis deum per fidem: ⁊ parati estote vt intersitis ad nuptias: quia non erit in cena qui ejicietur a nuptijs. Moraliter non obseruabit cōsilia qui precepta renuit adimplere Sequit in versu. Et mane vi. glo. ei. i. aduentu glorie eius vel mane ad litteram. Et hec vltima pars de Exodi sumpta est: sed prima non est sumpta de aliquo libro. Dicitur etiam capitulum Gaudete in domino Philippen. iiij. capitulo. ¶ Diurni vero officij intentio est ostendere q̄ christus natus sit: ⁊ hoc dicitur i epistola Paulus seruus ꝛc. que est ad Romanos primo capitulo. ⁊ i euangelio: Cum esset desponsata: quod est Matthei primo capitulo: Hac etiam die desponsatio legitur Marie: vt sciatur q̄ alij fuit desponsata scilicet Joseph: ⁊ ab alio fuit fecundata scilicet a spiritu sancto. Quedam tamen ecclesie ad hoc vt incredulis maior certitudo sit: p̄mittunt prophetiam: Propter syon ꝛc. q̄ est

Jsaie. xlij. ca. in qua ostenditur ipsum fore nasciturū Natus autem est vt populum saluum faceret: ⁊ terre iniquitatem deleret hodie in spe per sacramenta gratie. mane in re per reuelationem glorie hec patent i itroitu ⁊ i graduali. Hodie scietis. Exo. xvi. cap. ⁊ i alleluia crastina. Quidam tamē dicunt alleluia Aue maria: ⁊ hoc quando vigilia est in dominica. Tunc enim dicitur alleluia propter resurrectionem domini Idem etiam patet in post cōmunione. Reuelabitur que est Jsaie. xl. ca. Sed quia in eius incarnatione erat futura iudeorum dispersio: ideo in graduali subditur versus. Qui regis. in quo pro eis oratur. Quātus sit ostendit ps. qui ad introitum cantatur. s. Domini est terra ⁊ plenitudo eius de quo etiam dicitur offerēda. Tollite portas principes vestras ⁊c. ¶ In vesperis autem vigilie natalis domini dicunt quidā psalmos Laudate pueri dominū. Laudate omnes gentes Lauda anima mea dominum laudabo dñm deum. Laudate dominum quoniam bonus est. psalmus. ⁊ Lauda hierusalem dñm lauda deum tuum syon. in quibus inuitamur ad laudes. Alij vero dicunt Laudate pueri dominum laudate nomen domini. Qui confidunt. In conuertendo dominus captiuitatem syon. Memento domine. ⁊ Benedictus dominus deus ⁊ merito quia primus deuotos inuitat ad laudandum iugiter ⁊ predicandum. Secundus monet in deo confidere. In tribus sequentibus redditur causa quare laudibus sit instandum: ⁊ in domino confidendum. s. quia nostram captiuitatem conuertit ⁊ multum magnificauit: quia promissa complenit: dum fructum ventris dauid super sedem eius cōstituit quia inclinauit celos ⁊ descendit: qui demum de alto manum suam emittet: vt nos eripiat ab agg multis ⁊ a filijs alienis. Vespere autem iste priuilegiate sunt quia cum cetera officia vespertina propter superueniens festum mutentur: iste non mutantur. In vigilijs etenim aliorum festorum capitulum: Hymnus: Antiphona ⁊ collecta. In aliquibus etenim ecclesijs totis vesperis diei officijs expletis solummodo antiphona ⁊ collecta de sequenti festo dicuntur eo ꝙ domin⁹ in vesperis. i. in vltima etate mundi venit ad saluandum saltem reliquias generis humani.

¶ De officio natalis domini. Rubrica.

Quecunq; i officio natalis dñi dicunt: ō exultatione natiuitatis sunt: qz sicut cantatur in responsorio: Descendit de celis xp̄s. i. de sinu patris vt appareret visibilis. Undeegressus ei⁹a patre. i. ab occulto: ⁊ intimo patris. Sequitur introiuit scilicet per aurem virginis. i. per fidem que est ex auditu sicut legitur i epistola ad romanos. Unde cum dixit ei angelis. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi spiritui sancto acquieuit. Juxta illud in canticis. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo ostium desiderium est. pessulum discretio: quasi per discretionem aperui desiderium meum dilecto meo: ⁊ hoc audito dixi. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſm v̄bum tuum. Non sicut ea que fregit pessulum quando voluit esse sicut deus. Introiuit dico in vterum virginis que accepit carnem nostram. ⁊ exiuit per portā clausam in regionem nostram. De hac porta dixit. Ezechiel. Porta hec clausa erit in eternum: ⁊ exiuit ō mundo per portam auream. i. charitatem: quia per crucem. Maiorem enim charitatem nemo habet q̄ vt a. su. po. q. pro. a. suis. ¶ Et est aduertenduz ꝙ dominus in fine anni nasci voluit. vt ostenderet se in vltima mundi etate venire: in sexta feria conceptus: in dominica natus: in sexta feria crucifixus fuit: ⁊ in dominica resurrexit vt qui hominem in sexta feria plasmatum perdiderat: in sexta feria liberaret. ⁊ qui dixerat in dominica fiat lux. in dominica veniens oriens ex alto nos illuminaret. De hoc dicetur sub ti. de parasceue. ⁊ in nocte natus est: vt se sub carne latentem venire signaret: vel vt se ad illuminandum noctez nostram venire monstraret quoniam habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Unde ab eius natali dies prolongantur: quia credentes in eum ad eternitatis lucem vocantur. rationabiliter itaqz nocturna officia celebrantur. Cum autem cetera festa saluatoris scilicet passio: resurrectio: ascensio: pentecostes: ⁊ alia sint variabilia: quare non celebrantur semper in eisdem kalendis siue in eadem die mensis: ⁊ quare hoc festum est inuariabile cum semper est in eisdem kalendis siue eadem die mensis. Respondeo ſm Augustinum. Hoc festum pertinet ad memoriaz tantum. Unde sufficit per illud memorari quota die mensis christus natus fuit: ⁊ ideo semper eadem die mensis celebratur: licz ipsa feria varietur propter mutationem lr̄e dñicalis. alia vero festa pertinēt ad memoriam ⁊ ad sacramentum. Verbi gratia christus passus est sexta feria: vt hominem qui in sexta feria ceciderat redimeret: ⁊ sic ō alijs. ⁊ ideo oportet ꝙ sub diuersis kalendis fiant. In eadem tamen feria scilicz in dominica. Preterea semper pasca nostrum accipitur dominica prima post pasca hebreorum: quod est semper. xiiij. luna. quia ergo luna. xiiij. non semper est eodem tempore vel eadem die mensis. imo variatur ſm annos solares: ideo ⁊ pasca nostrum non semper est eodem tempore nec in eodem die mensis: licet semper sub eadem feria scilicet in dominica celebretur.

¶ Rursus ideo pasca: pētecosten ⁊ alia festa variabilia sunt nec certe diei mensis sunt annotata: ne videamur imitari iudeos: qui semper illa celebrant in certis kalendis Alcuinus vero dixit ꝙ ideo hoc festum per singulos dies variatur: quia natus est nobis qui per singulos mundi dies lauat illos qui per peccatum Ade sunt maculati. ¶ Circa officium nocturnale sciendum ꝙ inuitatorium scilicet Christus natus est nobis ⁊c. in persona angelorum cantatur a quibus pastores vel potius omnis populus ad adorandum natum dominum inuitatur. Nouem vero psalmi distinguūtur per tria nocturna: vt notetur ꝙ omnes sancti patres qui fuerunt in tribus temporibus scilicet ante legem sub lege ⁊ tempore gratie in nouo testamento sociati sūt per aduentū christi nouē

ordinibus angelorum: sit sicut angeli sancte trinitati congaudent: sic ꝛ illi cōgaudeant. In primo psalmo igitur de eterna xpi genitura ꝛ inneffabili. In secundo de eius incarnatione. In tertio de laudibus sponsi: ꝛ sponse ciqz in tribus primis lectionibus per Ysa. Oracula testificamur: qui non tam prophetice q̄ euā gelice incarnationem christi descripsit. Prima ē. Primo tempore Ysa. ix. cap̄. Secunda est. Consolamini consolamini populo meus dicit deus; vester. Ysa. xl. ca. Tertia est. Consurge consurge. Ysa. xlij. ca. In ipsis etiam fit promissio: in alijs ostenditur promissionis impletio. Primus nocturnus recolit tempus ante legem: seu eos qui fuerunt ante legem vt Abraham Ysaac ꝛ Jacob. Secundus nocturnus recolit tēpus legis: seu eos qui sub lege fuerunt: vt dauid ꝛ prophetas ꝛ alios plures: ꝛideo in antiphonis que cantantur in illis duobus nocturnis: quia ad vetus testamentum pertinent. non dicitur alleluia: quoniam patres illorum temporum differebantur ab eterno gaudio scilicet a patria. In qua iuxta Apocalypsim cantatur alleluia. Tertius vero recolit nouum testamentum: quod habuit initium a baptismo: quod tertio tēpore scilicet gratie nobis collatuz est: seu eos qui fuerunt in nouo testamento: vt sunt apostoli: martyres confessores ꝛ alij sancti. Ideoqz in illis antiphonis que eos recolunt ꝛ que ex nouo testamento sumuntur canitur alleluia. quoniam istos plus honorauit suus aduentus q̄ precedentes patres: ita vt si digni de hoc mundo migrant: illico in celum transferantur ꝛ societati sanctorum iungantur: quod antiqui patres longo tempore expectauerunt murmurantes infra claustra inferni. Ante nocturnos solent in quibusdā locis super altare tres panni poni: ad designationem premissorum trium temporum: ꝛ in singulis nocturnis singuli āmoueri. Primus niger pro tempore ante legem. Secundus albus pro tempore revelationis. Tertius rubeus pro tempore gratie propter dilectionem sponse candide ꝛ rubicunde. In quibusdaz quo qz ecclesijs suspenduntur boni panni: in quibusdam viles: ꝛ i quibusdaz nulli: prout in prima parte dictū est sub ti. de picturis. ¶ Sane ad primum responsorium primi nocturni dicuntur in quibusdam ecclesijs tres versus propter causam redditam sub prima dominica aduentus: ꝛ post quodlibet trium responsorium priorum dicitur. Gloria patri ꝛ filio hoc ideo quoniam in tribus responsorijs tria significantur scilicet restauratio angelorum: reparatio hominum ꝛ modus quo ista facta sunt. Restauratio angelorum notatur in primo vbi dicitur: Gaudet exercitus angelorum. Reparatio hominum in secundo vbi dicitur. Pax vera descendit. Modus vero quo hec facta sunt: ꝛ potius quo descendit ille qui fecit insinuatur in tertio quod est in quibusdam locis. Descendit de celis. In quo ostenditur vt premissum est deum descendisse a patre in virginem: ꝛ ita ꝛ nos. vel per hoc quod in ipso responsorio tangitur quod intrauit in regionem nostram recolitur liberatio habitantium in regione vmbre mortis. Quia ergo hec facta sunt per trinitatem: idcirco post quodlibet illorum trium responsoriorum. Gloria patri cantatur quod ad laudem pertinet trinitatis. ¶ Rursus sicut manna habebat saporem simile cuz melle: ita ꝛ christus duo habuit in se: vz humanitatem ꝛ deitatem. Humanitas per similam. Deitas per mel intelligitur. Unde etiaz in hoc secundo responsorio dicitur hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi: quasi diceret: totus mundus mellificat9 ꝛ dulcoratus est. In tertio vero responsorio fit triplex iubilus scilicet in fabrice: in tā q̄: in gloria patri. In quo quidem in tribus saluatorem commendamus: ostendens q̄ qui effabiliter fabricam mundi creauit ꝛ ineffabiliter de virginis thalamo processit: ꝛ ineffabiliter equalis patri ꝛ spiritui sancto permansit: sicut fuit ab eterno: sic nunc est: ꝛ erit in eternum. ꝛ hec tria triplici iubilo significamus primū primo: secundū secūdo: ꝛ tertiū tertio: ꝛ vt expressius tertium significetur. in quibusdam ecclesijs cantatur Gloria patri ꝛc̄. ꝛ sicut erat in principio ꝛc̄. vsqz ad Amen. ¶ Et nota q̄ fit iubilus super a ꝛ super o. Super a in fabrice. ꝛ in tanq̄ Super o fit i gloria patri: ad notandum q̄ cui fit est alpha ꝛ o. i. principium ꝛ finis. Jubilus autem quandoqz notat expectationem nostram: vt dicetur sub ti. de septem diebus post pascha quandoqz nostram infirmitatem: vt in versu tanq̄ sponsus. quandoqz rei de qua agitur magnitudinez: vt ibi Fabrice mundi. quandoqz gaudij imensitatem vt in fine responsorij Verbum caro ibi enim signant immensitatem gaudij: quod viri sancti habent de eo: q̄ verbum caro factum est: plenum gratia ꝛ veritate. De iubilo dictum est in prohemio quinte partis. ¶ Restat adhuc de sex responsorijs dicere. Et quidem in primis duobus secundi nocturni agimus de partu. in tertio de percutiente. In duobus vero primis tertij nocturni agimus de parturiēte: ꝛ in tertio de partu: in quo consuetudinem mulierum imitamur. Consueuerunt enim mulieres visitare parturientes ꝛ partum: ꝛ eis munuscula sua dare: ꝛ nos parturientem ꝛ partum quodammodo visitamus. cuz pro modulo nostro eos magnificamus Ipse vero laudes sunt munuscula que offerrimus. Dicitur etiam ad horas capitulum Paulus seruus Ro. i. ꝛ illud: multipharie: hebreorum. i. ca. ꝛ illud Apparuit gratia ad Titum. ij. ꝛ illud Apparuit benignitas. ibidem. iij. ca. In nocturnali officio tria leguntur euangelia: vt habeat ecclesia quod intendit. Vult enim ostendere vtranqz naturam esse in christo vt sic plures sint testes natiuitatis christi: ꝛ propter hoc etiam leguntur lectiones in quibus Augustinus ꝛ alij sancti inducunt ad hoc auctoritates infinitas scilicet ac eis qui fuerūt ante legem: sub lege: ꝛ post legē quoniam integrum est iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur: extra de officio delegati prudentiam. Legitur ꝛ quartum euangelium Matthei scilicet. Liber generationis post nonum versum in quo exprimitur eius generatio: vt ostendatur euz fuisse de genere patrū cozū quib9 facta est promissio scilicet dauid ꝛ abrahā. Dauid in p̄s. de fructu vētris ꝛc̄. ꝛ primo paralippomenon: Cum dormieris cum patribus tuis: suscitabo semē tuū post te. Abrahe vo

Gen. xvj. dictum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes: & ideo dicit in principio. filij dauid: filij Abraham: quia illis specialiter facta est promissio & sic ostenditur q̄ ipse erat messias qui promissus est in lege & prophetis. ¶ Et nota q̄ Matthеus describit hic genealogiaz descēdendo vsq̄z ad Joseph Lucas vero ascendendo prout sub epiphania dicē. Sz quare potius Joseph q̄ Marie generatio computatur: cum etiam xp̄s nō fuerit filius Joseph. Rñdēdo quia ambo de eadem tribu fuerunt. Et tribus id est genealogia per mares nō per feminas distingui solet & computari in ve. testa. Numerando ergo vsq̄z ad Joseph: pinde est ac si vsq̄z ad beatam virginem processisset. Preterea xp̄s maluit filius fabri vocari: q̄ matrem ꝓpter suspitionem adulterij lapidari. Et reuera filius est illius fabri qui fabricatus est auroram & solem. Et scias q̄ natiuitas beate marie ex tribu iuda: & regia stirpe Dauid originem duxit: prout scriptura sepe testatur dicens: Christum de semine dauid descendisse: qui de ipsa sola natus est. Siquidez dauid inter ceteros duos filios habuit. s. Nathan & Salomonē Ex cathena siue generatione Nathan descendit virgo Maria. Quoniam ex cathena ipsi⁹ Nathan: Leui genuit Melchi & Pantheram. Panthera vero genuit Barpantheram. Barpanthera Joachim Joachim virginem Mariam. vt dicetur in septima parte sub festo philippi & Jacobi apostolorum. Ex cathena vero Salomonis descendit Joseph vir ipsius Marie: quoniam ex cathena ipsius Salomonis Mathan ex vxore sua genuit Jacob. Defuncto autez Mathan Melchi ex tribu Nathe filius Leui: & frater Pantheris nupsit vxori ipsius Nathan scilicet matri Jacob: ex qua genuit Hely: & sic facti sunt fratres vterini Jacob & Hely. Mortu⁹ est autem Heli ex tribu Nathan sine liberis: cui⁹ vxorem accepit Jacob frater eius ex tribu Salomonis & suscitauit semē fratri eius & genuit Joseph. Joseph igitur natura est filius iacob ex descensione Salomonis: sm legem vero Hely qui ex Nathan. Nam qui nascebatur secundum naturam quidem filius erat Generantis: sed secundum legem defuncti. ¶ Deinde cantatur Te deum laudamus te dominum confitemur. in omnium antecedentium actiones gratiarum & ad designandum exultare nos cum angelis: & congratulari de dragma perdita inuenta. In quibusdaz tamen ecclesijs finita prima missa cantatur dictum euangelium Matthei. Liber generationis. & hoc iō quia duo testes ad minus nobis necessarij erant. primus testis erat Lucas qui in euangelio misse. Exijt edictum a cesa. au. &c. narrauit iuxta verbum euangelij. Beum natum in ciuitate dauid. Adducitur ergo alius testis dicens eum natum de dauid. Ac si dicat non tantum est natus de ciuitate dauid: sed etiaz de dauid. Unde Matthеus prius nominat dauid q̄ Abraham dicens: filij dauid: filij Abraham. q̄uis & alia possit esse causa quare prius dauid nominatur s. quia dauid fuit prior Abraham dignitate. nam ille tantum patriarcha iste patriarcha & rex. Audito igitur in euangelio misse vno teste ab ecclesia: quia vix ē q̄ vni testi soli credaf: ideo adiecto alio. s. Matthеo qui etiam generationem dominicā describit: tunc plene confidens ecclesia exultans clamat: Te deum laudamus: vt in ore duorum trium vel pluriuz stet omne verbū: extra de testi. in omni. ij. q. iiij. §. i. Adhuc quia vix est q̄ vni testi credaf. Hinc est q̄ vnus terminat missam dicens in quibusdam ecclesijs: benedicamus domino. Et ecclesia quasi voce dimissa respōdet Deo gratias. Rursus finita missa dicitur euangelium. Liber generationis. & postea Te deum laudamus. quia generatio diuinitatis precessit generationez humanitatis. Et quia illarū noticia fuerit nobis laudis materia. ideo laudes sequuntur Missa ergo laudes precedit: quia prius fuit eterna genitura: de qua missa illa loquitur q̄ aliqua creatura fuerit que deum laudare potuerit. In laudibus matutinis quasi chorezs ducimus. Unde prima antiphonia ducimus. Quem vidistis pastores &c. & ipsi responderunt natum vidim⁹ ¶ Circa misse vero officium notandus est q̄ Thelesphorus papa statuit in die ista debere cantari tres missas ad ostendendum q̄ xp̄i natiuitas saluauit patres trium temporum. s. patres ante legem sub lege & post legem. prima canitur de media nocte: ad ostēdēdum q̄ illi qui fuerunt ante legem non fuerunt illuminati aliqua lege & per illam etiam ostenditur q̄ panis qui quottidie sacrificatur & manducatur in altari vz xp̄s natus est in bethleez in media nocte: & in hac nocte sicut dicit Luc. vnde Sap. xviij. Bum medium silentium tenerent omnia: & nox in. s. c. m. iter h. &c. qō ad litteram exponitur de natiuitate domini. hoc etiā insinuat euangelium huius misse & collecta illa. Be⁹ qui hanc sceratissimaz carnem tuam &c. & prophetia illa. Populus gentium ambulabat in tenebris &c. & epistola & fere omnia que in illa missa dicuntur. Idez etiam Thelesphorus papa de conse. dist. i. nocte. statuit in hac missa hymnum angelicum scilicet Gloria in excelsis solenniter decantari ad recolendum q̄ angeli nocte ista illum decantauerunt: in qua ab angelis pastoribus est nunciatus. Unde in euangelio legitur. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantium & dicentium. Gloria in excelsis deo & i terra pax hominibus bone voluntatis &c. ¶ Notandum est autem q̄ hec missa & laudes matutine terminantur in plerisq̄z locis vna oratione ad ostendendum q̄ totum illud officium idem indicat scilicet natiuitatem eternam & temporalem. vnde ipa missa incipit: Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. quod tantum de generatione eterna: seu generatione christi intelligitur: quod vero sequitur: ego hodie genui te. de vtraq̄z est: & exponitur hodie id est eternaliter. Nam secundu⁹ Augustinum hodie presentiam significat & quod eternum est semper presens est. Versus de temporali scilicet Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sūt inania. quasi diceret pro nihilo cum xp̄s deus & homo sit responsoriū. De eterna in quo dicit. Deus pater: ego pater sū. Tecū principiū. Unde & ibidē sequitur. In die virtutis tue. s. in die resurrectionis. In splendoribus sanctorum. i. in luce omnium sanctorū: & dicit in

splendoribus sanctorum pluraliter propter diuersos effectus ex vtero.i.ex intima bonitate mea. Ante luciferum genui te.i.ante omnem creaturā: quasi diceret ab eterno. Epistola vero paulus seruus. quam quidem in vigilia dicunt ꝛ euangelium de temporali. Unde in epistola dicitur: Ex semine Dauid ſm carnem. In euangelio dicitur. Exijt edictum a cesare augusto: quod est luce secundo ca. In alijs vero ecclesijs dicitur epistola. Apparuit gratia dei que est ad Titum secundo capitulo. Ante epistolam legitur immediate prophetia. Primo vt basis sit sub columna innitente basi. Non enim que dicuntur in euangelio crederentur impleta nisi foꝛent in veteri testamento predicta. Secundo ideo in vigilia: ꝛ hac missa due lectiones sine internallo dicuntur: vna de prophetia: alia ō apostolo: quia xp̄s pro duobus populis in pariete cōiungendis nascitur. Tertio quia super basim prophetarum fundata est columna apostoloꝝ. Quarto qꝛ actiui ꝛ contemplatiui per hanc natiuitatem in vna fide saluantur. Quinto quia per vtrunqꝫ testamentuꝫ christi natiuitas concoꝛditer predicatur: hi sunt duo cherubin qui propitiatoꝛium tegunt. seseqꝫ in propitiatoꝛium versis vultibus respiciunt: vt dictum est in prohemio quarte partis. Quidam tamen nullam dicunt prophetiam significantes qꝫ vetera transierunt ꝛ noua facta sunt omnia quasi dicat ipso facto cesset figura: quia veritas venit. Secunda missa cantatur in diluculo in exoꝛdio diei: quando christus in cunabulis adoratus est a pastoꝛibus: ꝛ hoc primo ad ostēdendum qꝫ sancti patres ꝛ prophete qui fuerunt sub lege scripta aliquantulam cognitionem dei habuerunt: sed non tantam quantam nunc habemus: ꝛ iō incipit a promissione que facta est antiquis in veteri lege. Lux fulgebit hodie in domo domini ꝛc̄. Secundo ideo: quia sicut dominus a gabriele fuit nunciatus priusq̄ nasceretur: sic ante initium diei sue natiuitatis missa canitur. Tertio propter oꝛtum noue lucis: quia ille qui natus est in oꝛtu suo tam in vtero quā ex vtero fuit lux vera. Dicitur ergo in oꝛtu huius temporalis lucis: quasi ipso facto dicatur. Oꝛta ē lux. Huic consonat introitus scilicet. Lux fulgebit ꝛ graduale in quo dicitur Deus dominus ꝛ illuxit nobis ꝛ quod sequitur in introitu. ꝛ vocabitur āmirabilis. sumitur Isaie.ix.ca. A quibusdam tamen dicitur de nocte eo qꝫ pastoꝛes in nocte illa visitauerunt pre sepe domini quod notat euangelium eiusdem misse Pastoꝛes ꝛc̄. Luce.ij.ca. Predicitur etiam tunc in quibusdam ecclesijs prophetia. Spiritus domini super me: que est Isaie.xli.ca. Deinde dicitur epistola Apparuit benignitas: que est ad Titum.iij.ca. Communio est. Exulta filia Zacharie.ix.ca. Tertia vero missa que die clara hoꝛa tertia quando illuxit nobis dies redemptionis nostre festiuius celebꝛatur: ad tempus refertur gratie in quo descendit lux magna de celo que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Velum enim templi scissum est in duas partes vnde Sapi. Aperta sunt prata: ꝛ apparuerunt herbe virētes. Epistola Multipharie que est ad Heb. i.ca ꝛ euangelium leguntur de eterna gubernatione. Unde dicitur in epistola. Filius meus es tu: Ego hodie genui te: ꝛ de temporalibus habetur ibi Multipharie multisq̄ modis. In euangelio vero de eterna vnde incipit. In principio.q.d. In principio creaturarum erat verbum quod est Joh.i.ca. dicitur. Dicitur etiam tunc in quibusdaꝫ ecclesijs prophetia. Propter hec sciet que est Isa.lij.ca. Communio est. Viderunt. Isaie.lij.c.ꝛ ps. Prima ergo missa est de eterna genitura. Secunda est de promissione antiquis facta: vnde cantatur: Lux fulgebit in domo domini. non dicit fulsit vel fulget. Tertia est de veritate nobis exhibita. vnde cantatur: Puer natus est nobis ꝛ filius datus est nobis Isaie.ix.ca. ibi vtitur futuro ad notandum promissionem hic preterito ad notanduꝫ promissionis implerionem Et quia eterna generatō est nobis occulta. Juxta illud Isa. Generationez eiꝰ quis enarrabit: ideo missa de eterna genitura nocte profunda cantatur Quia vero antiqui patres quibꝰ facta est promissio certi erant de incarnatione domini: sed non tantum quantum patres noui testamenti quibus exhibita est veritas: ideo missa de promissione antiquis facta cantatur Illucescente aurora i qua est modicum lucis: sed ſm ipsum introitum videtur qꝫ deberet esse lux fulgens: sed non est ita: quia lux in aurora rubet. in tertia fulget. in sexta feruet. in vespera teper: quia vero temporibus no. test. manifesta est veritas: inde est qꝫ missa que est de exhibitione veritatis clara luce cantatur. Prima ergo missa pertinet ad generationem eternam scilicet de patre sine matre. secunda ad temporalem scilicet de matre sine patre. tertia compacta est quia de vtraqꝫ agit. ꝛ ideo pꝫtinet ad eternam simul ꝛ temporalem. Notanduꝫ tamen est qꝫ in missa que est de eterna genitura legitur euangeliuꝫ de humanitate. s. Exijt edictum a cesare Augusto. in illa vero que est de veritate nobis exhibita: legitur euangeliū de diuinita. s. In principio erat verbum: ad notandum qꝫ ex quo humanitas diuinitati fuit vnita: nec humanitas sine deitate: nec deitas sine humanitate fuit nec erit. hanc rationem asserit magister in psalterio. Aiunt quidaꝫ qꝫ cū in collectis in lectionibus. in euangelio: ꝛ in offertoꝛio prime misse euidenter natiuitas de virgine memoꝛetur. intētio totius officij ad temporalem potest natiuitatem referri: ꝛ exponunt in introitu hodie. i. hac die ante luciferum stellam videlicet matutinam genui te. i. generationem tuam sum operatus: ꝛ qꝫ in euangelio dicitur Maria peperit filium suum primogenitū. exponitur primogenitū. i. ante quem nullus: extra de ver. sig. nā ꝛ ego. Officium vero secunde misse aiunt concordare dictis pastoꝛum dicentium: vt legitur in euāgelio. Transeamus vsq̄ ad bethleem .ꝛ. vi.q.v. hoc factuꝫ est. Qui gratulantes dicunt in introitu. Lux fulgebit Oꝛta enim erat stella ex Jacob. Vel dicitur. Lux fulgebit in persona legis que temporalem natiuitatem antiquis patribus repromisit. Et subditur Dominꝰ regnauit decoꝛem indutus est: illuꝫ. s. decoꝛem quo coronauit euꝫ mater sua: hoc est humanitas: Et addūt in graduali. Benedictꝰ qui venit in nomine dñi: ꝛ in alleluia Dñs regnauit. Et gs ꝛ quātus sit i offerēdo

supponunt dicentes. Dominus enim firmauit orbem terre. Et quia primus paries est ex hebreis: ideo primitie. s. pastores in cōmunione loquunt ad eos. Exulta filia syon. i. ecclesia. Officium tertie misse personat mirabilia verbi dei quod erat in principio: & incipit esse caro: sicut legitur in euangelio. Hoc verbum est puer: qui secundum prophetam natus est nobis: vt canimus in introitu: & hoc est canticum nouum. De quo propheta in versu Cantate dño canticum nouū. Hoc quoq; verbum est illud Salutare de quo ptinus canitur i graduali. Viderūt omnes: hec est lux magna que descendit in virginis vterum: que illuminat omnem hominez venientez in hunc mundū: de qua dicitur in euangelio. In principio erat verbum &c. Hic demum est ille diues rex & potens cui dicitur in offerenda. Tui sunt celi: & tua est terra. In fine prime & secūde misse dicunt quidaz. Benedicamus dño: prout dictum est sub ti. de aduentu. Ad hac autem die vsq; ad octauam epiphanie responsoria & eorū versus dicuntur cum alleluia ad representandum summam leticiā que aduenit tempore gratie.

¶ De dñica infra octauaz natalis dñi. Rubrica.

In dominica que intercedit infra octauam natalis domini cantatur de natiuitate domini. Unde introitus misse est. Dum medium silentium tenerēt omnia &c. Sapien. xix. ca. Est enim triplex silentium. s. ignorantie: desperationis & glorie. Silentium ignorātie fuit ante legem: quia ignorabant peccata sua. & iō non clamabant ad dominum ad Ro. x. Horis regnauit ab adam vsq; ad moysen. Postq; autem lex data est ad cognitionez peccati multo tempore seruauerūt legem. Ad vltimum vero desperauerunt quando. s. omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: tūc fuit silentium desperationis. Postq; autem venit christus ruptum est silentium. Unde clamāt omnes laudes dei. Silentium glorie veniet quando implerū erit totum desiderium nostrum. In silentio desperatiōis veniet dominus vt ei attribuetur salus humani generis: qui est verus medicus. Et hoc est quod dicit. Dū medium silentium. Sequitur & nox. i. dyabolus i suo cursu medium. i. cōmune iter haberet. Omnes enim cōmuniter ad inferos descendebant. Omnipotens sermo tuus id est filius tuus domine pater: qui dicit sermo patris: quia per euz natus é a regalibus sedibus venit querere & facere reges. Vel ad litteram. Dum omnia tenerent medium. i. cōmune silentiū de nocte. s. quando omnia silent: & nox in suo cursu mediuz iter perageret. Ad litteram. Omnipotens sermo tuus: a regalibus sedibus ve. quia media nocte natus est dominus. & concordat epistola que est ad Bal. iiij. capi. vbi dicitur. At vbi vēit plenitudo temporis &c. respōsorium est. Speciosus forma &c. quia imunis ab omni peccato: & omnibus virtutibus plenus: sicut enim habetur ad Col. ij. In ipso habitat ois plenitudo diuinitatis corpaliter. i. ad modū trine dimēsionis. i. cōi mō sicut in oibus est. s. essentialiter: pītialiter: & potentialiter. Item ſm gratiā est in sanctis: & ſm vnionem est in xp̄o: & ideo Diffusa est gratia i labijs tuis: Gratia q; nūq; sic locutus est homo: diffusa est in quā q; i ore eius fuit lex clementie: vt cum dixit. Mulier nēo te condēnauit: nec ego te condemno: vade & amplius noli peccare. Et cuz dixit. Diligite inimicos &c. Euāgeliuz Erat ioseph Luc. ij. ca. similiter ad natiuitatez ptinet quantū ad principiū: liez & ad aliud ptineat. Erant pater eius. s. putatiue: & mater mirātes super hiſ que dicebanť de eo. s. a pastoribus. Sequitur in euangelio ꝓphetia Symeonis. Ecce positus est hic in ruinam. s. in fideliuz. & in resurrectionē multorū. s. fidelium: & in signuz. i. in signationē cui contradicetur. q. d. si in viridi hoc faciunt: in arido quid fiet: vel in signū. i. in ostensionem: q; per humilitatē & paupertatē itur in paradisuz. vel in signū. i. in signaculū. Unde Job. i. quem signauit pater & misit in mundum vt eo signaremur. Et aggeus. Ecce posui te in signaculum: quia eligi te Et in cāticis. Pone me vt signaculuz super cor tuum &c. Positus est ergo xp̄s in signum tripliciter. s. in significationem: in ostensionem: & in signaculum. ¶ Rursus hoc officium Duz medium &c. vox est p̄mitiue ecclesie: in qua recolit dñi natiuitatē: cuius fructum predicat in epistola: quia de seruitute trāsiuim⁹ ad filiozum adoptionem per ipsum cōmendat ſm sapientiam in euāgelio vbi dicitur. Puer crescebat & cō fortabatur plenus sapientia ſm potentiaz: in alleluia Dominus regnauit. Et in offerenda. Dominus enim regnauit ſm pulchritudinem: in graduali. Speciosi⁹ forma. In post cōmunione vero. Tolle puerū Mat thei. ij. c. tempus fuge vocatur: quo descendit domin⁹ in egyptum & mystice respicit ad gentilitatis adoptionem: quia dominus de iuda transiuit ad gētes vt eas adoptaret heredes.

¶ De festo circūcisionis. ¶ Rubrica.

Ad festo circūcisionis dicendum est. Sciendum est autem q; circūcisio prio iniūcta est Abrahe & semini eius. i. hebreis ex eo nascituris vt sic probaret an obediret vel nō sicut & Adam ad probationem obedientie mandatū accepit ne de ligno vetito manducaret. Fuit autē precepta circūcisio ꝓpter quinq; causas. Primo vt probedientiam mandati Abraham placeret deo cui per p̄uaricationem Adam displicuerat. Secundo data fuit in signum magne fidei Abrahe. Credidit enī se habiturum filium in quo benedicerentur omnes gētes per fidem id est per quam spiritualis circūcisio impleretur: vt sic iustificaretur & ipse. Tertio vt i hoc signo discerneretur ab omni natione populus ille. Quarto vt circūcisio facta in virili membzo per quod generat̄ creatura mortalis & in quo libido solet dominari castitatē corporis & mentis seruandā & impudicitiā resecandam indicaret. Quinto q; nō posset melius significari per christū tolli originale peccatum. cum pa pu

tio quippe omnis homo nascitur quēadmodum ꝛ cū originali peccato. In carne preputio ideo est iussa fieri: quia in remedium instituta est id est contra originale peccatum: quod a parentibus contraximus corrupti concupiscentia que in parte illa magis dominatur: ꝛ quia in membro illo culpam in obedientie homo ꝑ⁹ cognouit docuit ꝙ in illo signum obedientie acciperet. Fiebat circūcisio die octauo ex legis precepto. Leuitici. xij. ca. ꝛ fiebat cum lapido cultello ad significandum ꝙ post septenariū huius vite in octaua die id est etate que erit resurgentium omnis ab ꝛectis ꝑ petram id est christum abscinditur corruptio carnis ꝛ spiritus quando liberabimur a seruitute corruptionis quando circuncidetur a peccatis anima cuiusq; credentis in eum. Due itaq; res sunt illius sacramenti scilicet circuncisio a peccatis in presenti: ꝛ circuncisio ab omni corruptione in futuro. ¶ Christus autem non indigebat circuncidi: vt iaz dicetur. Conferebat circuncisio suo tempore remissionem peccatorū: sicut ꝛ nunc baptismus. Unde Gregorius de conse. di. iiij. quod apud. extra ō baptis. maiores. Quod apud nos valet aqua baptism. Hoc egit apud veteres vl' ꝑ parvulis sola fides: vl' pro maioribus virtus sacrificij: vl' pro his qui de Abrahe stirpe prodiderunt mysteriuz circuncisionis. ¶ Sed quare christus qui fuit agn⁹ immaculatus non habens maculam neq; rugam: q peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore ei⁹ voluit circuncidi. Respondendo sicut voluit in tẽplo presentari sicut ꝛ baptizari: sicut ꝛ de agno paschali cum discipulis epulari: sicut voluit in corpore circuncidi propter nos. Secundo ne iudei dicerent cuz nō esse messiam in lege promissum: quia non esset circūcisus: nec viueret secundum legem qui de seipso dixit ¶ Non veni soluere legez sed adimplere. Tertio ratione nostri scilicet propter figuram. Etenim circūcisio illa carnalis figurat presentem spiritualē: que est gratia ꝛ futura que erit in gloria: nec dedit nobis exemplu⁹ carnaliter circuncidendi: sed spiritualiter per vite innouationem. Nam secundum Bernardum dupliciter debemus circuncidi scilicet exterius in carne ꝛ interius in mente. Quarto ratione sui: vt scilicet se veram carnem assumpsisse ostenderet. Quinto ne ō̄mones circuncisionis mysterium agnoscerent: cum enim illa contra originale peccatū fieret: credidit dyabolus ꝛ hunc qui circuncidebatur similiter peccatorem esse propter quam etiam causaz voluit vt mater eius v̄go perpetua desponsaretur. Sexto propter perfectam humilitatem tanquā esset peccator voluit hoc fieri: licet non indigeret: sicut ꝛ ex humilitate voluit baptizari subdendo se minori. Ubi sit caro preputij christi dictum est in quarta parte sub septimana particula canonis super verbo noui ꝛ eterni. Fuit antez mutata circuncisio in baptismum quattuor de causis. Primo quia sacramentum baptismatis est perfectius. Secundo quia magis commune. Mulieres enī circuncidi non poterant. Tertio quia magis gratia plenum. Per circuncisionem nanq; tantum peccatū remittebatur. sed gratia ad bene operandum per eaz non prestabatur nec virtutes dabantur vel augebantur. In baptismo non solum peccatum remittitur sed gratia cooperandi refertur: ꝛ virtutes augētur: ideoq; recte ait apostolus ꝙ Abraham cepit circuncisionem tantum in signum. Quarto propter honestatez Honestius enim est aqua lauari ꝙ corpore mutilari. ¶ Sed videtur ꝙ de circuncisione nō debeat fieri festum: cum dicit apostolus. Circūcisio nihil prodest extra de baptis. maiores. Et iterum si circuncidimini christus nihil vobis proderit. Preterea cum ecclesia non faciat festum de passione domini videtur ꝙ i circuncisione in qua incipit passio domini quando primum sanguinem suum fudit non sit faciendum festū sed potius lamentū: sicut ꝛ in passione. Ad hoc dicit ꝙ festum non fit de circuncisione: sed de octaua natalis domini. Sed nec aliquid impedit nos dicere ꝙ fiat festum circuncisione: quia significat circuncisionez que fit in octaua resurrectionis a culpa ꝛ a pena: ꝛ est causa meritoria illius: ꝛ propter illud gaudium ecclesia solennizat. Ad hoc vero quod obijcitur de passione. Respondetur ꝙ alia de causa ecclesia dimittit facere festum in die qua dominus passus est quaz propter passionem scilicet quia tunc dominus posuit peccata nostra in statera. Unde Job. vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui: ꝛ calamitas per quam patiamur in statera. Oportuit enim filiuz dei pati ꝑ peccatis nostris: vt nos redimeret ab omni peccato: ꝛ ideo luget ecclesia magnitudinem peccatorum suorum: considerans ꝙ sol erubescens ꝓpter peccata hominuz obtenebratus est: de quo dicē sub parascene. ¶ Celebratur ideo hodie octaua natiuitatis: que est octaua suppletionis: prout dicetur i ꝑ⁹ hemio septime partis: est etiam hec octaua alterius negocij significationis. Duplex est enim negociū qđ in ea figuratur: vnum circuncisio domini quod i euāgelio exprimitur. alterum aduentus hominis ad deum. Est enim duplex aduentus scilicet christi ad homines: de quo in natiuitate actum est: ꝛ hominuz: ad christuz: de quo in hac octaua agitur: quod notāt antiphone laudum: vt illa. O admirabile commertium Nam commertiuz est vbi aliquid accipitur ꝛ aliquid datur. Dominus nanq; accepit nostram humanitatem vt nobis daret suam diuinitatem: quod notatur in verbis ibi sequentibus scilicet animatuz corpus sumens de virgine per hoc enī notatur quod dominus accepit per hoc enim quod dicit: largitus est nobis suam deitatez: notatur ꝙ dederit. Secunda vero ꝛ quarta antiphone terminantur. Te deum laudam⁹ deus noster. q. d. ad te venimus laudando te. Tertia terminatur. Dei genitrix intercede pro nobis. q. d. intercede vt filius tuus suscipiat nos. In quinta dicitur illud quod dixit baptista. Ecce agnus dei. q. d. ad euz venire debemus. Unde andreas ꝛ alius discipulus Joānis: hoc audito secuti sunt dominū. In antipho na vero que est supra Benedictus dicitur. Innouantur nature: nostra enim natura recedendo a deo est inueterata: ꝛ redeundo est innouata. ¶ Notandum quoq; est ꝙ quinq; sunt que hanc diem reddunt solēnem. Primum est quia hac die duo festa concurrunt scilicet parientis ꝛ partus: Unde ꝛ due misse celebrā

tur. Prima de pariente scilicet de beata virgine i qua dicitur introitus. Vultum tuum. ℣. communio. Simile est regnum celorum omni negociatori. ℣. Matthei. xiij. capi. Secunda de partu scilicet de filio: in qua dicitur introitus: Puer natus est nobis: vel in alijs ecclesijs. Dum medium silentium. Unde ℣. in quibusdã gradualibus officium vtrunq; intitulatum inuenit. Et ideo quia hoc festum est de beata virgine fit hodie statio apud ecclesiam sancte Marie transtyberim. q̃uis quidem scripserint q̃ fit apud sancta sanctorum ad lateranum: pro eo q̃ caro circuncisiõis domini ibi dicitur conseruari: prout dictum est in quarta parte sub septima particula canõis. Epistola est Apparuit benignitas: que est ad Titum. iij. Euangelium est Postq̃ cõsummati sunt. Luc. ij. Allelui. Multipharie. hebreorum. i. Secundum quod facit hanc diem solennem est octaua de qua dictum est. Tertium impositio noui ℣. salutiferi nominis: de qua dicetur sub titulo de sabbato sancto vbi agitur ō baptismo: quod nomen triplex est scilicet filius dei christus ℣. ihesus sicut ex euangelio colligitur. de hoc dictum est in prohemio secunde partis. Quartum est effusio sanguinis ihesu christi hodie enim primo sanguinem suum pro nobis fundere cepit: qui eum postmodum sepe fũdere voluit. Quintum est signaculum circuncisionis quod christus hodie pro nobis dignatus est suscipere propter causas premissas. In quibusdam ecclesijs subdyaconi fortes ℣. iuuenes faciunt hodie festum ad significandum q̃ in octaua resurgentium que significatur per octauam diem qua circuncisio fiebat nulla erit debilis etas: non senectus non fenium non impotens puerilia: sed omnes cõcurremus in virum perfectum: cui hoc mortale induet immortalitatem ℣. hoc corruptibile incorruptionem. vt premissum est: ō hoc dicetur in septima parte sub festis sanctorũ Stephani ℣. Johannis. ¶ Postremo notandum est q̃ olim pagani ℣. gentiles in his kalendis multas superstitiones obseruabant: quarum aliquas Aug⁹ in quodam commemorat sermone. xxvj. q. vlti. nõ obseruet. Credentes enim inquit. Janum quendam deum esse eum tunc venerabãtur. ei duas facies figurantes: vnã ante aliam post eo q̃ est principium anni sequentis ℣. finis precedentis. Assumebant enim formas mõstruosas alij ex pellibus pecudum. alij ex capitibus bestiarum alij vestiẽtes tunicas muliebres. alij auguria obseruabant uantes vel recipientes dyabolicas strẽas alij mensas laute preparatas tota nocte manere sinebant: putantes totum anni spacium conuiuia in tali cibi babũdãtia pdurare que pbibet xp̃ianos facere.

¶ De festo epiphanie. ¶ Rubrica.

Sequitur festum epiphanie quod est vocabulum grecum: sonat latine mãifestatõ siue apperitio ℣. est idem cum festo natiuitatis: nibil enim nasci profuit nisi apparuisset. Verum pro triplici apparitione hodie solennizat ecclesia. vnde ℣. in codicibus antiquis hec dies epiphaniarum pluraliter intitulatur: ℣. ideo tripliciter nominatur scilicet epiphania theophania ℣. bethphania. Epiphania dicitur quantum ad illam apparitionem domini que facta est magis per stellam. Magi autez ipsi fuerunt Gaspar Melchior ℣. Balthasar ℣. fuerunt reges: iuxta illud psalmiste. Tibi offerent reges munera: ℣. iterum. Reges thar. ℣. i. u. mu. of. reg. ara. ℣. saba. do. adducent: quorum de Medio lano in Coloniaz translati fuerunt. Et dicuntur magi a magnitudine scientie. Per astronomiam enim cognouerunt: quia stella illa nõ erat ex constitutis a pn cipio: sed illa de qua Balaam magister suus prophetauerat. Nu. xxiiij. Orietur stella ex Jacob ℣. consurget virga de israel ℣. de Jacob erit qui dominet: ℣. iõ moti sunt vt ductu illius stelle venirent in Bethleem vt regem natum quez eis prophetauerat Balaã adorarent: ℣. dicit epiphania ab epi quod est supra ℣. phanos quod est apparitio: quia de sursum illa fuit apparitio scilicet de celo. vel ab epi quod ẽ super: quia scriptum est vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer. Erat quidez promixtor terre q̃ alie stelle: ℣. hec facta sũt tredecima die a natiuitate domini qua die stella magos ad presepium duxit. Et dicunt quidam q̃ stella illa fuit spiritus sanctus qui postea descendit super dominum baptizatum in specie columbe: ℣. ipsis magis in specie stelle. Alij q̃ fuit ãgelus qui apparuerat pastoribus iudeis scilicet illis tanq̃ ratione vtentibus in forma rationabili. Istis vero gentibus tanq̃ irrationabilibus in specie irrationabili. Alij ℣. verius q̃ fuit de nouo creata: que peracto officio suo redijt in primordialem materiam. Alij dicunt q̃ cecidit in puteum: vbi ad huc dicitur apparere solis tamen virginibus. ¶ Solet autẽ queri quomodo tam cito: videlicet infra. xij. dies de tam remotissimis regionib⁹ hierosolymam venerũt: que dicitur esse in medio mũdo: iuxta illud ps. Rex noster operatus est salutem i medio terre. Dicit Isidorus q̃ ante natiuitatem stella illa illis apparuit vt possent ibi esse in tempore opportuno. Hieronymus dicit q̃ in die natalis domini primo ab eis visa est. Sed venerunt in dromedarijs. Juxta illud propheticum. Inundatio camelorũ operiet te dromedarij madian ℣. effa qui velocissime currunt: vnde ℣. dicuntur a dramos quod est cursus: ℣. aros quod est virtus: ℣. sunt minores camelis: sed velocius currunt q̃ illi scilicet tantum in vno die quãtũ equus in tribus. ¶ Queritur etiam quare magi venientes munera obtulerunt. Respondeo q̃ secunduz Bedam antiquitus nullus ad regem vel dominuz vacuus introibat q̃ Perse ℣. chaldei seruant. Secũdo secundum Bedam obtulerunt aurum beate virgini propter inopie sublevationem. Thus contra fetorem. Mirrham propter membrum pueri consolidationem ℣. vermium expulsionem. Tertio quia aurum ad tributum: thus ad sacrificium: myrrha vero ad sepulturam pertinet. Per hec ℣ tria insinuantur i xp̃o regia ptãs: diuina maiestas: ℣. humana mortalitas. Quarto q; auz significat dilectionẽ: thus orationez: myrrha carnis mortificationez: que tria offerre deo debemus. Scõa apparitio fuit eadem die in ba-

ptiſmo: multis tñ annis reuolutis. ſ. xiij. die triceſimi vel triceſimi primi anni. vnde Lucas. Et ipſe ihesus erat incipiens q̃ſi annorũ. xxx. Et ideo hec apparitio dicitur theophania a theos quod eſt deus: ꝛ phanos quod eſt apparitio: q̃ ibi tota trinitas apparuit: pater in voce: ꝛ filius in carne: ꝛ ſpiritus i colũba. Quidam aũt heretici dixerũt ſolũ in die epiphanie baptizari debet p̃o eo q̃ xp̃s tunc fuit baptizatus nec dari ſpiritum ſanctũ baptizato in alia die: ꝛ greci eadẽ die baptizant ob quaz heresim extirpandã ſancti patres decreuerunt neminem niſi in articulo neceſſitatis: eadem die baptizari debere. Tertia apparitio fuit poſtea ſimiliter eodem die anno reuoluto cuz eſſet. xxx. annorum ꝛ. xiij. dierum. ſ. quando manifeſtauit ſe eſſe deum per mutationem aque i vinum: quod fuit primum miraculum apertũ quod dñs fecit in chana galilee: vel ſimpliciter primũ quod fecit. Et hec apparitio dicit bethphania a bet quod ẽ domus: ꝛ phanos quod eſt apparitio: q̃ iſta apparitio facta fuit in domo in nuptijs. Be his tribus apparitionibus fit ſolẽnitas in hac die. Sed quia eccleſia nõ poteſt perfecte de omnibus vnam ꝛ eandez diem ſolennizare: ideo ỏ ſtella plene exequitur: ꝛ de alijs aliquid admiſcet: vt notetur q̃ tres fuerunt in illa die apparitiões que leguntur in euangelio tanq̃ ſub die eadem facte. Be p̃mo miraculo hodie vero totum cantatur officiuz: q̃ in ea ſpecialiter natiuitas domini gentibus eſt notificata. Be ſecundo duo reſpõſoria cantatur ſcilicet primuz Hodie in iordane ꝛ in colũbe ſpecie quod a pluribus eccleſijs ponitur nonum. ꝛ ideo primũ ꝛ nonũ: q̃ baptiſma eſt primũ ſacramentũ noſtre redemptionis per q̃ reformamur: ꝛ ſimiles angelis efficimur: quorum ſunt nouem ordines. Bruno autem ſigneñ. epͣs corrector officij antiphonarij dixit: q̃ in reſpõſorio. In columbe ſpecie: ꝛ in antiphona Vox de celo que dicitur in octaua ad laudes non debet eſſe verbũ iſtud ip̃m audite: q̃ in baptiſmo non fuit hoc dictum a patre: ſed in tranſfiguratione: ꝛ qui agũt feſtũ tranſfigurationis cantant reſponſoriũ in quo illud continetur. q. d. Ego ſum teſtis q̃ hic eſt ille qui p̃miſſus eſt in lege Deutero. xviij. vbi dixit moyſes Prophetã de gente tua: ꝛ de fratribus tuis ſuſcitabit tibi deus ipſum audietis ꝛc̃. Qui autez verba eius q̃ loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor exiſtaz. Be tertio vero miraculo cuz alijs cantatur vna antiphona. ſ. tribus miraculis. ¶ Beda etiam dicit in cõmẽto ſuper Lucam. Quartam apparitionem factã fuiſſe eadem die anno reuoluto cum eſſet. xxxj. annorũ. ſ. in fractione quinq̃ panũ: ꝛ ſaturatione quinq̃ milium hominum: ꝛ illa dicitur phagiphania a phagin quod eſt bucca ſiue comedere. Sed de hac hodie nil agitur. Preterea dubitatur vtrum hoc contigerit iſta die: tum quia in originali Bede non ſic legitur: tuz q̃ Joh. vj. vbi de hoc miraculo agitur: dicit. Erat aũt proximũ paſcha ꝛc̃. ideo aũt inſtitutuz fuit hac die feſtum de tribus miraculis: quia hec fuit antiquitus celebris in honore Auguſtini ceſaris propter triplicez eius triumphum quo ſuo tempore romano imperio tres regiones ſubiungauit ſcilicet Parthiã. Egyptũ ⁊ Mediam. Illam ergo celebritatem eccleſia in melius commutauit: videlicet ad celebranduz chriſto p̃ eius triplici miraculo. In quibuſdam eccleſijs nõ dicitur hac die ad nocturnos. Domine labia mea aperi. nec deus in adiutoriũm. nec Gloria patri. nec hymnus: ad notandum promptitudinem gentium q̃ ſtatim ſtella apparente venerũt. Et arruptoꝛ ergo ad nocturnos venitur quaſi ipſo facto dicat eccleſia: quib⁹ non eſt narratum de eo veniebant. ꝛ qui non audierunt cõtemplati ſunt. Iſa. liij. capi. Vel poteſt dici q̃ in hoc feſto fit precipue mentio de gentilium conuerſione: quos illi tres magi initialiter preceſſerunt. Q̃ ergo conuerſio ipſoꝛum gentilium adhuc erat imperfecta: quia in pauciſſimis. ſ. in ipſis tribus magis: id circo ſignum huius eccleſia omittit cantica que iã cõuerſoꝛum ſeu perfectoꝛum eſſe videntur: ſicut Gloria patri. hymnum ꝛ huiuſmodi. Hac etiam de cauſa nõ p̃mittitur Domine labia mea aperies: nec Deus i adiutoꝛium. quia ſecundum apoſtolum. Coꝛde creditur ad iuſticiam. ſ. p̃ius: oꝛe aut̃ confeſſio fit ad ſalutem. ſ. poſtea. ¶ Jnuitatoꝛium etiã non dicitur p̃pter quattuoꝛ rationes. Primo ad oſtendendũ q̃ eccleſia in p̃initijs ſuis venit de gentibus ad dominuz non inuitata vel vocata per preconem aliquez: ſed ſola ſtella duce. Juxta illud: Nemo nos conduxit: vt ſic incutiatur erubeſcentia eius qui tarde credunt cum multos habeant predicatoꝛes. Magi enim non vocati venerunt adoꝛare chriſtum. Secundo vt nos q̃ quottidie inuitamur: ꝛ excitamur ad adoꝛandũ ꝛ deprecandum deum videamur deteſtari inuitationem fraudulentam herodis dicentis magis. Jte ꝛ interrogate diligenter de puero ꝛc̃. Tertia eſt cauſa q̃ ipſa res nos inuitat. ſ. ſtella per quam ſignificatur fides q̃ ducit nos ad deum ꝛ illuminat nos in nocte huius ſeculi. Quarta quis p̃s. venite qui idem dicit: dicitur in nocturnis: ꝛ ſic idez repeti videretur. Licet ergo hac die non dicatur inuitatoꝛium. tamen p̃s. inuitatoꝛius ſcilicet venite exultemus. in tertio nocturno ad ſeptimam antiphonam dicitur ad oſtendendum q̃ in tertio tempoꝛe. ſ. gratie ſufficienter inuitata eſt eccleſia ỏ gentibus ꝛ nullus ſe excuſare poteſt: quia in omnem terram exiit ſonus eoꝛum. xix. di. ita. ꝛ q̃ tertio tempoꝛe. ſ. gratie: data eſt vniformis gratia in plenitudie Dicitur quoq̃ ad ſeptimam antiphonam ad notandum q̃ per baptiſmũ datur ſpiritus ſeptiformis. Per ebdomadam dicitur inuitatoꝛium in p̃ſona magoꝛuz alijs que viderant nunciãtium. Leguntur autem tres lectiones de Iſa. qui expreſſius loquit̃ de chriſti natiuitate de qua ſiue de nati apparitione hoc feſtum eſt. ¶ Sed queritur quare in quibuſdam eccleſijs i p̃incipio tertij nocturni huius feſti cãitur p̃ſal. Deus noſter refugium cum antiphona Fluminis ꝛc̃. cum ipſe precedat in ordine p̃ſalterij: vltimum p̃ſalmuz p̃me nocturne: ꝛ omnes ſecunde. Rñdeo tertium nocturnum recolit nouum teſta. quod eſt tempus gr̃e: qua p̃pter hoc tertium nocturnum habet in capite antiphonaz. Fluminis que cũ dicto p̃ſal. nouuz tãgit teſtamẽtum: ꝛ ideo dictus p̃ſal. tũc ꝛ non p̃ius dicitur. Preterea antiphona ipſa habet alleluia quod nõ ponit̃ in

antiphonis prime vel secunde nocturne: vt dictuz est sub natali: Rursus ideo ponit in septimo loco qz ptinet ad septiformẽ gratie spiritũ per vim baptismi, collatũ. Sequẽtes etiã antiphõe cuz suis psalmis nouũ indicant testamentũ: z hi tres psalmi monstrãt cõmotionẽ gentiuz contra p̃dicationẽ aplorũ: subpersionez idolorũ: z conuersionẽ fideliũ: Romana tñ ecclesia dictam antiphonã Fluminis. cũ suo psal. ponit i primo nocturno: z in psal. Venite. In tertio p̃m rectuz ordinatum z naturalẽ ordinẽ psalmorũ: z cõgrue qz gẽtes tempore gratie venerũt ad fidem. ¶ Et attende qp antiphone in prima parrochia siue nocturna cõtinẽt sacerdotes: z in secunda reges: in tertia vsqz ad angelos peruenit. Post tertiũ nocturnum statim cantatur euangeliũ Luce. factum est aũt. in quo de baptismo saluatoris plene agitur: z eius genealogiaz describit: qz vt premissum est hoc festum de natiuitate est.

¶ Notandum autẽ est qp Matheus in euangelio Liber generationis: enumerat generationẽ illam incipiens ab abrahaz descendendo vsqz ad Joseph virum marie de qua natus est ihesus zc̃. ostendens per hoc qp a sũmo celo fuit egressio eius: z qualiter dominus ad nos descendit. Similiter Isa. xj. capi. Bona spiritus sancti enumerans. Vltimo ponens timorez dicit z replenit eum spũs timoris domini. Sed lucas in hoc euangelio. Cum factũ esset illa enumerat ascẽdendo: qz post baptismum eaz enumerãt nec sistit eã in abrahã: sed in eadem vsqz ad deum procedit p gradus sic: q fuit hely ostendens per hoc qp a baptismo iter est ad deum: sed hoc quasi per quosdã gradus virtutuz q significant per patres gradatim ordinatos: z tangit filios p̃m legem non p̃m naturaz sic: q fuit Nathan: q fuit dauid supple filius. s. adoptiuꝰ. Una ergo generatio describit descendẽdo altera ascẽdẽdo quoniã vna carnal' altera spũalis. In vna ponitur genuit: vbi carnal' gnãlis z temporalis successio exprimit In altera ponit q fuit: vt notetur spũalis generatõis adoptatio: z describit ascẽdẽdo: vt notet spũalis ascẽsus. Prima terminata est in virginis partu. Secũda nobis inchoata est per baptismũ. Tria ergo sunt euãgelia huius solennitatis: vnuz est de baptismo. s. Factuz est. secundũ de magis. s. Cuz natus esset ihesus: quod dicitur in missa: z ibi dicitur. Sicut eni scriptuz est per ꝓpheram. s. Micheaz. ca. v. Tertiuz est de nuptijs: quod dicit in dñica sequenti post festũ Hilarij.

¶ Sane p̃missa duo euangelia de generatione christi de nocte dicunt Unũ in natiuitate. Alteruz in epiphania: qz vtraqz xp̃i generatio fuit in nocte. i. obscura z prioz sensibus nõ intellecta. De hoc eniz sub natali dictũ est post euangeliũ ecclesia exultando dicit. Te deũ laudamus. Parũ ergo agit de baptismo dñi in nocturnali officio: sed supplet in octaua i qua agit de apparitione facta in baptismo: p̃sertiz in antiphonis laudum: que ostendunt effectum baptismi in nobis. s. vt baptizemur: vt a peccatis per nostrum lauachruz abluamur. Omnes eni vni z septimi toni sunt vnius ad notandũ ecclesie vnitatẽ in qua solũ baptisma ꝓdesse potest. Septimi ad notanduz qp in baptismo datur septiformis gratia spũs sancti. Vel quia p baptismũ peruenitur ad septimam etatẽ quiescentiũ Si eniz aliquis statim post baptismuz digne acceptũ decedat. mox recipit primam stollam que datur in septimana etate. i. in secũda vespera. Antiphona vero ad Magnificat est octaui toni: qz in vespera mundi nobis dabitur stolla secunda. i. gloria corpis: quaz in octaua etate nos recepturos spamus. Duplex est eni mundi vespera. Prima est sexta etas p̃m qp dominus dicit in vespere mundi natus. Juxta illud. Vergẽte mundi vespere. Secunda est finis mundi in qua vel post quã dabitur nobis gratia carnis: de qua dicitur Ad vesperã demorabitur fletus. Nam vsqz tunc erit fletus miserie nostre: sed tunc erit finis. Dicitur etiaz ad horas capitulum illud. Surge illuminare: z illud super te aũt. z illud. Inundatio que sunt. Isa. lx. capi. Missa siue diurnuz officium similiter pertinet ad p̃muz principale z p̃cipuum miraculum. s. ad primicias gentium: z ad munera magorum z ad christi natiuitatem. Unde introitus qui sumitur de Isa. licet non sit ibi continue: est Ecce aduenit ad zc̃. Ecclesia enim de gentibus electa pro suo vocationis initio gaudens gratiosum laudis preconiuz offert deo pro sua salute dicens. Ecce zc̃. q. d. Ecce in propatulo est qp dñs natura: dñator effectu aduenit. i. ad nos venit z carnem assumpsit: vel vt alludamus p̃senti diei ad nos venit. i. qui. in carne latebat per multa signa deus esse apparuit: vt per stellam: per magorum munera: per vocez paternam: z per spiritũ sanctum in columba: z ꝓpter hoc vtitur aduerbio demonstrandi ecce: offendẽs apparitionez filij dei quasi ad oculum per p̃missa. Epistola. Surge z illuminare: z graduale. Omnes de saba zc̃. sunt de eodem z sumuntur de Isa lx. capitu. z euangelium de codẽ. s. Cum natus esset zc̃. quod est Matth. ij. ca. Ex quo sumunt alleluia z cõmunionẽ. Sicut aũt matutino officio fit suppletio in octaua: vt iam tactũ est: ita z de misse officio simpliciter fit suppletio. Nam introitus misse hodierne notat gaudiũ gentiuz de aduentu saluatoris exultantium: z in collecta hortatur gentes ad ꝓtemplanduz eius speciẽ puenire quaz per fidem cognouerũt. Reliquũ totuz est õ miraculo huius diei. s. de gentibus per stellaz ductis.

¶ Non est etiaz premittendum qp in italia in missa huius diei futurũ pascha populis annũciat. Sacerdos nãqz vel alius post offertoriũ dicit alta voce. Annuncio charitati vestre gaudiũ magnum qđ erit omni populo: qz. lxx. erit tali die z pascha tali. In cõcilio vero Brachareñ. de conse. di. iij. placuit primo. ita legitur. Placuit vt postq̃ oia in concilio sacerdotũ fuerint ordinata super venturuz ipsius anni pascha quo kalendariuz die. i. quo die ante vel post kalendas: vel quota luna debeat susceptia metropolitano episcopo intimetur quod ceteri episcopi vl' reliquus clerus breuiculo subnotantes vnusquisqz i sua ecclesia aduentẽte natalis domini: die post euangelicam lectionez populo annũcient: hoc tamẽ nõ vbiqz seruat. ¶ Rursus in concilio carthagineñ. ea. di. placuit. i. Statutũ est vt dies pasce formatarum scilicet litterarum subscriptiõe omnibus intimetur. Dies vero cõcilij. xj. kalendas nouembris seruetur. Quidam tamen vltra

montani epi'copi in synodo quam celebrant die mercurij p̄mixtoꝝ festo beati luce p̄missa annunciāt. Quidam asserunt in vigilia epiphanie ieiunandum fore: eo q̄ sibi p̄prium officium appropriatur. ⁊ alleluia in officio nisi in dominica interueniat subticet': ⁊ dicitur euangelium Defuncto herode. qō est Mat hei. i. capitulo.

¶ De octaua epiphanie. ¶ Rubrica.

facta est: ⁊ quod nec mori nec aliq̄ penaz pati posset nisi ex culpa sua ꝓueniret. Officiuz aũt misse est. Circũciderunt me ⁊c. vbi confitet ecclesia se esse in pena ⁊ laboribus inflictis ꝓpter peccatũ q̄ sunt: fames: sitis: calor: frigus: lassitudo: egritudo: ⁊ mors ipsa per prauã cõsciẽtiã: ⁊ amaritudo: fetor: ⁊ tenebre: quales sunt dolores inferni. Sed ne iste luctus generet in nobis accidiam siue tristiciã que mortez operatur ponit in versu consolationẽ. Diligam te domine virtus mea ⁊c. vt sic possz dicere. Fuerũt mihi lachryme mee panes ⁊c. Et aduerte quia hec verba. Circũdederũt ⁊c. sunt etiam vox ecclesia primitiue plorantis in Abel protomartyre precẽtorz: cuius sanguis de terra clamauit ad dominum que aperuit os suuz ⁊ suscepit eũ de manu Cayn fratris eius: vnde statio ẽ ad sanctuz Laurentiuz cuius mors preciosa nouo ⁊ inaudito genere passionis clamauit in celum: ⁊ audita est in vniuersum mundum. Vnde ⁊ ecclesia romana pre ceteris est autenticata martyribus. Ne autem ecclesia desperet proponitur ei in euãgelio triplex salubre remedium ⁊ in epistola triplex premium. Remedium ẽ vt si vult ab illis plene liberari in vinea anime sue laboret abscindẽdo vicia ⁊ peccata: postea in stadio vite presentis currat per penitẽtie opera: deinde viriliter in agone pugnat contra omnia diaboli tentamenta: qõ si fecerit triplex remedium habebit: quia laborãti dabitur denarius: currenti brauium: pugnanti corona. Verum quia non libenter homo suscipit onus penitentie nisi videat premium ideo ostendit premium in epistola. i. ad Corinthe. ix. Nescitis quia hi qui i stadio currunt. omnes quidem currunt sed vnus accipit brauium. Est enim brauiũ primuz currentiũ. q̄ quod significatur beatitudo eterna q̄ est ꝓmiuz currentiuz in regnum eternũ: qõ ostendit vt libentius agant homines penitentiã: ⁊ vt magis fleãt peccata sua: vnde ps. Sup flumina babilonis illic ⁊c. ⁊ sicut in cursu exteriori remouentur q̄ impediunt cursum: sicut dicit apostolus se facere cuz dicit. Castigo corpus meuz ⁊ i seruitutẽ redigo ⁊c. quasi dicat Leuigo me. i. leuez facio ad hoc vt possim currere: sic faciat ecclesia: macerat enim carnem suam: vt remotis omnibus nociuis ad brauiuz vite eterne melius currere possit ⁊ bene respondet ei responsorium. Adiutor in oportunitatib⁹ in tribulatione. Tribulatio enim oportuna ⁊ vtilis est homini: quoniam facit nos recordari eternorum gaudiorum. Nec sequitur alleluia quia subticet ecclia cãtica leticie: vt ꝓmissum est. Post responsorium sequit tractus a trabẽdo dictus: ⁊ est suauis auribus. s. De profundis clamaui ⁊c. ad notandum q̄ in gemitibus ⁊ suspirijs trahit ecclesia vitam suã de profundis peccati vel pene. Sed ad consolationem interponuntur verba misericordie cũ dicit. Quia apud te ꝓpitiatio est. Sed q̄ nullo modo vult ecclesia q̄ filij sui cadant in accidiaz: ideo post tractũ sequitur euangelium. de denario diurno. i. de beatitudine eterna quam ostendit filijs suis vt hilariter faciunt penitentiaz. Simile est regnuz celoꝝ homini patrifamilias qui exijt ꝓmo mane ⁊c. Matthei. xx. c. Homo est vinea dei ⁊ ecclesia quam quilibet debet colere ꝓ posse suo. in alijs ꝓ ꝑdicationem ⁊ in se per bonam opationem: ⁊ si bene coluerit habebit vitam eternam q̄ dicitur denarius. In denario est imago ⁊ superscriptio: ⁊ nos habemꝰ imaginem dei ⁊ apertam superscriptionem: quia erimus ⁊ dicemur dij ⁊ filij dei. vnde ps. Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi omnes. Sequitur offertoriuz Bonũ est confiteri dño ⁊c. In quo monemur laudare deuz in tribulatione: qõ possumus facere viso denario diurno ad quẽ videndum petit ecclesia illuminari. d. in post cõmunione. Illumina faciem tuam ⁊c. Potest ẽt ⁊ aliter dici ꝑ Jnno. iij. in sermone huius diei. Legitur enim q̄ occupatio magna creata est omnibus hominibus ⁊ iugum graue super filios Ade a die exitus de ventre matris eorum vsq̄ in diem sepulture i matrem omnium. Siquidem mater omnium hominuz terra est: ⁊ eadem omnium est sepultura. ꝓpter quod ille dicebat Nudus egressus suz de vtero matris mee ⁊ nudus reuertar illuc. In premissis aũt verbis circa statuz humane cõditionis tria consideranda sunt videlicet igressus: progressus ⁊ egressus. De progressu ꝓmittitur occupatio magna creata est omnibus hominibus ⁊ iuguz ⁊c. de ingressu subiungitur a die exitus de ventre matris eorum: de egressu concludit vsq̄ in diem sepulture in matrem omnium. Sane i quolibet statu graue iuguz super filios Ade imponit. graue quidem in ingressu: grauius in processu: grauissimum in egressu. Vnde merito propheta flebat. d. q̄re de vulua matris egressus sum: vt videam laborez ⁊ dolorem: ⁊ consumerentur in confusione dies mei. Formatus est enim homo de terra: conceptus in culpa: natus ad penam. Vere itaq̄ occupatio magna creata est omnis homo: ⁊ iugum graue super filios Ade: ⁊ beati qui occupãtur in bonis: miseri qui i malis: beati quoq̄ qui iugum christi portãt: miseri qui iugum diaboli. Hanc humane conditionis miseriaz cõsiderans ecclesia gemit dicens in introitu. Circũdederunt me dolores iferni ⁊c. in quibus verbis. Prophetа recolit lapsum humanuz: Ne vero preterea nimio dolore desperet: ideo statim commemorat misericordiam creatoris in graduali. Adiutor ⁊c. Occupationem autem honestam ⁊ vtilem dominus indicit i euã gelio. Operarios cõducens vt reddat illis mercedez inhonestam vero ⁊ inutilem docet apostolus i epistola euitare. Nescitis inquit q̄ hi qui in sta. cur. o. q. cur. sed vnus accipit brauium: sic currite vt comprehẽ. ⁊c. ⁊ sequitur. Ego autem sic curro nõ quasi in incer. In tractu vero De profundis ⁊c. propheta inter iugum ⁊ iugum distinguit dicens enim. Si iniquitates ⁊c. Innuit iugum diaboli: de quo per prophetaz dicitur Computruit iuguz a facie dei. vnde mox subdit. Quia apud te propiciatio ⁊c. Ecce iugum christi suaue: de quo veritas inquit. Jugum enim meum suaue est: ⁊ onus meum leue. In summa autem officiuz misse cõtinet afflictionem in introitu: ieiunium in oratiõe. bellum in epistola auxilium in graduali: in euangelio invineaz inducamur: vbi cõpatimur ⁊ cõregnabimus.

¶ De sexagesima. ¶ Rubrica.

Post septuagesimam sequit sexagesima. Sicut autez ecclesia celebrat septuagesimam in ministerio quia quēadmodum filij israel p fletum exierunt t liberati sunt per suptuaginta annos de seruitute babylonica: sic t ipsa ecclesia de seruitute dyaboli cui oportet modo seruire: liberata ē saltem per penitentiam factaz in septenario huius vite: sic etiam in ministerio celebrat sexagesimam licet eniz instituta fuerit in redemptione quintarū feriarū prout dictum est sub septuagesima. Fuit tamen etiaz instituta propter significationem: quoniam significat tempus viduitatis ecclesie: t illius merorem propter absentiam sponsi: qui peccatoribus abest per gratiaz t viatoribus per humanitatis presentiam. Licet enī christus nobis sit presens secundum diuinitatem. iuxta illud. Et ero vobiscum vsqz in consumationem seculi tamen secundum qd est homo in celo est sedēs ad dexteram patris. Hempe fructus septuagesimus viduis debetur. In consolationem autem illius absentie sponsi qui ad celum raptus est. dantur ecclesie due ale. s. sex operum misericordie excitatio: t decalogi ipletio. Unde sexagesima sonat sexies decem: vt p sex opera misericordie per decez decalogus intelligatur. Sexagesima enim ex senario t denario constat: vt sicut dominus post opera sex dierum benedixit diei septime sic post perfectionem operum decalogi perueniemus ad beatitudinem eternam: t dicetur nobis. Uenite benedicti patris cē. t ideo in sexagesima legitur euangelium. Cum turba plurima. Luc. viij. c. de semine verbi dei: t homines seminent opera misericordie ad habendam illam benedictionem. Et qa semen in pluribus suffocatur: ideo clamat alta voce in introitu. Exurge quare obdormis domine. In tertia vero dominica. s. quinquagesime ostendit per quē vult liberari. s. per deum vnde in introitu dicit. Esto mihi in deum protectorem: t quia dominus prope ē omnibus inuocantibus eum. Sequitur liberatio i sequēti dominica. vnde dicit in introitu. Inuocabit me: t ego exaudiam eum. Impossibile est enim quin ille liberetur qui aperit per confessionem peccata sua que sunt dolores ducentes ad infernum: t dolet dolore satisfactorio t petit a domino liberari. Quia vero peccata hominem a deo separant. ideo dubitando dicit. Exurge. Item dicit ter exurge in hodierno introitu: propter triplices filios. Primo eniz clamat pro filijs qui tentantur per aduersa: sed non succūbūt. vt Paulus propter quos dicit primo. Exnrge quare obdormis. i. obdormire videris non exaudiendo vel liberādo: t hoc facit dominus vt probentur t examinentur in igne tribulationis. Puriores eniz exierūt tres pueri de fornace babylonis quam intrauerūt. Unde nō dormit sicut habetur Jeremie. ij. Uigilantem virgaz ego video: t dicit dominus statiz bene vides: quia vigilabo ego super gregem meum t super filios meos: psal. Ecce non dormitabit neqz dormiet qui custodit israel. t quantuz ad istos dicit postea obliuiscēris tribulationis: quia singula singulis debent reddi. Secūdi filij sunt qui in pugna cadūt: propter istos dicit ecclesia. Exurge ne repellas in finem: quare faciez tuaz auertis. quasi dicat. Ostende faciem tuam t reuertētur ad te. Tertij filij sunt qui per blanda tētātur: nec succumbunt sed quia aduersa non tollerant periculū est ne prospera eos frangant: t propter hoc dicunt. Exurge domine adiuua nos: t libera me nomen sānctum tuum: propter hoc sequit t libera nos. De hoc etiam in dominica sequenti dicetur. Epistola vo. Libēter suffertis. i. ad Corinthi. vndecio capitulo. Hortatur nos vt queramus dominuz t despiciamus t sustineamus lesores: t tanq̄ hoc. cognoscētes dicimus responsorium. Sciant gentes quoniam cē. Tractus ostendit terram commotam conscientiam peccatoz. In euangelio ergo semen iacimus quoniaz in .lxxij. in vineam inducti sumus: est autem euangeliuz. Exit qui seminat seminare semen suum cē. t hoc fuit beatus Paulus qui seminauit semen suum idest verbum dei. t propter hoc fit hodie statio apud sanctum Paulum t inde est qd in fine collecte huius diei dicitur doctoris gentium cē. Sepe enim secunduz stationes officia ordinantur vt hodie: quia enim statio est ad sanctum Paulum ideo de eo fit mentio in collecta: t eodem modo in quinta feria ante. Letare hierusalem. t in sabbato ibi sequenti: vt ibi dicetur. Protendit autem. lx. vsqz ad quartam feriaz post pascha in qua cātatur. Uenite benedicti patris: quia illi qui in operibus misericordie se exercent audient illud. Uenite benedicti patris mei cē. vt ipse testatur: t tūc sponse ianua aperietur: t sponsi amplexu fruetur. vnde in epistola ammonetur vt ad instar Pauli tribulationē de absentia sponsi patienter expectet in euangelio vt seminationi bonorum operum semper insistat: t que q̄si desperans clamauerat. Circundederunt me gemitus mortis: dolores inferni cē. nunc ad se rediens petit in officio in tribulationibus adiuuari: t ab ipsis eripi dicens. Exurge domine adiuua nos cē.

¶ De quinquagesima. ¶ Rubrica.

Sequitur de quiquagesima In primis autem notandum est qd multiplex est quiquagesima scilicet dierum annorum: psalmorum: personarum: t denariorum. Quinquagesima dierum triplex est: vna a dominica ista vsqz ad diez pasce. Alia a pascha vsqz ad penthecosten. de qua dicitur in concilio Aure. de con. di. iij. sacerdotibus: vt ante pasce solennitatem non quiquagesima supplenduz est: quia illa seruatur post pascha sed. xl. teneatur. Tertia ab octaua pasce. i. a sabbato i albis vsqz ad sabbatum post penthecosten. prima est penitentie afflictionis t abstinentie: tunc enim homines abstinent a carnibus t continent a luxurijs: secūda est leticie t exultationis: tertia figura siue glorie: t glorificationis. Figurat enim octauam etatē vbi vtraqz stolla. s. anime t corporis iduemur: t ide est qd duo alleluia in illa quinquagesima cantamus. Quinquagesima quoqz psalmoruz triplex est: t tres status christiane religionis significat. Primus est penitentie: ie-

cundus iusticie: tertius laudis vite eterne: ideoq; prima terminatur in ps. Miserere mei deus: secunda in ps. Misericordiam & iudicium. tertia. Omnis spiritus laudet dominum: quod est in fine psalmi Laudate dominum de celis. Be tres quinquagesime significant dies diluuij. Tot enim diebus fuit aqua super faciem terre scilicet centũquinquaginta. Ideo ergo tres quinquagesimas psalmorum cantamus: vt deus a tali diluuio: & ab omni periculo nos defendat. In quinquagesima vero annoz erat annus iubileus qui quinquagesimus erat: tanta enim erat septenarij celebritas q̃ septima dies celebratur scilicet sabbatum: & septima septimana: vt penthecosten. septimus mensis vt september. & septenarius annus. vt iubileus i quo omnes serui liberabãtur: si vero aliquis esset qui nollet liberari. sed remanere in seruitute domini sui ducebatur ad postes tabernaculi vel templi: & perforabatur eius auris cum subula quod erat signum seruitij: nec deinceps manumittebatur etiam si vellet. Item omnia que tellus ex granis eo anno procreabat omnibus erant communia: non enim colebatur illo anno. Omnia etiam debita illo anno remittebantur: & possessiones alienate restituebantur: prout sub penthecoste dicetur. Unde iubileus remittens vel initians interpretatur: per quam recte penitentia figuratur per quam vera libertas tribuitur: & a dyaboli seruitute liberamur. per eam etiam peccatorum debita remittuntur: & hereditas eterna atq; celestes mansiones restituuntur. Quinquagesima ergo penitentie tẽpus & remissionis significat. Unde est q̃ hoc tempore ps. Miserere mei deus. qui est quinquagesimus: & est psalmus penitentie & remissionis frequentatur & legitur & cantatur de diluuio. Nam sicut per diluuium mũdus purgatus est a malis hominibus: ita per penitentiam purgatur microcosmus. i. minor mũdus scilicet homo a vicijs & criminibus. ¶ Rursus quinquaginta dies in penitentia ducimus: vt in quinquaginta sequẽtibus diebus scilicet a pascha vsq; ad pẽtecbosten. quos in leticia summus acturi nõ excedam⁹ quin in die penthecostes spiritus sancti gratiaz susciperе mereamur. Finitur enim quinquagesima in die pasce quia penitentia ad nouitatem vite resurgere facit. Be quinquagesima personarum sermo habetur in Geñ. Abraham quesiuit a domino si septuaginta boni essent in populo nũquid parceretur eius immo dixit dominus postea de sexaginta & quinquaginta: & sic vsq; ad decem. Be quinquagesima denariorum habetur sermo in euangelio vbi agitur de duobus debitoribus: quorum vnus tenebat centum denarios: & alius quinquaginta sed de ea nil ad ps̃ens. Dicitur autem quinquagesima quasi quinquies decem significans tempus remissionis: vt dictum est. Quinquagenarius enim numerus consistit ex quinario & denario in se multiplicatis. Nam qui opera quinq; sensuum corporis per decem legis mandata moderat⁹ fuerit: secure dicere poterit q̃ in vltimo die quinquagesime scilicet in pascha cantatur scilicet Resurrexi & adhuc tecum sum ꝛc̃. ¶ Et nota q̃ Telesphorus & gregorius pape. iiij. dist. statuimus. i. capi. & c. se. statuerunt vt clerici incipiant a quinquagesima ieiunare. Instituta est quinquagesima primo propter suppletiõez vt videlicet suppleri entur dies dominici qui ò ieiunio quadragesime subtrahuntur: & sic quadraginta diebus ieiunaretur: prout sub septuagesima est dictum. Secundo propter significationem: quia significat tẽpus remissionis vt premissum est. Tertio propter representationem: quia non solum tempus remissionis significat: verum etiam statum beatitudinis repreſẽtat. Nam in quinquagesimo anno serui efficiebantur liberi: vt premissum est. & quinquagesimo die a die agni immolati lex data est: & in quinquagesimo die a pascha datus est spiritus sanctus: & ideo hic numer⁹ statuz beatitudinis representat vbi erit adeptio libertatis: & cognitio veritatis & perfectio charitatis. Adautinale diei huius officium est de diluuio. vt ecclesia incutiat timorem filijs suis ne peccent per luxuriam sicut in missa post communione: ne peccent per gulã. Et quia hec duo vitia maxime dominantur in illo tẽpore: ideo agit de diluuio per quod penitẽtia designatur: vt premissum est. Sed ne timor nimis desperare faciat. dicit responsorium Ponam arcum meum i nubibus celi in signum federis: quod exponitur allegorice de christo vel de quolibet sancto secundum suuz modum. Arcus enim ille quanto magis ad celum elevatur tanto magis ad terrã deprimitur: ita sanctus homo quãto magis elevatus est ad celestia tãto plus se humiliat. Juxta illud quanto magis es: humilia te in omnibus. Item arcus iste est signum federis: similiter & christus. Unde in psalmo. Respice in faciem christi tui: & sancti etiam sunt federis signuz: quia possent iram dei tenere: sicut fecit Moyses .lxv. di. disciplina. Item arcus ipse portentum est. ita & sancti: quasi dominus ita suos effligi permittit quid erit de malis vnde legitur in ecclesia vidit arcum id est sanctum: & benedixit qui fecit illum. Notandum autem est q̃ primo cantãtur quedam responsoria de diluuio. Secundo quedam de obedientia Abrahe: postremo de ceco illuminato ad notandum q̃ qui per penitentiam peccata sua diluerit & mandatis dominicis: vt Abraham obedierit a domino plene illuminari merebit̃. ¶ Postro in officio misse ecclesia rogat deum: & inuocat pro filijs suis afflictis dicens in introitu. Esto mihi in deum protectorem: postea vero pro lapsis. & dicit. Et in domum refugij ꝛc̃. & causam subdit scilicet per fidem cum dicit. Quoniam firmamentum meuz & refugiuz meum ꝛc̃. Tertio pro tentatis in prosperitate existentibus cum dicit. Et propter nomen tuum dux mihi eris: & enutries me. Be hoc etiam in precedenti dominica dictum est. Sequitur versus de spe. q. d. quia merito spei dabis mihi hoc. In te domine speraui. Gratio pro afflictis est scilicet precesnostras: quas domine ꝛc̃. Epistola est de charitate. i. ad Corinthe. xiij. c. Si linguis hominum loquar. q. d. omnes virtutes eo modo quo haberi possunt sine charitate nihil valent ad vitam eternam. Et ponit ibi quindeciz gradus ex quibus peruenitur ad regnum celeste. Primus gradus est charitas patiens est. Secundus benigna est. Tertius non emulatur ꝛc̃. deinde sequitur commen-

datio charitatis. Charitas nunq̃ excidit. Quoniaz autem non potest homo habere charitatem nisi fiãt mirabilia. Maius enim est de impio facere pium q̃ creare celum ⁊ terram: ideo sequitur responsorium. Tu es deus qui facis mirabilia. versus est. Liberasti in brachio tuo. i. christo per fidem christi. Et sequitur tractus. Jubilate cuius verba videntur esse contra illud quod per tractum significatur scilicet dolores per quos ecclesia trahit vitam miseram. sed dic q̃ iubilatio seu exultatio non est contrarium tractui. quoniaz homo beatus in ipsis miserijs exultat: ⁊ etiam quando homo liberatus est in ipsis miserijs gaudet. vnde in actibus apostolorum. Jbant apostoli gaudentes ⁊c. ⁊ illud Salomonis Cor quod nouit amaritudinẽ anime sue in gaudio eius non miscebitur extraneus. i. dyabolus hoc est super omne gaudium. Euangeliũ est de fide passionis: ⁊ resurrectionis. Ecce ascendimus Hierosolymam ⁊c. Luce. xviij. capi. ⁊ quia per fidem ceci illuminantur: ideo statim sequitur ceci illuminatio que valde sapienter petijt dicens. Domine vt videam. quia visio erit tota merces. Offertoriũ similiter est de fide. Benedictus es domine ⁊c. Et aduerte quia in euangelio cecus petitionem geminat dicens bis. Fili Dauid miserere mei. ⁊ in affertorio similiter etiam gratias de illuminatione vtriusq̃ populi duplicat dicens bis. Benedictus es domine. ⁊ in alijs etiaz verbis magis ac dupliciter illuminari postulat dicẽs ⁊ bis. Doce me. iustificatiões tuas, vel bis dicẽs Justificatiões tuas ꝓpter viã testimoniorũ ⁊ vitatis ⁊ mãdatorũ. Post cõio scilicet mãducauerũt ⁊ saturati sũt nimis est de timore vt ad mẽoriam reducam⁹. qõ dicitur de iudeis. Adhuc esce eorũ erant in ore ipsorum: ⁊ ira dei descendit super eos. Quia enim comederant vsq̃ ad nauseam statim deum ad iracundiaz concitauerunt: vt videlicet incuciatur nobis timor ne per gulam offendamus deum sicut iudei. Hoc autez facit ecclesia. quia tunc solent homines magis intendere gule propter carnisprium quod imminet: de quibus dicit Gregorius. dist. iiij. deniq̃. Quod relinquẽdi sunt suo ingenio cum venia. Et ideo bene competit huic diei. Potest etiam ⁊ aliter dici q̃ tria sunt necessaria q̃ proponuntur nobis in epistola ⁊ in euãgelio: ad hoc vt opera penitentie que per quinquagesimam figurantur sint perfecta scilicet charitas q̃ proponitur in epistola. Memoria dominice passionis: ⁊ fides que intelligitur per ceci illuminationem: ⁊ hec proponuntur in euãgelio vera fides sine qua deo nemo placere potest. opera facit acceptabilia memoria passionis reddit facilia: charitas facit esse continua Et sicut ecclesia primo desperans clamauerat. Circũdederunt me ⁊c. ⁊ post ad se rediẽs adiuuari petebat ita hic iam concepta fiducia ⁊ spe venie propter penitentiam quasi dominum tenẽdo orat ⁊ dicit. Esto mihi ⁊c. vbi petit quattuor scilicet protectionem illis qui sunt in aduersis firmamentum illis qui sunt i gratia: refugium illis qui sunt in culpa: ⁊ ducatum illis qui sunt in prosperis. Epistola vero nos ponit in expeditione armis muniri docẽs: tractus triumphatori militie nos docet seruire ei quidem qui nos fecit: non ei cui nos vendidimus. Et nota euangeliorum cõsequẽtiam rationabiliter ordinatam. nam in .lxx. veniam colimus. in. lx. agrum seminamus siue semen spargimus. in quinquagesima fructum lucis in ceco illuminato colligimus.

¶ De feria quarta in capite ieiuniorũ. Rubrica.

POst quinquagesimam sequitur q̃dragesima que est numerus specialis penitentie in qua ieiunat ecclesia: ⁊ penitet ꝺ peccatis suis. Per penitentiam enim que in. xl. perficitur puenit ad quinquagesimam. i. ad annum iubileuz. hoc est ad remissionem peccatorum vt premissuz est. Jncipit autem quadragesima a dominica sequenti i qua cantatur. Jnuocauit me. sed in feria quarta ieiuniuz inchoatur: vt iam dicetur. Beatus petrus primo istituit ieiunium xl. ante pascha. Hec vacat a mysterio q̃ quadragita sex diebus a capite ieiunij vsq̃ ad pascha in abstinentia sumus. Nam post babylonicam captiuitatem. xlvj. annis edificatum fuit templuz domini. vnde ⁊ nos post captiuitatem babylonis. i. confusionis vitiorum. xlvj. diebus per abstinentiam ⁊ bona opera nosmetipsos templũ deo edificamus. Quare autez. xl. diebus ieiunetur ⁊ quare dicitur. xl. sub dominica sequenti dicetur. ¶ Sane ieiunium quadragesime commendatur ab institutione ⁊ a tribus temporibus: ⁊ a ꝑsonis que in illis ieiunauerũt. ¶ Rursus ieiunia ideo sũt ista: quoniã in veteri lege preceptum erat decimas deo: ⁊ primitias de omibus bonis reddi: vnde ⁊ nos idipsum facere debemus: ⁊ etiã de nobis ipsis scilicet de corpore ⁊ de mente: ⁊ ꝺ tẽpore. De his ⁊ alijs ieiunijs dictum est sub quarta feria tertie ebdomade aduentus. Siquidem de nobis decimas ⁊ primitias deo offerimus quando bonum operamur. Jn quadragesima soluitur decima dierũ quoniam secundum Gregorium de conse. di. v. quadragesima: a ꝓma dominica q̃dragesime vsq̃ i pascha sex ebdomade computantur quorum dies sunt quadraginta duo: ex quibus duz sex dies dominici subtrahũtur de ieiunio remanent tantum triginta sex dies abstinentie: qui sunt quasi decima anni. Vt ergo numerus quadraginta dierum quibus christus ieiunauit ipleatur recipiuntur ex institutiõe Grego. pape de cõse. di. v. quadragesima: quattuor dies precedentis ebdomade videlicet quarta quinta sexta ferie ⁊ sabbatum: ⁊ secundum hoc dicitur quadragesima quasi q̃ttuor cum decima: quoniam triginta sex diebus q̃ sunt decima adduntur quattuor vt premissuz est. quorum primus est sanctificationis ⁊ mũdatiõis: quia tũc tã animam q̃ corpus mundamus cineres capitib⁹ aspergentes. Reliqui tres sunt de primitijs dierũ q̃ soluuntur in quattuor temporibus anni. Sed cuz triginta sex dies predicti sint decima trecentorum sexaginta diez: ⁊ annus ꝓstat ex tricentissexaginta gnq̃z diebus ⁊ sex horis: patet cũ ieiunamus triginta sex dies ratione decime remanẽt gnq̃z dies indecimati: ⁊ sex horе: sed de illis ieiunamus quattuor precedentis eb

domade: vt sacer numerus compleat vt premissū est Sed secundū hoc adhuc remanent triginta hore indecimate: videlicet vnus dies: q continet viginti q̄tuor horas ⁊ sex hore: sed potest dici q̄ pro decima illi⁹ temporis in sabbato sancto tardius cenamus: vel sorte propter hoc die illa tardius scilicet de nocte missa celebratur: vt dictū est in prohemio. iiij. patris. Nos vero prouinciales ieiunū quadragesime in precedēti secūda feria inchoamus. ⁊ sic duo dies plus ceteris nationibus ieiunamus. ⁊ hoc non solum propter quādam honestatem: vt videlicet sic biduo purificati i q̄rta feria sacrū ieiuniū inchoemus: vel etiaz pro eo q̄ quadragesima in magno die iouis cene terminatur: prout sub ti. de septuagesima dictum est. Ultimos ergo duos dies non ratione quadragesime sed propter causam ibi dictam ⁊ propter eorum sanctitatem ieiunamus. Clerici etiam in quinquagesima ieiunium inchoare tenentur: prout ibi dictum est. Quidam autez dixerunt q̄ premissi quattuor dies adduntur alia de causa: videlicet tres pro tribus diebus quattuor temporum qui in quadragesima contingit: quartus pro vigilia pasce quaz ieiunare debemus: sed premissa ratio verior est. Sed cum in quadragesima imitetur ieiunium christi: vt premissum est: ⁊ ipse statim post baptismum scilicet epiphaniam suum ieiunium inchoauerit. Queritur quare hoc tempore ieiunium inchoamus ⁊ illud cum pascha continuamus: ⁊ non eodem tempore quo ipse ieiunauit cum ipsius actio nostra ō beat esse instructio. xij. q. i. exempluz. Ad quod quadruplex est ratio. Prima quia in quadragesima rep̄sentamus populum israel qui fuit quadraginta annis in deserto: ⁊ statim post celebrauit pascha. Secūda quia homines tempore verno naturaliter ad libidinem commouentur: ad quam restringendam instītutum est hoc tempore ieiunari. Tertia quia christi passioni resurrectio continuatur: igitur rationabile fuit vt afflictio nostra continua esset passioni saluatoris. Cum enim ipse pro nobis passus sit: ⁊ nos ei cōpeti debemus: vt ita tandez conregnemus: ⁊ post passionem statim resurrectio subsequatur. Juxta illud apostoli. Si compatimur ⁊ conregnabimus: nam ⁊ egrotus magis affligitur cum approximat sanitati. Quarta quia sicut filij israel priusq̄ agnum comederent se affligebant ⁊ lactucas agrestes ideſt amaras comedebant: ita ⁊ nos per penitentie amaritudinez debemus prius affligi: vt statim post digne possimus comedere agnum vite scilicet corpus christi. vt sic mystica capiamus paschalia sacramenta. ¶ Porro in missis quadragesimalibus frequentatur. Humiliate capita vestra deo: eo q̄ illo tempore dyabolus magis impugnat nos. Unde deum humiliter orare: ⁊ nos sibi humiliare debemus ⁊ vt nos sub omnipotētis dei manu humiliemus dicitur etiam. Flectamus genua. de quo dictum est sub quarta parte sub ti. de saluatione. ¶ Et est sciendum q̄ flectamus genua: ⁊ humiliate capita sese comitantur: ⁊ neutrum dicitur in dominica die. Nam vt ait Grego. qui in dominica die genua flectit deum resurrexisse negat. Propter multas quidam causas orando nos ad terram prosterni mus: prout dictum est in quinta parte sub prima. Dicitur etiam oratio super populum post humiliate capita ⁊c. propter temporis sanctitatem. ⁊ ad notanduz q̄ in hac vita pro nobis ad orandum: vt in futuro audire mereamur a domino. Venite benedicti patris mei ⁊c. que quidem oratio est vicaria sancte communionis. Olim enim omnes communicabant: ⁊ cōmunicaturos dyaconus ad flectenduz genua inuitabat: nūc vero quia multi suscipiūt corpus domini idigne: pro communione vtimur oratione: dyacono sicut prius suo fungente officio ⁊ dicente. bu. ca. ve. de. quia q cunqz humiliauerit se: exaltabitur. ⁊ quisquis hic bonis actibus benedicetur: eterna benedictiōe postmodum ascribetur. In hac ergo oratione sacerdos milites christi pugne commendat ad dimicandum cōtra hostem antiquum: ⁊ insidias inimicorum: ⁊ ideo premūit eos per ministerium armis humilitatis. dicens bu. ca. ve. de. ⁊ sic tandem capitibus humiliatis quasi confirmans eos infūdit super eos protectionem siue benedictionis: ⁊ hoc magis in. lxx. quoniam aduersarius noster tunc sollicitus circuit querens quez deuoret. Secundo in prima collecta genua flectimus i postulatione iusticie: que est necessaria in presenti vita: in vltima vero reuerenter inclinamus in gratiarum actione pro diurno denario vite future. Tertio in prima collecta flectimus genua pro pugna presentis vite afflictionem laboris: ⁊ continentie ostendentes. In vltima vero que est pro gratiarum actione caput humiliamus per quod mentis humilitas designatur quia i eterna vita omnis labor excludetur: sed humilitas semper stabit: de hoc dicet sub sabbato prime ebdomade. xl. Item in fine misse dicitur Benedicamus domino: de quo dictum est in. iiij. parte sub ti. de oratione nouissima. Hoc etiam tempore cortine in ecclesia suspenduntur: de quo dictum est in prima pte sub ti. de picturis. ¶ Porro ecclesia his diebus i magna certamine constituta in. xl. frequentat ps. Qui habitat: quia ps. ille informat in certamine positos spem suam in domino ponere: ⁊ omne adiutorium ab eo ō poscere: de quo sub dominica sequenti dicetur. Hoc tempore dyaconus casulam super humerum portat: de quo dictum est in parte. i. sub ti. de. dyacono. Ab hac quoq; quarta feria vsqz ad dominicam palmarz dicitur omni die prefatio de ieiunio. Etiam dominicis diebus apud quosdam. In illa vero dominica ⁊ sequentibus diebus dicitur prefatio de passione sed videtur esse incongruum q̄ in dominicis diebus cātetur prefatio de ieiunio cum in illis non ieiunetur: ⁊ ideo quidam dicunt in illis quotidianam prefationem: sed licet non ieiunetur numero ieiunatur tamē qualitate. i. in cibo quadragesimali sicut i alijs diebus. In quibusdam tamen ecclesijs incipiunt dicere prefationē de passiōe i dñica de passiōe: ⁊ in qbusdā etiā dicūt p̄fationē de ieiunio vsqz ad quartā ferā añ pascha. Verz licz vt p̄missuz est q̄dragesimali ieiunio q̄ icipit in dñica q̄dragesime supadditi sunt quattuor dies: solēnitates tamen officij q̄dragesimalis temporis incipiūt in eadē dñica sicut prius ⁊ nō ante: nec i hoc immutatio facta fuit quāquā potius ex incuria q̄ ex

certa scientia hoc contigisse credatur. nam idem deberet esse caput ieiunij ⁊ officij. ⁊ ꝑm hoc videtur ꝙ in dictis quattuor diebus deberent immediate post missam dici vespere: ¶ Circa quod notandum est ꝙ quadragesimale tempus est luctus ⁊ penitentie tẽpus. penitentes autem dum conuertuntur ad christũ a tenebris ad lucem transeunt. vespertinum vero tempus propter defectum ⁊ obscuritatem imperfectionẽ designat. Quia ergo penitentes non imperfectioni ⁊ defectui sed potius perfectioni ⁊ luci veritatis insistunt: idcirco conuenienter quantum ad vesperas dictum tempus lucis ex institutione gabilon. conci. de conse. di. i. solent preuenitur. vt sic statim post missam dicantur: que alias circa noctis tempus consueuerãt dici. ¶ Hoc tamen quattuor predictis diebus precedentibus non seruatur qui diebus quadragesimalibus superadditi ex alia causa fuerunt. vel potest dici ꝙ qz quadragesimali tempore propter dispositionem ad paschalem solennitatem ⁊ correctionem delictorum preteritorum sanctioribus operibus insistendum est ideo prouisum est: vt eo tempore quo seruamus illa ieiunia plures orationum supplicationes ieiunij agamus: ⁊ propter hoc non solum alias horas verum etiam vesperas ante cibum dicimus. Predictis tamẽ quattuor diebus hoc nõ seruatur ad repꝛesentandum primariam dispositionem penitentium qui in suis primordijs non possunt tot sanctitatis obseruantijs insudare. ¶ Hoc tempore dicitur ad horas capitulũ: Cõuertimini. Joel. ij. ca. ⁊ illud: inter vestibulum quod est ibidem: ⁊ illud: clama ne cesses. Isa. lviij. ca. ⁊ illõ Derelinquat impius. Isa. lv. ca. ⁊ illud frange esurienti. Isa. lviij. ca. ¶ Sane hec quarta feria quattuor priuilegijs insignitur. Primum quia tali die incipim⁹ ieiunare quod fit quadruplici ratione. Primo pro eo ꝙ christus legitur quarta feria suum ieiunium inchoasse ꝙ inde videtur: quia natus est die dominica. ⁊ si quis diligenter computet annos ex tunc vsq; ad triginta. ꝑm rationes computi inueniet eum in tertia feria baptizatum fuisse. ⁊ sequenti die intrans in desertum inchoauit ieiunium. Secundo ideo in quarta feria ieiunium inchoamus: quia in quarta etate Salomon templum edificauit: ⁊ nos quasi fundamentum illius templi quod ex nobis construitur facimus ieiunando: vt in pascha templum domini esse possumus Unde apostolus templum domini sanctum est quod estis vos. Tertio ideo in quarta feria ieiunium incipit. Cum enim ecclesia in diebus dominicis quadragesime non ieiunet propter gaudium quod habet de resurrectiõe domini que in illa die facta est. In resurrectione dominus legitur bis comedisse semel cuz discipulis euntibus in Emaus: ⁊ iterum quando intrauit clausis ianuis ad discipulos: ⁊ attulerunt ei prem piscis assi ⁊ fauum mellis. Ideo incipit ieiunare ab hac quarta feria antecedente dominicam illaz que ꝓpter hoc vocatur caput ieiunij. De hoc etiam iam premissum est. Quarto quia sicut iaz dicetur hoc tempore ad bellum procedimus. ideo quattuor diebus bui⁹ ebdomade ieiunamus: vt quattuor armati virtutibus s. iusticia: fortitudine. prudentia ⁊ temperantia: quattuor mala que per primum parentem incurrimus deploremus. s. ꝙ de paradiso eiecti sum⁹ ꝙ in hac valle miserie cibũ ad modũ iumentorũ indigem⁹ ꝙ in infernum descendere timemus ꝙ in patria cum dño non gaudem⁹. Quinto vt defleamus q̃ttuor mala que fecimus. s. peccatũ cogitatiõis operis consuetudinis ⁊ locutiõis. Scõm priuilegiũ est qz illa die audiunt cõfessiones publice penitentiũ: ⁊ eis penitẽtie imponuntur Tertiũ qz tũc cineres capitib⁹ aspergunt: vt iam dicetur. Quartũ: qz in die ista fit ꝓcessio qualẽ per totum annũ fieri nõ cõtingit. Penitẽtes nãq; tũc ab ecclesia cum ꝓcessiõe ⁊ cruce eijciunt: ⁊ in die cene in eadẽ recipiuntur: sicut sub illa die dicet. Processionẽ qdez facim⁹. qz tunc ad bellũ cõtra hostes incedim⁹ qui quasi in expeditõe a septuagesima vsq; tũc fuim⁹. Procedentes ergo cõtra hostes armis nostris armamur q̃ sunt humiliatio: oratio afflictio ⁊ elemosynarũ largitio. Humiliatio sicut iaz dicet est in cinere. Oratio: qz tunc dicim⁹ Parce dñe ⁊c. Afflictio de qua in euãgelio. Cum ieiunatis ⁊c. Elemosynarũ largitio que maxime hoc tpe frequentanda est. vnde. Absconde elemosynã in sinu pauperis. Talib⁹ itaq; armis armati ad bella ꝓcedimus. Unde collecta bui⁹ diei est. Cõcede nobis oipotens deus presidia militie xp̃iane sanctis inchoare ieiunijs ⁊c. Ceterum in hac die officiuz vsq; ad nonam differimus non tantuz: quia dñs hora nona expirauit: sed etiam propter castrimargiam nostram. Adeo nãq; ventri dedeti sumus ꝙ audita missa statim ad cibum curremus. ⁊ de horis parũ aut nihil curaremus. Unde in concilio gabilon. de conse. di. i. solent. dicitur ꝙ ad missam concurrendum e: ⁊ auditis missarum solennijs ⁊ vespertijs officijs ac largitis elemosynis ad cibum accedendum est. Hac etiam die benedicitur cinis ⁊ insignum humilitatis capitibus aspergitur sub his verbis. Cinis es: ⁊ in cinerem reuerteris: quod dictum fuit Ade Gen. iij. ca. Et Job penitentiam in fauilla ⁊ cinere egit. prout legitur Job vltimo. ca. Et ait dominus. In domo pulueris puluere vos aspergite. Michee. i. ca. Item legitur Judith iij. ca. ꝙ filij israel humiliauerunt animas suas in ieiunijs: ⁊ cinis super capita eorum. Et abrahã inquit Loquar ad dominum meum cum sim puluis ⁊ cinis. Gen. xviij. capi. ⁊ Mardocheus indutus est sacco spergens cinerem capiti suo. Hester. iiij. capi. ⁊ filie syon conspersernnt cinere capita sua. Tren. iiij. capi. Et hoc est ꝙ sicut ex libro pontificali habetur. Penitentes ⁊ morituri insignuz penitentie ⁊ humilitatis: ⁊ ꝙ terra ⁊ puluis sunt: se in cinere vel solo prosternunt: ⁊ cilitium induunt: quod ex ve. testa. tractum est. Legitur enim Isa. lviij. ca. ꝙ penitentes sacco ⁊ cinere sternuntur. Item Hieremie. xxv. capi. Aspergimini cinere: quia completi sũt dies vestri. Item Jone. iij. ca. Rex niniue indutus est sacco ⁊ sedit in cinere. Item Treno. iij. ca. Virgines hierusalem accincte sunt cilitijs. Item in psal. xxxv. Inducbar cilitio. Fit etiam hoc ad significandum ꝙ sicut in eiectione Ade de paradiso maledicta fuit terra in opere suo: sic per humilitatem penitentie terra nostra. s. liberum arbitrium nostrũ benedicit per pe

nitentiaz: vt non spinas ⁊ tribulos: sed dignos fructꝰ penitentie germinet. Inuitantur autem oēs ad penitentiam generaliter cum dicitur in antiphona: Immutemur habitu ⁊c. Jeiunemus ⁊ plozemus ante deum ⁊c. Et ostenditur causa quare homines debeant ieiunare. s. quia dominus expectat eos ad penitentiā. Unde introitus est: Miserere mei deus ⁊c. quod rñdet epistole: ostendens triplicem effectum penitentie. Primum quia per eū habemus remissionem peccatozum ⁊ collationem gratie: ⁊ cōculcationem inimicozū. Unde sequit̄ Sedit i opprobriuz culcantes me. Sequitur tractus. Bñe nō fm peccata nostra ⁊c. qui significat labozem qui in penitentia habetur. Et dicitur iste tractus vsqz ad dominicam de passione in secunda quarta ⁊ sexta ferijs: vt in diebus artiozi ieiunio deputatis incepte penitentie memozes orationes ieiunio cōbinemus. In euāgelio autem Cum ieiunaueritis ⁊c. Matthei. vj. c. legitur demodo ieiunandi vbi dicitur: Tu autem cū ieiunas vnge caput tuum: ⁊ faciem tuam laua. qz omnis penitens debet vngi oleo spirituali quod est iocunditas mentis tanq̄ athleta ⁊ pugil domini: sicut habetur in ecclesiastico. Oleuz de capite tuo non deficiat: ⁊ faciem tuam laua. i. interiozē hilaritatez exterius demonstra ne videaris hominib⁹ ieiunans. i. sic ieiuna vt nō intendas fauozē humanū sed solius dei: ⁊ pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Offerenda est Exultabo: vbi est gratiaruz actio de impetrata remissione. Cōmunio est: qui meditabitur in qua est aliozū exhortatio de legis meditatione: ⁊ consonat euangelio: quia meditari in lege est thesaurizare in celo.

¶ De quinta feria. Rubrica.

Sequitur ō quinta feria. Si quidez inuitati sūt omnes in precedenti die sicut ibi dictū est ad penitentiam. Sed quia penitentia consistit in tribus scilicet in oratiōe ieiunio ⁊ elemosyna: ideo in tribus sequentibus diebus agit de bis tribus: ⁊ primo ō oratione i hac qnta feria: ⁊ ideo incipit introitus. Cum clamarē ad dñm Fit autem oratio ab aliquo: quandoqz pro se: quandoqz pro alio. Ut ergo ostendatur quantum valet ab aliquo pro se facta oratō: igitur sequit̄ epistola Egrotauit. Isa. xxxviij. ca. In qua proponit ecclesia regem Ezechiam in exemplo: qui oratione pro se facta impetrauit a domino quindecim annos vite sue superaddi Ut etiam ecclesia ostendat quantum valeat oratio p alio facta legitur euangelium Cum intraret ihesus. Matth. viij. ca. de Centurione qui roganit dominuz pro puero suo vt sanaretur quod impetrauit.

¶ De sexta feria. Rubrica.

In sexta feria agitur de ieiunio: ⁊ ostēditur q̄le ieiuniū placet deo. s. spirituale nō carnale. Unde epistola agit ō hoc: Clama nec cesses. Isa. lviij. ca. ⁊ post. Quare ieiunauimus ⁊ nō aspexisti ⁊c. Et dñs respondet: Nūquid tale est ieiunium quod elegi cōtorquere quasi circulū caput ⁊c. quasi diceret. Nō placet mihi tale ieiunium q̄ aliquis se crucier in tantū: sed q̄ dissoluat fasciculos impietatis. i. ab omni peccato abstineat: quod fit p̄ charitatē. Unde sequitur euangeliuz Audistis: quia Matth. v. ca. agens de charitate vbi dicitur: licet hoc in ecclesia non legatur. dictū est antiquis Non occides. Ego autem dico non irasceris.

¶ De sabbato. Rubrica.

In sabbato agit ecclesia ō elemosyna ⁊ de sab bato: quia per premissa tria. s. orationes: ieiunia ⁊ elemosynas venit̄ ad sabbatismum mentis: vbi pena iaz facta que spectat ad penitentiam id est pax que ē ges ⁊ sabbatismus mētis se osculant̄. i. cōueniūt. Et ppt hoc sequit̄ aperta in epistola. Isa. lviij. ca. Si abstuleris de medio tui catbenam. s. peccatoz: ⁊ cetera que ibidē sequunt̄ tunc vocaberis sabbatū delicatum ⁊c. que ibidē sequunt̄. ⁊ hoc idē dicitur ī euangelio: Cuz sero esset ⁊c. Marci. vj. ca. vbi dicit̄ de discipulis laborantib⁹ in mari per quos penitentes designant̄ q̄ dominus ascendit in naviculā cū eis: ⁊ statim facta ē tranquillitas: qz deo p̄sente in corde hois: pacifice tur anima ⁊ trāquillū fit ibi. Hoc sabbatuz lz habeat epistolam ⁊ euangeliū sicut nōnulla alia per anni circulum nō tñ est cantibus officiatū: qz fm quosdā nōduz erat solenni ieiunio deputatum. Hodie vero ieiunamus: vt ad quietis eterne sabbatum perueniamus.

¶ De prima dominica quadragesime. Rubrica.

In hac dñica in qua cantatur Inuocauit me ⁊c. Incipit quadragesima que significat tēpus penitentie spiritualis: ⁊ vocatur dñica quintana: qz qnta est a pascha. Quid autem significent quinqz dominice quadragesime dictum est in prima parte sub ti. de picturis. Dicta ē aūt quadragesima lz i ea sint quadragintaduo dies vsqz ad pascha. Primo qz ecclesia nō curauit de duobus q̄ minutias nō attendit. sed sūmam numeri ponit q̄uis sit parū plus vel minus. Secundo qz quadragesima nō protendit̄ nisi vsqz ad diē cene dñi que ē dies absolutiōis. Nā per q̄dragesimā bñ obseruatā: ⁊ per verā pniam puenit hō spūaliter ad cenaz agni. Unde Apoc. Beat⁹ q̄ vocat⁹ est ad cenā nuptiaruz agni. ⁊ fm hoc solū sunt quadraginta dies. Tertio qz filij israel laborantes in deserto quadraginta ānis cibati māna per

quadraginta mansiones venerũt in terrã ꝓmissiõis quo etiaz exemplo quadraginta diebus a deliciis corporis abstinentes verbis vite reficimur: orationi vacamus: vt eandem per ihesum xp̃m in terra viventium introeamus: sicut illi per ihesum naue. i. iosue in terram promissionis introducti sunt. Ideo autem ſm Hiero. sunt in ea quadragintaduo dies: q̃ dominus venit ad nos per quadragintaduas generationes cõputatis Jeconia patre ⁊ Jeconia filio ⁊ ipso domino Sane totum tempus vite nostre quadragesima est. Jeiunamus autem quadraginta diebus incipientes precedenti quarta feria. Primo ſm Aug. qm̃ Matheus quadraginta generationes posuit. Ad hoc enī dominus suo quadragenario numero ad nos descẽdit vt nos ad eũ nostro quadragenario numero ascẽdamus: de conse. di. v. ieiunium. Secundo ſm eundẽ: quia ad hoc vt habeamus quinquagenariuz quadragenario adiiciendus est denarius. Ad hoc enim vt perueniamus ad requiem beataz oportet nos toto tẽpore presentis vite laborare. vnde ⁊ dominus cum discipulis quadraginta diebus mansit. ⁊ post decimam diem spiritum sanctum misit. Jeiunamus ergo quadraginta diebus. Nam ⁊ moyses ad accipiendũz legez ieiunauit quadraginta diebus. similiter ⁊ Helias dominus quoq; noster quadraginta diebus ieiunauit absq; cibo: ⁊ hoc ꝓ institutione ⁊ exemplo. Unde nonnulli vnam tantum quadragesimã obseruant illi vero ꝓ merito ieiunauerunt. Cõmuniꝰ tamen ẽ tres quadragesimas seruare: eo q̃ moyses vt tradũt hebrei ter ascendens ad dñm ieiunauit: vel potius q̃ tres in tribus leguntur ieiunasse quadragenis scilicet Moyses: helias ⁊ dominus. Quare autem quadraginta sex diebus sumus in abstinentia. dictum est sub precedenti quarta feria. ¶ Considerandum est aũt q̃ tempus quadragesime penitentie ascribitur. Penitentie autem fructus sunt: ieiunium: vigilia ⁊ alie carnis afflictiones: elemosyna corporalis ⁊ spiritualis: ⁊ alia misericordie opera: oratio: ⁊ deprecatio: ⁊ alie species contemplationis. fletus: lachryme: ⁊ alia insignia contritionis. Ideoq; de his ⁊ similibus ad penitentiam pertinentibus in nocturnis ⁊ diurnis officiis hac die ⁊ sequentibus legit ⁊ cantat ecclesia copiose. Et ꝓpter hoc etiam hoc tẽpore dicit̃ regularit̃ octies in canonicis horis p̃s. ille penitẽtialis. Miserere mei deus. ¶ Et est notandum q̃ propter ieiunij principium ordo interrumpitur historiarum. Cum enim in septuagesima ⁊ sexagesima cantatum fuerit de Adã: ⁊ in quinquagesima de Noe ⁊ Abraham in hac ꝓia interponitur de fructibus penitentie in secunda vero de Jacob. i tertia de Joseph. in quarta de moyse. Antiquitus tres instituit ecclesia sexagesimas. de quo tactum est in prima parte sub ti. de ecclesiasticis sacramentis. Sane quia vt dictum est sub quarta feria cinerum hoc tempus est xp̃iane militie: ⁊ in quo dyabolus fortius contra nos insurgit: ⁊ ideo ne homo desperet quasi confortatiuuz quoddam canit ecclesia introituz. Invocauit me ⁊c̃ quo audito spe fit homo fortis. Unde dicit apostolus. Spe fortes in tribulatione gaudentes. ⁊ Isa. xxx. ca. In silentio ⁊ in spe erit fortitudo vestra. Siquidez in his duobus consistit tota fortitudo hominis spiritualis scilicet in silentio. i. a tumultibus seculi: nihil de his que sunt seculi appetãdo: ⁊ in spe eterna desiderando. Per epistolam que incipit: Hortamur vos. ij. Corinth. vj. c. Ut mat ecclesia milites suos quattuor cardinalibus virtutibus. Primo fortitudine cum dicit: Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis ⁊c̃. que ibi de fortitudine dicuntur. ⁊ quia sequitur in omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia. Secundo temperantia cum dicit: In castitate ⁊ ieiunijs multis. Tertio prudentia cum dicit: In scientia. i. in prudentia. Sunt autem idem subiecto scientia ⁊ longanimitas: quia scientia ⁊ longanimitate scimus conuersati in medio prauę ⁊ peruerse nationis: ⁊ bonitate ⁊ suauitate que est in spiritu sancto hoc totum prout codez sumitur. Sequitur in charitate non ficta: quia omnia sine fictione fieri debent. Quarto iusticia: cuz dicit Per arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris. Post epistolam sequitur responsorium. Angelis suis deus mandauit de te ⁊c̃. vt sic secure homo possit pugnare Sequitur tractus. Qui habitat in adiutorio. in quo agit de tentatiõe. Tractus vero ideo dicitur: quia ibi ostẽditur q̃ hec vita misera trahitur multis doloribꝰ ⁊ laboribus: ⁊ quia posset conqueri aliquis de inequalitate istius pugne: quia tentator potentissimus est. vt habetur in Job. Non est potestas super terram que ei valeat comparari: ⁊ sapientissimus: quia multa vidit ⁊ crudelissimus: quia vt dicit Hiere. Crudelis est: ⁊ nõ miserebitur. homo autem infirmissimus ⁊ ignorans. ⁊ ideo in ipso tractu ponitur solutio huius: quia ad hoc permittit deus inimicum tentare vt homo timeat ⁊ ad deum confugiat: quia scit ⁊ potest ⁊ vult liberare: ⁊ sic in se non speret: sed in deo qui promittit q̃ liberabit si confugiat ad eum. vult ergo deus vt homo habeat timorem de inimico forti ⁊ spem de promissionibus futurorum ⁊ de dilectione dei vehementissima ergo sequitur q̃ vult eum protegere quemadmodum gallina protegat pullos suos examore vehementi: ⁊ est spes de custodia angelorum. Homo autem simolatur inter duas molas timorez. s. ⁊ spem efficietur panis placens deo: ⁊ sic vincet omnem tentationem siue sit leuis ⁊ occulta que dicitur timor nocturnus: siue leuis ⁊ manifesta: que dicitur sagitta volans in die: siue sit gravis ⁊ occulta que dicitur negocium perambulans in tenebris. siue sit gravis ⁊ aperta que dicitur demonium meridianum. Hec quattuor genera tentationum vincet quilibet sic armatus: vt dictũ est. Sz in euangelio nõ sunt nisi tres tentationes vbi dicit: Ductus est iesus in desertũ ⁊c̃. Matth. iiij. ca. ⁊ cõprehenduntur quãdoq; octo tentatiões sub quaternario: vt dictum ẽ. quãdoq; sub trinario: vt i eodẽ psalmo inferius dicet̃. A laqueo venantium. i. ab opere malo: ⁊ a verbo aspero. i. a peccato oris. Tentatꝰ autem fuit dominus a dyabolo triplici tentatione. s. tentatione gule cum dixit ei Dic vt lapides isti panes fiant. cupiditatis. s. cum dixit. Hec oia tibi dabo: si, prostratus adoraueris me. ⁊ inanis glorie. s. q̃ dyabolus voluit eũ deijcere de pinaculo: sicut fecerat alios p̃dicatores multos

t vicit eu3 dñs per auctoritates sacre scripture: quod significatum est in hoc q3 Dauid lapidibus sumptis de torrente deiecit Goliam: docens nos deberi armari gladio vbi dei: pter illa arma qbus nos armat apostolus i epistola hodierna: vt sic sufficienter ad pugnā armati sumus. Potest etiaz dici q3 a principio septuagesime ecclesia tot tribulationibus pressa desperans clamauerat: Circundederunt me gemitus mortis q̄ si a nulla parte euadere possit. In principio vero sexagesime vbi etiam de hoc dictum est. t dicetur in quarta dñica quasi posita inter desperationem t spem clamauit. Exurge quare obdormis dñe. In pricipio quinquagesime iam desperās clamauit: Esto mihi dñe in deum protectoꝛ: imo deprecatiuā mutans in affirmatiuam dixit: dux mihi eris t enutries me. Nunc vero in principio quadragesime ostendens se exauditaz dixit: Invocauit me t ego exaudiam eum. t epistola dicit. In tempore placito exaudiui te. In graduali dat nobis angelorum custodia. In tractu diuina protectio quia circundamur scuto veritatis. In euangelio ad exempluz saluatoꝛis ab hoste triumphus: cui dicim⁹. Vade retro satbanas. In offertorio etiam diuina protectio notatur cum dicitur. Scapulis suis obumbrabit tibi ꝛc. In post communione demonum subiectio. vbi dicitur super aspidez t basiliscū Ab hac die vsq3 ad paraseuez cooperiuntur cruces: t velum ante altare suspenditur. de quo in prima parte dictuz est sub ti. de picturis. Hec dominica priuilegiata est q3 est ianua t limes quadragesime: que representat tempus quo filij israel morari sunt in deserto. Tria quidē fuerunt in populo israel quorum duo pmemorauim⁹ s. peregrinatio que fuit in egypto quando Jacob t filij sui profecti sunt in egyptum. captiuatio que fuit in babylone: t dispersio que fuit facta a Tito t Vespasiano per totum mundum quam non commemorauimus: quia ab illa nunq̄ reuocabuntur: de qua dictuz est. Tradam eos in manu de qua non poterunt surgere. In hac dominica ad horas dicitur capitulū: Fratres hortamur ne inuacuum ꝛc. ij. Corinth. vj. ca. t illud: Ecce nunc tempus. ij. Corinth. vj. ca. t illō: In omnibus exhibeamus. ibidē. Et fit hodie statio apō basilicam laterancū. que constructa est in honorem saluatoꝛis: t plusq̄ prophete Joannis eo q3 officium hodiernum saluatoꝛis nostri prophetice resonat felicitatem.

¶ De secunda feria. Rubrica.

Postq̄ dominus t apostolus armauerunt militem suum: nō restat nisi vt pugnet: quia hostes semper parati sūt. Quia vero per opera misericordie specialiter t maxie fit pugna ista: ideo de ipsis est feria ista que agit de elemosyna. Rursus quia onus pugne non libenter suscipitur nisi intuitu premij: ideo in hac secunda feria est introitus. Sicut oculi seruorum ꝛc. Et dominus i epistola: Ecce ego requiram oues meas ꝛc. que sumpta est de Ezechiele. xxxiij. ostendit premium cum dicit: Et paschabam eas. qui enim pascit dominum in paupere: t dominus pascit eum. sicut vbi legitur in montib⁹ israel. i. in mansionibus eternis. Idem habetur p euā gelium: Cum venerit filius ꝛc. Matthei. xxv. ca. vbi dicitur. Venite benedicti ꝛc. Esurivi t dedistis mihi manducare. Debemus autem habere oculum ad ipz non tantum sinistrum vt respiciamus penas eternas t propter hoc bonum faciamus. hoc enim esset timoꝛ seruilis: sed etiam dextrum vt consideremus premia istum oculum vult nobis auferre dyabolus: t nititur quantum potest. vnde. i. Reg. x). ca. Rex āmonitaruz noluit inire fedus cum iabitis nisi erueret eis dextros oculos. viij. q. i. deniq3. Similiter vult facere nobis dyabolus: vt non simus apti ad pugnandum sicut miles qui non habet oculum dextrum.

¶ De tertia feria. Rubrica.

Tertia feria agit de oratione t sumitur introitus de psalmo qui est oratio. Dñe refugium factus es nobis. Pugnamus enim orando. Unde iesus naue in deremo pugnabat: t moyses orabat: merito qui pugnabat nō deficiebat: quia ille orando vincebat. xxxviij. di. si quis vult. Epistola vero Querite dñm ꝛc. Isa. lv. ca. docet nos orare: t inuitat nos ad orationē. Querite dominum. s. de relinquendo vitia t peccata. quia multus est ad ignoscendum: non enim cogitationes mee cogitationes vestre. Que vero sint cogitationes eius ostēdit Hiere. dicens. Ecce ego cogito cogitatiōnes pacis t nō afflictionis. Si enim ex vero corde rogatur t querit̄ statim pacificatur quantūcunq3 deliquerit in eum homo: t hoc dum inueniri potest scilicet in presenti. Ecce ostenditur effectus oratiōnis q3 per eam homo deo pacificatur. Idem etiam habetur per euangelium. Cum intrasset. Matthei xxj. ca. in quo dicitur. Postq̄ eiecit ementes t vendentes de tēplo dixit. Dominus mea. i. homo in quo habitat domus oratiōnis vocabitur. in epistola monemur ad petendum vt habitet in nobis. in euangelio: vt det nobis eterna gaudia. Cetera que in graduali in offerenda: t post cōmunione cantant. sunt querentiū dominum orationes t consolationes t gratiarum actiones.

¶ De quarta feria. Rubrica.

Quarta feria est ō ieiunio sed quia illa dies est septima a capite ieiunij. Septimus autem numerus t septuagesim⁹ idem significant. Idem enim significat numerus multiplicatus t numerus multiplicans. Septuagesimus vero significat liberationem a captiuitate: ideo in introitu qui est: Reminiscere ꝛc. petit liberationem scilicet que bētur p ieiunium. t in epistola t in lectione monemur ad ieiuniū exēplo Moysi t Helie. Lectio que legitur propter ordines sumpta est Exo. xxiiij. capitulo. Ascende ad me in montem ꝛc.

Epistola vero de tertio. Reg. xix. ca. venit helias ꝛc. Quale autem ieiunium debeat esse. s. spirituale monstratur nobis per ieiuniuz moysi: vtilitas vero per heliam Jn azimo enim cibo peruenitur vsq; ad montē dei oreb. i. ad altitudinem mense illius quando comedemus supra mensam patris xpi in regno suo. Per ieiunium quidem ira dei temperatur ꝛ mitigatur qđ ostenditur per euangelium Matth. xij. ca. Accesserunt ad iesum ꝛc. in quo habetur de niniuitis qui iraz dei temperauerunt per ieiunium suuz. ¶ Et nota q; in hac feria solennitas ieiunij duplicatur: quia ieiunatur taz rōne quadragesime q; rōe ieiunij q̄ttuor tēporum. Quia vero penitentiū asperi⁹ ieiunantiū corpora desiccanť in his nō habitat sicut dicit in euangelio. Spiritꝰ imundus q; ambulat p loca arida querēs requiem ꝛ non inuenit. Corpora enī ieiunij desiccata fastidit. Jdeo ad ieiunia libentius appendenda moysi ꝛ helie premittuntur exempla quorum vterq; in singulis lectionibus quadraginta diebꝰ ꝛ quadraginta noctibꝰ ieiunasse perhibetur. Jtaq; ꝓpter ieiunij geminationem. s. quadragesime ꝛ quattuor tēporū duo versus in graduali ponuntur. Ea que in introitu: graduali: tractu: cōmunione: ꝛ offerenda cantantur sunt consolationes ꝛ orationes vt ieiunantes a tribulationibus eripiantur: ꝛ ne his qui ieiunijs ſ affliguntur inimici dominentur. Hec quarta feria in hoc priuilegiata est: quia illi qui in sabbato sequenti ordinandi sunt interrogantur de scripturis sacris ꝛ examinantur de quo ꝛ quare due lectiones leguntur ad missam sub q̄rta feria tertie ebdomade aduentus dictum est.

¶ De quinta feria. Rubrica.

Quinta feria est de cōfessione p quā etiam pugnatur ꝛ est introitus. Cōfessio ꝛ pulchritudo. Est autem triplex cōfessio. s. fidei peccati ꝛ būilitatis. Qui habet hanc confessionem pulchritudo est in conspectu eius. Jn conspiciendo enim deū humiliamur nos ꝛ deo similes sumus imitando ipsum. Epistola vero. s. orauit Esdras ꝛc. sumitur de Esdra. ix. c. in qua est oratio Esdre ꝛ confessio qui orauit sicut etiaz Daniel orauit. Peccauimus ꝛ iniuste egimus ꝛc. ꝛ per istam confessionem meruerunt remissionem peccatorum: ꝛ ita ostenditur effectus confessionis Jn alijs ecclesijs legitur epistola. Factꝰ ē sermo domini Ezechiel. xviij. ca. que etiam loquitur de effectu confessionis: euangelium. Egressus iesus ꝛc. Matth. xv. ca. est de muliere cananea: que per confessionem fidei cum dixit. Domine adiuua me: ꝛ per confessionem humilitatis. cum dixit. Nam ꝛ catelli ꝛc. meruit filie sue sanitatem ꝛ dictum est ei. Mulier magna est fides tua. Quidam autem legunt euangelium in quo iudei gloriantes q; essent filij abrahe. conuincuntur non esse filij abrahe: quia non faciunt opera eius sed esse ex patre diabolo eius opera faciendo: vel vt quibusdā moris est legitur euāgelium quod alij legunt feria quinta sequētis ebdomade de diuite qui apud inferos cruciatur. patremq; vocans ꝛ deprecans abraham non vt filius exauditur. His consonat illud prophetic⁹ qđ in epistola permittitur q; si vir iustus genuerit filium sanguinem effundentem ꝛ vniuersa detestanda facientem: ipse quidem in iustitia sua viuet: filius autem eiꝰ qui operatus est iniquitatem morte moriatur. Cetera que sunt in introitu: graduali ꝛ offerenda sunt laudes ꝛ orationes iusti. Cōmunio Panis quem ego dedero. Joh. vj. c. declarat. vnde iustus viuat. s. de carne xpi. ¶ Et attende q; quinte ferie propria olim nō habebant officia: sed a dominicis estiualibus officiabā tur: ꝛ earum euangelia non sunt de ieiunijs instituta sed de diuite ꝛ Lazaro ꝛ vidue filio suscitato. Olim etenim non ieiunabant: sed vt in dominicis solēnizabant. sed postmodum a gregorio iuniore quadragesime fuerunt adiuncte ieiunio: prout dictum est sub septuagesima ꝛ inofficiositate. Et inde est q; varietas epistolarum ꝛ euangeliorum in quintis ferijs reperit de hoc dicetur sub quinta feria sequentis ebdomade

¶ De sexta feria. Rubrica.

In sexta feria que est nona dies ieiunij qui numerus est angelicus petit ecclesia liberari ab omnibus tribulationibus. Et est introitus de necessitatibꝰ ꝛc. ꝛ fit hoc per angelos: ꝛ maxime per angelū magni concilij. ꝛ iō legitur euangeliū Johannis. v. ca. Erat dies festus ꝛc. Jn quo dicitur angelus domini descēdit in piscinam ꝛ mouebatur aqua: ꝛ sanabatur vnus ideo vnus quia tantum vnitas ecclesie sanatur. Sed ne in contradictione peccemus sicut iudei qui dicebāt istud proverbium ironice. Patres nostri manducauerunt vuam acerbam in deserto: ꝛ dentes filiorum obstupescunt i. nos punimur propter hoc qđ nō est iustū ideo legiť epistola de Ezechiele. xviij. ca. Anima que peccauerit ipsa morieť. Filius nō portabit iniquitatē patris: nisi imitetur patrem in malicia. Vindicat enī dominus iniquitatem patrum in filios in his qui oderunt eos: extra de reg. iur. nisi. i. q. iiij. per totum.

¶ De sabbato. Rubrica.

Postea vero non restat nisi sabbatissmus. Et est epistola ō sabbato mentis. Frēs hortamur vos. Per sabbatum vero mentis venitur ad sabbatum eternitatis: ꝛ ideo dicit euangelium de transfiguratione domini in qua apparuerunt tantum moyses ꝛ helias quorum exemplo animatur ecclesia ad ieiunium. ¶ Jn missa huius diei lectio prima est. Orauit Moyses. Deutero. xxv. capitulo. Secunda est: Dixit Moyses filijs israel. ibidē xj. ca. Tertia est: Orationem faciebant. ij. Macha. i. capitulo. Quarta Miserere nostri. Ecclesiast. xxxvj. ca. Quinta est: Angelus domini. de q̄ dictū est

sub quarta feria tertie dominice de aduentu. Quia ergo pro ordinandis orat ecclesia cantat introitum: Intret in conspectu ꝛc.ꝛ graduale propitius est ꝛc.ꝛ Protector noster aspice ꝛc.ꝛ conuertere domine ꝛc. ꝛ Dirigatur domine oratio mea ꝛc.ꝛ Ad dominum cum tribularer clamaui ꝛ exaudiuit me ꝛc. Ad quinq; lectiones flectit genua: vt quinq; sensus ordinādorum a domino dirigantur. Quia vero dyaconi ꝛ sacerdotes tanq; perfectiores eternis intendere tenentur. inde est q; ante sextam lectionem siue ante epistolam non dicitur flectamus genua: sicut nec ante euangelium. Hoc etiam fit propter reuerentiam apostolice lectionis. ꝛ propter eandem etiam causam ad oratione super populum genua non flectimus: sed solū caput inclinamus. Rursus quia multum valet deprecatio ecclesie assidua: quis enim est qui non audiatur in tribulationibus idcirco quinto loco legitur lectio ō tribus pueris de camino ignis liberatis: ꝛ sequuntur gratiarum actiones in cantico Benedictus est dominе ꝛc. Quia vero officium predicationis etiaz ad subdyaconum pertinet: idcirco sequitur epistola Pauli. i. ad Thessal. vlti. c. Rogamus vos corripite iquietos consolamini pusillanimes ꝛc. Officium enim predicatoris est alios corripere: ꝛ reliqua facere que in epistola ipsa docentur. ꝛ ita epistola ipsa pertinet ad ordinatos saltem in sacris. Deinde sequitur tractus. Laudate dominum omnes gētes: laudate eum omnes populi in quo omnes inuitamur ad dei laudem: qui ministros suos sua misericordia confirmat. Tractus ergo ꝛ canticum Benedictus es. sunt ordinatorum. Et quia sacerdotes in virum perfectum cōmutari debēt: quorum ministerio panis ꝛ vinum transsubstantiantur in corpus ꝛ sanguinem domini. inde est q; legitur euangelium de transfiguratione. Assumpsit ihesus petrum ꝛc. Matthei. xvij. ca. Debent enim transfigurari ita q; in eis non appareat nisi resurrectio dei. Sed quia in presenti vita sine tribulatione aut vix aut nunq; esse possumus: ꝛ propterea semper ad dominuz clamandum est. inde est q; sequitur offertorium. Domine deus salutis mee ꝛc. ꝛ post cōmunio. Domine deꝰ in te speraui ꝛc. Priuilegiatum est hoc sabbatum; qz in eo ordines celebrantur.

¶ De secunda dominica quadragesime. Rubrica.

Hec secunda dñica intitulatur dñica vacat pro eo q; ꝓprio caret officio. ideo autem caret officio; naz cū in precedenti ebdomada occurrunt quatuor tēpora in quorum fine ordines celebrantur habebat antiqua ecclesie institutio vt post finem dei sabbati inciperet officium ordinum; ꝛ in die dñica terminaretur: ꝛ ita officium quod i fine dici sabbati incipiebatur vsq; in diem dñicaz protendebatur ꝛ sic tunc ipsa dominica proprio caret officio. lxxv. di. quod a patribus extra ō tempo. ordi. litteras. Veruz quia difficile erat a sexta feria vsq; in diem dominicam nil comedere: factum est vt in sabbato ordines celebrentur: ꝛ in die dominica que vacat officio. officiū quarte ferie precedentis repetatur. Potest etiam dici q; ecclesia suspendit organa sua in hac dominica que est quinta a septuagesima ad similitudinem populi q; existens in captiuitate: nec altare nec templum habuit: immo organa sua suspendit: quare proprium nō habet officium. Sicut autem dominica ista vacat ob officio proprio: ita ꝛ omnes quinte ferie quadragesime quondam proprio carebant officio: prout sub gnata feria dicetur. ¶ Et atiēde q; hec dominica vacat solū cantu diurno: nec vacat omnino officio: nec euāgelio: ꝛ ideo solum in graduali debet intitulari dominica vacat: ꝛ non in antiphonario nec in euangeliario. ꝛ in quibusdam ecclesijs dicitur euangeliū. Egressus. quod dictuz est in proxima quinta feria. In alijs Assumpsit ihesus petrum. Verum in precedenti dominica dictum est q; in ipsa dominica armauit dominus militem suum quattuor cardinalibus virtutibus ꝛ gladio verbi dei. Sed quia vt premissum est in secūda feria pugna non libenter suscipitur nisi premium ostendatur: ideo agitur in hac secunda dominica de benedictione que ex quintuplex. scilicet benedictio liberationis: gratia: augmenti gratie: contemplationis ꝛ glozie: Quia vero benedictio illa impetratur p orationem: ideo dominica ista consistit in oratione. vnde dicit in introitu Reminiscere miserationum tuarum domine ꝛc. petens cantu lugubri liberationem a vitijs ꝛ peccatis ꝛ spiritus immundis. Hec est prima oratō ꝛ prima dei benedictio scilicet liberationis. In epistola vero que est Rogamus vos ꝛc. i. ad Thessal. iiij. c. petit sibi dari secundam benedictionem scilicet gratie siue gratiam ad bene ambulandum ꝛ bene agendum dicens: Hec est enim voluntas dei vt digne ambulemus: vt sciat vnus quisq; vas suum possidere in sanctificationem scilicet vt fit celeste corpus vt celestia appetat: ꝛ in honore scilicet vt sit deo dignuz templum: quia sedes dei ꝛ templum spiritus sancti sūt nostra corpora ait apostolus. Omnis qui caste ꝛ pie vivit templum dei est: ꝛ spiritus sancti sedes. Et i hac sola dominica idem est graduale ꝛ tractus: eo q; ipsa tota consistit in oratione liberationis. Oratio exprimit laborem ꝛ planctum que duo significantur in gradual ꝛ tractu. Est autem graduale tribulationes ꝛc. Tractus est de necessitatibus ꝛc. Alij autem dicunt tractuz. Dixit dominus mulieri. qui est Matth. xv. ca. Tertia benedictio est benedictio augmenti gratie. Quarta contemplationis. Quinta benedictio glorie. Quia vero benedictiones huiusmodi non habentur vl conseruantur sine magna lucta. ideo in nocturno officio de lucta Jacob cum angelo ꝛ in vtero agit vt exemplo Jacob supplantem fratres nostros malos scilicet si quid nobis inferunt iniurie dissimulantes: ꝛ fit pugna ista in vtero rebecce. id est ecclesie. Rebecca enim gratia interpretatur. In primo responsorio in nocturnis agitur de augmēto gratie. Dixit enī Isaac ad filium. Tolle arma tua pharetram ꝛ arcuz ꝛc. Arma predicatoris sunt sacre scripture que dicūtur pharetra: quia de eis sumuntur sagitte ad percutiendum dyabolum Jacob igitur. i. verus predicator venatur ꝛ interficit homines bona venatione ꝛ

interfectione scilicet per arcum sacre scripture: ⁊ in se occidit bestias. i. vitia ⁊ peccata scilicet porcum luxurie ⁊c. ⁊ tunc cenat cum eo. Isaac. i. risus scilicet dominus qui delectatur in talibus. Sunt enim ei delitie cenare cum talibus: vnde secundum responsorium est. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. i. paradisi. Hoc etiam est id quod supra dicit apostolus: vt sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatiõe ⁊ honore. Sequitur versus. Qui maledixerit ei: sit ille maledictus. Omnes enim qui populo christiano iuniori maledicunt maledicti sunt vt iudei: gentiles ⁊ alij.

¶ In tertio responsorio dicitur. Det tibi deus de ore celi ⁊ de pinguedine terre habundantiaz. Esto dominus fratrum tuorum seruiant tibi tribus ⁊ populi: hec benedictio datur ecclesie: vt omnibus populis dominetur. Ista vero tria responsoria sunt septimi toni ad significandum q; ipsa ecclesia impetrat nobis gratiam septiformem spiritus sancti. ¶ In secundo nocturno in quibusdam ecclesijs est responsorium. Si dominus ⁊c. In cuius versu dicitur. Jacob erexit in titulum lapidem oleum fundens de super: quod nos facimus cum imitatione christi bona agimus: vngimus enim eum per fidem cum ipsum hominem plenum gratie esse credimus: ⁊ duo responsoria sunt de primo ⁊ vnum de sexto tono: quia de christo agunt q est principiuz ⁊ finis: ⁊ in sexta etate vnctus fuit oleo leticie pre participibus suis. In septimo vero responsorio orat Jacob. Erue me ꝺ manu fratris mei. quia valde eum timeo. Valde enim debet timere sanctus ne corrumpatur a malis. In octauo responsorio agitur de benedictione contemplationis. Unde ibi loquitur de lucta Jacob cum angelo: quia per orationem debemus luctari cum domino: donec habeamus statum contemplationis. Et dixit ei angelus. Dimitte me aurora est. i. satis habes fidem vel charitatem vel gratiam. Hec debemus dimittere donec de luctatione contra vitia faciat nos contemplatiuos: q; regnũ celorum vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud. Tũc autem videtur sine nubilo peccati. Unde in nono respõsorio dicit Jacob. Vidi dominum facie ad faciem. i. sine nubilo peccati non sine velamine creaturarum. Hac ratione ecclesia parisiensis dicitur legere hac die euangelium de transfiguratione que est ꝺñdictio gloríe. Et ita patet q; habita benedictione liberationis gratie: ⁊ augmenti gratie ⁊ contemplationis: ⁊ consiꝺerato premio glorie libenter ⁊ fortiter pugnant milites Christi.

¶ De secunda feria. ¶ Rubrica.

Secunda feria est de oratione vnde in epistola que icipit. Orauit daniel ⁊c. Danielis. ix. capitu. ostenditur quantum valet oratio cuz ieunio. Daniel. i. vir desideriozum orauit pro populo suo ⁊ abstinuit a regalibus cibis: ⁊ vsus est leguminibus: ⁊ ideo exaudita est oratio eius sicut ei dictũ est ab angelo. Sed quia nil valet oratio nisi que fit in cognitione dei. ideo sequitur euangelium. Joh. viij. Ego vado ⁊ queritis me: ⁊ non inuenietis dicit dominus iudeis. Et iterum. Ego sum desursuz ⁊c. Ego nõ sum de hoc mundo: ⁊ non cognouerunt eum: ⁊ ideo adhuc manent in peccatis suis. Ibi itaq; diuidit dominus spirituales a carnalibus. i. aquas que sũt sub firmamento ab his que sunt super firmamentũ: ⁊ ita huic secunde ferie competit opus secũde diei: ⁊ ideo introitus est de secundo tono. Carnales enim non possunt orare deum: quia non cognoscunt eum. Nã qui in carne sunt deo placere non possunt. lxxxij. dist. proposuisti. Nempe ea que in introitu graduali offerenda ⁊ communione cantãtur: sunt orationes consolationes: ⁊ laudes conuerse gentilitatis cui dominus exhibuit intellectum.

¶ De tertia feria. ¶ Rubrica.

Tertia feria est de ope diei tertie quod est Congregentur aque omnes in locum vnum ⁊ terra fructificet: hoc fit quando homo nõ curat ꝺ voluptatibus carnis ⁊ ieiunat per charitatem. Jeiunium laudabile ẽ: vt homo non sit multum curiosus de cibo corporali: vt dicitur in euangelio. Nolite solliciti esse sollicitudine scilicet suffocante: sed sollicitudine prouidẽtie possumus ⁊ debemus ideo introitus. Tibi dixit cor meũ exquesiui te. ẽ tertij toni propter opus tertie diei. In epistola vero. Factus est sermo domini ⁊c. iij. Regũ. xvij. capi. hortatur ecclesia vt non simus multum solliciti: ⁊ hoc propter belyam qui pastus est a vidua sareptena: ⁊ a corno: ⁊ ipse etiam pauit viduam dicens. Non deficiat farina hydrie. i. gratia de corde ⁊ oleuz de lechito. i. gratia seu vnctio spiritual' desuper. Hoc idem hortatur per euangeliuz Super cathedrã. moysi ⁊c. Matth. xxiij. capi. vbi sequitur: vnus est magister vester: ⁊ vnus est pater vester qui in celis est qui habet curam de omnibus. Rursus sareptena mulier in introitu affectum ad christum ostendit dicens. Tibi dixit cor meum. In graduali seipsam consolatur ⁊ hortatur dicens. Jacta cor tuum. In offerenda miserícordiam petit. In communione quasi secura se mirabilia narraturam promittit dicens. Miserere mei deus. ⁊ narrabo mirabilia tua.

¶ De quarta feria. ¶ Rubrica.

Quarta feria est de penitẽtia: que feria est dies penitentie In illa enim traditus est saluator. Et ostenditur i epistola. Orauit hester ⁊c. Hester. xiij. capi. quantum eam oratio faciat efficacem. Per orationem hester que cum regina existeret induta fuit cilitio ⁊ per orationem impetrauit suspensionem Aman in patibulo quod parauerat Mardocheo. Quia vero penitentia concipitur timore iudicij: ideo de psalmo penitentiali qui intitulatur per octauam resurre-

ctionis scilicet Domine ne in furor: sumitur introit9 Nec derelinquas me ꝛc. quia vero non valet penitentia nisi imitetur christum. ideo sequitur euangelium Ascendens ihesus ꝛc. Matth. xx. ca. de cruce christi vbi habetur. Ecce ascēdimus hierosolymam: ꝛ sequitur ibidem de filijs zebedei qui petierunt vt vnus sederet a dextris: ꝛ alius a sinistris: ꝛ dixit eis domin9. Potestis habere calicem quem ego debiturus sum ꝛc. qui non bibit de calice glorie: ꝛ posuit se christus apostolis in exemplum qui de hoc irascebantur.

¶ De quinta feria. ¶ Rubrica.

Quinta feria est de piscibus ꝛ aub9 id est de non confidentibus in domino ꝛ confidentibus in homine: de quibus habetur in epistola. Maledictus homo qui confidit in homine Hieremie. xvij. capi. ꝛ posuit carnem brachium suum ꝛc. ꝛ post. Benedictus vir qui confidit in domino. Et hec ostenduntur per euāgelium Homo quidam ꝛc. Luce. xvj. quod est de diuite ꝛ Lazaro. Dines enim non cōfidebat in domio: ꝛ ideo in inferno positus est. Pauper vero cōfidebat ꝛ ideo i sinu abrahe requiescit. ¶ In offertorio precatus est Moyses ꝛc. ostēditur q̄ oratio iusti efficax est. Moyses enim erat omis: quia māsuetissimus hominum fuit. ꝛ est forma ieiunij: ꝛ placationem impetrauit super iram qua dominus iratus erat iudeis p̄pter vitulum conflatilem. Rursus quidaz hodie legūt euangelium in quo docet dominus nō in hominis sz solius dei testimonio confidendum: de se ipso enim loquens ait secundum carnis fragilitatem. si ego testimonium perhibeo de memetipso testimoniuz meum non est verum. ꝛ infra Ab homine testimonium non accipio. Et infra. Habeo testimonium maius Johanne. His consonat premissa lectio de Hieremia Maledictus homo qui confidit in homine ꝛ cetera. Et infra. Benedictus vir qui confidit in domio. Cōfidens igitur orat in introitu ꝛ in graduali: ꝛ etiam i offerenda in persona Moysi in qua fit verborum repetitio: quia sepe ad dominum pro populo intercessit de hoc etiam dictuz est sub secunda dominica post epiphaniam. Communio. Qui manducat. Jo. vj. ca. ostendit quid vtilitatis proueniat confidenti sz q̄ in christo maneat: ꝛ christus in eo: ꝛ hec communio bene congrueret sabbato ante dominicam palmarum. ¶ Notandum autem est q̄ sicut precedens dominica vacat ab officio: prout ibi dictum est ita ꝛ omnes quinte ferie in quadragesima quondam proprio carebant officio: excepta forte quinta feria cene domini. Illa tamen mutuat introitum a tertia feria illam precedenti. Nam sicut quelibet quinta feria auctoritate Melchiadis pape de conse. di. iij. ieiunium: soluta erat a ieiunio: ita ꝛ ab officio. Unde beatus Gregorius nullum in quinta feria instituit officium: nihilominus tamen hore ꝛ matutine ac vespertinum officium cantabantur. Unde necessarium erat vt super. Benedictus ꝛ Magnificat antiphone de euangelijs aliorum dierum sumpte dicerentur. Sed gregorius secundus instituit ieiunium ꝛ officiuz quinte ferie: ea tamen que prius instituta erant de matutinis ꝛ vesperis officijs non mutauit: ꝛ inde est q̄ antiphone q̄ cantantur super Benedictus ꝛ Magnificat in quintis ferijs non consonant euāgelijs illius diei: de hoc in quinta feria p̄cedentis ebdomade dictuz est.

¶ De sexta feria. ¶ Rubrica.

Sexta feria agit de opere sexte diei i qua factus est homo ꝛ hortatur nos ecclesia ad mansuetudinez ꝛ patientiā: vt omnem iraz de cordibus nostris remoueamus: ꝛ hoc exemplo Joseph ꝛ christi. Et est epistola Dixit Joseph. Gen. xxxvj. capi. de Joseph q̄ multa passus est a fratribus suis. ꝛ tamen sublimatus est velint nolint. In euāgelio Matth. xxj. monemur ad predicta exemplo christi: homo erat paterfamilias q̄ plantauit vineam id est iudaicum populuz per doctrinam legis: ad vltimum misit filium suum ad cultores vinee ad quos prius miserat seruos quem interfecerunt: per hoc autem scilicet mansuetudinem ꝛ patientiaz saciabimur in futuro: vnde introitus est. Ego autem cuz iusticia apparebo in conspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua. Ad tollerandas etiā persecutiones p̄pter iusticiam hortatur in graduali. Ad dominum cum tribularer: ꝛ in offertorio. Domine in auxiliū: ꝛ communiōe. Tu domine seruabis.

¶ De sabato. ¶ Rubrica.

Sabbatum de conversione vel confessione per que cessat homo ab opere seruili: ꝛ sic sabbatizat ꝛ recipit bñdictionem a domino qui benedixit diei septimo. Ad hoc autem instruimur per legē domini ꝛ gratiam spiritus sancti: vnde introitus est de lege. Lex domini ꝛc. ꝛ est primi toni: quia conuersio ad deum ē principium bone vite vnde sequitur: conuertens animas. Sequitur. Justicie domini recte lectificātes corda: quia dant sabbatuz spirituale: ꝛ hec principaliter habentur per gratiam quod ostenditur per epistolaz Dixit rebecca ꝛc. Gen. xxvij. capi. in qua habetur q̄ rebecca monuit Jacob vt afferret pri suo Isaac duos hedos. Per rebeccam gratia dei intelligitur que nos monet ꝛ inspirat nobis offerre deo abhominationez de peccato ꝛ confessionem que per hedos designat. Hedus enim animal fetidum est: ꝛ habet carnes sapidas. Cum enim homini fetet peccatum suum confitetur illud: quod valde placet deo ꝛ angelis eius: qz gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Sequitur autem in epistola De rore celi. i. de gratia celesti ꝛ de pinguedine terre. i. habūdātia temporalium sit benedictio tua: ꝛ preponit de rore celi: quia bona spiritualia preponunt temporalibus ꝛ postea sequitur de pinguedine terre: quia primum

querite regnum dei ⁊ hec omnia adijcientur vobis. Boni enim omnia habent: vnde apostolus: tanq̃ nihil habentes: ⁊ omnia possidentes: extra de priuilegiis. Mali similiter petunt benedictionez qui per Esau designantur: ꝫ quia ipsi preponunt temporalia spiritualibus: dicitur eis de pinguedie terre ⁊ de rore celi erit benedictio tua. Et si enim habeant aliqua spiritualia tamen ei proponunt temporalia. Sequitur responsorium. Bonum est confiteri domino ⁊c. q. d. ecclesia expuo per conuersionem ⁊ confessionem peccati ⁊ reprobationem habetur benedictio ⁊ temporalia ⁊ spiritualia. Bonum est confiteri domino. Item habetur in euangelio Luc. xv. Homo quidaz habuit filios duos: ⁊ petijt vnus dicens. Da mihi partẽ hereditatis q̃ me contingit ⁊ diuisit illis substantiã suaz ⁊ post ille consumpsit omnia postea fuit tanta fames in terra ad quã venit vt compelleretur fame esse porcarius. i. subulcus: ⁊ dixit reuersus ad se quanti mercẽnarij ⁊c. Quando enim homo omnia bona sua amisit per peccatum non habet quid comedat: ⁊ permittit ita deus ipsum cadere vt arguat eum malicia sua: vt legitur Hiere. ij. circa medium: ⁊ moriatur fame: ⁊ dicat quot sunt. s. in ecclesia qui habent iocunditatem mentis: ⁊ ego fame pereo reuertar in domum patris mei: vnde in Exo. ix. habetur q̃ egyptij compellebãt filios israel exire de egypto: tunc recipitur ⁊ datur ei prima stolla. i. gratia: ⁊ ita in euangelio habetur de cõuersione. ¶ Rursus tam in euangelio vbi habetur de duobus filijs q̃ in epistola vbi agitur de Jacob ⁊ Joseph duorum apostolorum iudaici videlicz ⁊ gentilis significatio continetur. Judaicus gratiam spiritualem amittit. gentilis vero conuersus ad penitẽtiaz de lege domini in introitu gloriatur ⁊ cantat. In graduali vero domino confitetur ⁊ laudat: in offerenda oculos suos petit illuminari ne dormiat vt inimicus non prevaleat ei. ¶ Et attende q̃ rationabiliter in secunda quadragesime ebdomada legitur euangelium de filio prodigo reuertente ad patrem: quia gentilis populus per doctrinam legis ⁊ euãgelij ad creatoris cultum reuertitur: ⁊ quiuis penitens per fidez ⁊ oparationem vel per duo precepta charitatis domino reconciliatur cõmunio est. Oportet te. Luce. xv.

¶ De dñica tertia quadragesime. ¶ Rubrica.

TErtia dominica est confessionis ⁊ quarta refectionis sicut enim supra dictum est. dominus in prima dominica quadragesime armauit militem suum: in secunda ostendit ei premium amodo ergo non restat nisi vt ostendatur via: quia per confessionem ⁊ refectionem illuc venit̃ est ergo dominica ista confessionis. Est autez duplex confessio scilicet peccati ⁊ laudis quas habere debet homo. Per humilitatẽ enim p̃fessiõis expectat hõ a deo oia q̃ expectat. s. liberatiõez ⁊ donũ gre: ⁊ oia alia bona: vñ introit⁹. Oculi mei semp ad dñm ⁊c. ⁊ est septimi toni: qz p septiformẽ gratiã spũs sancti euellet̃ hõ de laqueo dyaboli: p̃fessiõez enim scrutant̃ mala: ⁊ iõ fit statio ad sanctũ Laurẽtiũ q̃ p̃fessionez liberat⁹ est. Hec humilitas liberauit Joseph de manib⁹ fratrum suorũ ⁊ de carcere: ⁊ ideo cantat̃ de ipso in officio nocturnali. Adhuc dñica ista sexta est a dñica. lxx. ⁊ sexta feria dñs crucifixus est: ⁊ ideo fit mentio de passione dñi q̃ per Joseph significat̃: ⁊ ita etiã ipsi dicj competunt que dicunt̃. Nam xp̃us per humilitatẽ liberatus est ab insidijs fratrum suorũ. i. iudeorũ ⁊ exaltat⁹ est in toto egypto. i. in mundo: ⁊ ita q̃ litteraliter acta sunt circa Joseph spiritualiter sũt facta erga christuz ⁊ nocturnum officium ordinem comitatur historie. Cum enim in precedenti dñica cantatum fuerit ō Jacob in hac succinitur de Joseph qui venditus a fratribus illos in fame vitauit: ⁊ christus a iudeis crucifixus sua morte humanum genus redimit: ⁊ redimẽdo a demonio liberauit: prout in euangelio legitur hodierno. Ceterum qualis debeat esse confessio ostẽdit apostolus in epistola. Fratres imitatores mei estote ⁊c. ad Ephe. v. ca. Primo enim esse debet in humilitate. s. vt humiliemus nos deo: ⁊ ita in nouitate vite ambulemus. Secundo in perseverantia. s. vt homo non redeat ad vomituz: ⁊ vt infamia peccati remoueatur vnde dicit: fornicatio autem immundicia non nominẽtur in vobis ⁊c. hoc fit perseverantiam in bona vita. Ad hoc idem hortamur in euangelio in fine in quo ostenditur q̃ gratia expellit peccatum. Erat inquit ihesus ejciens demonium ⁊c. Luc. xj. capi. ⁊ Matthei. xiij. Jhesus. i. gratia. Iste idem demoniacus cecus dicitur. a Mattheo ⁊ Beda. Cecus (inquit Beda) videt: mutus loquit̃: possessus a demonio liberatur: ⁊ cum eiecisset demoniũ locutus est mutus: quia quãdo data est homini gratia confitetur ⁊ loquitur in cõfessione. Postmodum ostendit dominus stabilitatez regni sui per individuam charitatẽ ⁊ instabilitatẽ regni dyaboli. Omne ingt regnũ in seipm diuisuz desolabit̃: ⁊ sic regnũ dyaboli ⁊ suorũ qui diuisi sũt a deo ō struet̃. Sed regnũ dei manet in eternũ: ⁊ ita inuitat oẽs homines ad regnũ suuz qō manet. Propter hoc debet hõ pseuerãter agere opa confessiõis q̃ per ea habebit̃ regnuz celorũ: ⁊ ideo rñsoriuz est. Exurge dñe nõ p̃ualeat homo. i. dyabolus qui nobis intendit auferre regnum celoz. Hoc igitur intendit ecclesia vt simus perfecti in confessione: ⁊ similiter pfecte moriamur peccatis: vt per bonam vitaz etiam infamia peccati deleatur sicut dicit dominus per Hiere. Perdaz babylonis nomen. Hoc dicit quia gratia expellit peccatuz ⁊ infamiã. Sequit̃ ⁊ reliquas ⁊ germen babylonis ciuitatis. i. memoriaz delectabilẽ: vt scilicet homo deleat q̃ ad memoriam reducet. ¶ Rursus q̃ sicut in euangelio dicit̃. Surdus audiuit: ⁊ mutus verba dei narrauit: ideo dicitur in introitu. Oculi mei semp ad dñm: ⁊ ne iterũ deficiat: misericordiã implorat subdens. Respice in me: ⁊ in graduali. Exurge domine. Deinde vox quondã muti secunda facundia: cuius os aperuit sapientia preces suas igeminat: ⁊ decenti similitudine in tractu porat dicens Ad te domie. In offerenda iam loquens predicat iusticias domini rectas: eo q̃ a se humiliato demonium exierat: sed ad iudaicum populum superbientem spiritus immundus

redierat. In communione de muto factus orator gratulat: q sicut passer invenit sibi domū ⁊ turtur nidū.

¶ De secunda feria. ¶ Rubrica.

In dominica p̄cedenti dictum q dominus salvat per confessionem. in hac vero secunda feria ostēditur q dominus salvat etiam per baptismū Sed quia baptismus datur per trinitatem: ideo ō trinitate est introitus. In deo laudabo verbum: ⁊ ponitur ibi ter hoc nomen deus: ⁊ est de tertio tono quod totum contingit propter hoc quod loquitur de trinitate. Epistola vero Naaman princeps ⁊c. que est. iiij. Reg. v. capi. est de Naaman quem misit rex syrie dominus suus ad Helyseum vt sanaret eum: ⁊ precepit ei vt in iordane se lavaret septies: ⁊ fieret eius caro sicut caro pueri: ⁊ ita factum est. Jordanus interpretatur descensus humilitatis in qua ecclesia mundari petit: ⁊ hoc facit ad preceptum domini querens per humilitatem salutem in aqua que est inferior creatura. Postmodum sequitur responsorium. Deus laudem meam: ne tacueris: in quo ecclesia humiliat se per cōfessionem: ⁊ est tertij toni ratione predicta. In evangelio vero dixerunt pharisei ad ihesum Luce. v. Ostēdit dominus q nō sunt missi prophete nisi ad humiles sicut helyseus ad Naaman ⁊ helyas ad viduam: ⁊ ostendit superbiam iudeorum. Postea dicit. Ihesus autem transiens per medium illorum ibat. ad significandum q humilis quicquid sibi fiat viam suam non derelinquat.

¶ De tertia feria. ¶ Rubrica.

Tertia feria est de oratiōe ⁊ misericordia: per que etiam salvat dominus. Unde introitus est. Cum clamarem ad dominum. Epistola vero Mulier quedam ⁊c. est. iiij. Reg. iiij. capi. de vidua cui⁹ filios creditor in servitutem redire contendebat: ⁊ eius vasa oleo repleuit. Helyseus dicens ei q de parte olei redderet ō bitū quod debebat: ⁊ de reliquo ipsa ⁊ filij sui viverēt Vidua est ecclesia cuius sponsus christus non est p̄sens corporaliter siue visibiliter que venit ad christum creditores sunt demones. vnde dyabolus exactor dicitur quia pecuniam suam. i. immunditiam a nobis exigit cum vsuris. Unde Jsa. xiiij. ca. quomodo cessavit exactor quievit tributum. Sed christus per opera misericordie liberavit nos ab huiusmodi creditore. Et petitur huiusmodi liberatio in respōsorio. Ab occultis meis munda me domine. Evangelium vero quod est Matthei. xviij. capi. est de misericordia scz Si peccaverit in te frater tuus corripe eum. Si ignorat doce. Si penitet dimitte: non dico septies: sz etiaz septuagies septies. i. quotiens peccaverit dimitte.

¶ Rursus vidua pro filijs ad helyseum orans dicit in introitu. Ego clamavi: ⁊ in graduali Ab occultis. Demum precibus exaudita gratias agit in offerēda Dextera domini. Et docet in communiōe Domine quis ⁊c. quales se debeant exhibere qui volunt oleuz misericordie. s. qui volunt requiescere in monte ingrediamur sine macula ⁊ operentur iusticiam.

¶ De quarta feria. ¶ Rubrica.

In quarta feria agit ō impletione mandatorum per quam dñs etiam salvat. Sed quia per gratiam ē impletio mandatorum ideo est introitus. Ego autē in do⁹ mino sperabo: ⁊ est primi toni ad ostendendum q spem debemus ponere in solo deo. Epistola vero: Honora pa. ⁊c. est de Exo. xx. ca. In qua sunt instituta vel distincta precepta domini. Honora patrem ⁊ matrem ⁊c. ¶ In responsorio vero petitur gratia: in quo ostendit homo infirmitatez suā dicens. Miserere mei deus quoniam infirmus sum: quasi diceret: non possum per me ad implere māda-ta. In evangelio Accesserūt ad ihesuz ⁊c. Matthei. xv. capi. redarguit dominus iactantiam iudeorum. q magis innitabantur traditionibus hominum q̄ dei: ⁊ reprehendebant discipulos domini de traditionib⁹ legis vel seniorum. Quibus dominus dixit. hypocrite ⁊c: non lotis manibus manducare nō coinquinat hominem: ⁊ ostēdit per que salvamur ⁊ iustificamur. In hac quarta feria fit primo scrutinium prout in p̄xima quarta feria dicetur.

¶ De quinta feria. ¶ Rubrica.

In quinta feria ostendit ecclesia non esse salutem nisi a domino: ⁊ maxime per virtutes: vnde introitus est. Salus populi ego sum ⁊c. ⁊ est quarti toni propter quattuor cardinales virtutes. Epistola vero Factum est verbum ⁊c. est de biere. vij. capi. vbi dicitur: bonas facite vias vestras ⁊ studia vestra ⁊ hoc propter bona opera virtutum: ⁊ reprehenduntur iudei qui credebant se non posse damnari: q̄ habebant domini templuz ⁊ omnes alios damnatos esse dicebant: vnde sequitur responsorium. Oculi omnium. ostendens q in solo deo sperandum est. Evangelium vero Surgens ihesus Luce. iiij. capitu. est de sanatione socrus petri. per quod ostenditur q̄ in solo deo sperandum est: quia ab ipso ⁊ per ipsum salus mētis ⁊ corporis est. In alijs vero ecclesijs legitur evangelium sequentis dominice. Abijt ihesus ⁊c. ⁊ aliter incipit. Operamini. i quo improperat dominus turbe q magis curabant de salute corporis q̄ mentis: quoniam voluerunt eum facere regem post miraculuz factum. de saturatione quinq̄ milia hominum de duobus piscibus ⁊ quinq̄ panibus ⁊ hortatur eos dicēs. Operamini non cibum qui perit. sed qui permanet in vitam eternam. Cui congrue premittitur premissa le

ctio Hiere. vbi dominus promittit se habiturum cuz eis: t sic quasi regem futurum eorum qui talem cibuz fuerunt operati: vt calumniam non faciant innocentem tc̄. Sanguinem nō effundant tc̄. Rursus introitus scilicet Salus populi. vox est domini populuz cō solantis. Graduale offertorium t communio voces sunt populi de regis gratia confidentis. In hac autē quinta feria in qua agitur de salute fit statio ad scōs. Cosmam t Damianum q medici fuerunt: t homies corporaliter t spiritualiter sanabant: ideo de ipsis fit mentio in collecta.

¶ De sexta feria. ¶ Rubrica.

SExta feria que est dies crucis ostendit̄ q per crucem est salus. vnde introitus ē Fac mecum signum in bonum. i. crucē Maiorem charitatez nemo habet id est maius signum charitatis q̄ vt animam suaz ponat quis pro amicis. Epistola vero Cō uenerunt tc̄. que est Numeri. xx. capi. est de Moyse qui bis percussit petraz t fluxerunt aque vt biberent homines t iumenta. Per binam percussionē duo ligna crucis intellige: petra xp̄s est: t fluxerūt aque doctrinaruz t gratiarū: vt possit bibere totuz genus humanuz. Responsoriuz est. In deo speravit cor meum: t adiutus sum: quia in sola cruce perfecta est humani generis saluatio. In euangelio vero. Venit ihesus in ciuitatē tc̄. Joh. iiij. ca. ostendit dn̄s q̄ non solū p nobis crucem sustinuit: sed t multos alios labores vnde sequitur ibi. Jhesus ergo fatigatus ab itinere tc̄. t dicuntur ibi octo in quibus instruxit dominus samaritanaz: que patent in euangelio: t ideo responsoriuz est octaui toni. Communio est. Qui biberit. Joh. iiij. capitulo.

¶ De sabbato. ¶ Rubrica.

IN sabbato vo ostenditur q̄ domin⁹ saluat per iusticiam t misericordiā: vnde epistola. Erat vir. Danielis. xiij. capi. loquit̄ de Susanna que saluata est p iusticiam. Euangelium est de muliere deprehensa in adulterio: quam dominus liberauit per misericordiā Ecce quomodo euangelium t epistola concordant. Quia ergo adultera in euangelio saluata est per misericordiam: ideo videns ecclesia infirmitatem filiorum suorum petit se liberari per misericordiā i introitu dicens. Verba mea auribus percipe domine intelige clamorem meū. Et est quinti toni: propter quiqz que ponuntur in collecta que est talis. Presta quesumus omnipotens deus: vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent sectando iusticiam a culpa ieiunent. i. a delectatione quinqz sensuuz: sicut Daniel. Susanna t Joachim. Misericordiam dei non consequentur: qui sic non ieiunant. Sequitur versus introitus semiplenus scilicet Rex meus t deus meus.

¶ Et ideo notandum est q̄ introitibus aliquando duplex versus ponitur. aliquando dimidius frequentius vnus duplex vt in introitu defunctoruz Requiē. versus te decet tc̄. t alius. Exaudi orationem tc̄. Oramus pro defunctis propter stolaz corporis t anime quas rogamus eis dari. Dicitur tunc etiam secundus versus: quia succedit in locum illius versus gloria patri. qui in officio defunctoruz tacetur pro eo q̄ mortui trinitatem vlterius laudare nequeunt. ad cuius laudez pertinet iste versus. Sepius vero vnus dicitur: quia ad vnum tm̄ s. ad deū vertere nos debem⁹ Dimidius autē hic ponit̄: quia per misericordiā dei impetrat: suam debet impfectionē in opibus cōfiteri p̄s. eniz opus significat. Post epistolam sequit̄ respōsorium. Si ambulē tc̄. q̄ sic ei respondet quē domin⁹ liberat nullus ei nocere potest. igitur Si ambulem i medio vmbre mortis nō timebo mala tc̄. vmbre mortis est mors tēporalis. q. d. t si transeant per mortem temporalem non est timendum exquo deus adiuuat. Et sequitur versus. Virga tua t baculus tuus ipsa me consolata sunt: quia tribulationes domini consolantur hominem bonum. Est autem primi toni. q: in solo deo ponenda est spes. In euangelio vero Perrexit ihesus. Jo. viij. ostēdit se dominus auctorem misericordie cum dixit mulieri adultere. Vade t amplius noli peccare. Item misericordia fuit quando dixit q̄ sine peccato est vestrum: primus mittat in eam lapidē. iij. q. viij. q. qui sine. In offertorio petit similiter p misericordiam liberari cum dicit Gressus meos dirige t pertinet ad octauam resurrectionis: post cōmunio vo ad beatitudinem que est Memo te. Joh. viij. capi.

¶ Illud autem notandum est q̄ huius sabbati cōpletorio antiphona. Media vita cātatur: eo q̄ nunc mediana quadragesime icipiat ebdomada: qui vero eam in precedenti sexta feria cantant. numerum dierum ieiunijs afflictoruz attendunt. Hanc itaqz sub breuiloquio duximus exponendā. Media vita christus ē. ipse eni mediator ē dei t hominū. x. di. quoniā Ipse est via veritas t vita. viij. dis. qui contenta. ipse quidem sanctus. ipse deus. ipse fortis. ipe misericors t saluator. Ad christum ergo sermo dirigitur. O media vita. i. o christe. Vel media vita sancta trinitas ē: que est in se vita: t nobis vita media. i. sufficiens t cōmunis ad quā ꝺmo dirigit̄. O media vita. i. o sancta ternitas: iōqz substituitur sancte deus. sancte fortis. sancte t misc. sal. i. pater t filius t spiritus sanctus: a quo t per quem: t in quo saluamur: t ideo saluator etiam trinitas appellatur. Ad quēcunqz tamen sermonem dirigimus adiutoriū querimus: quia i morte sumus in miserijs presentis vite: petimusqz ne tradat nos amaritudini mortis eterne. Vel supple o domine existentes in vita media sumus in morte. Pria fuit vita iusticie t innocentie in qua creatus ē homo secunda est vita peccati t miserie in qua lapsus ē homo: tertia erit vita immortalitatis t glorie ad quaz reparabitur homo. Nos igitur dum sumus i media vita: sumus in morte: quia vita peccati mors est vite iusticie: t ideo querimus adiutoriū. Alie ecclesie dicunt medio vite: quia eniunnūc est medium quadra-

gesime que vitam presentem que sine peccatis non ducitur representat merito dicitur antiphona ipsa i mor te id est in peccatis que ducunt ad mortem. Et quia i epistola fit mentio de Susanna: ideo propter equivocationem vocabuli fit bodie statio apud sanctaz Susananm.

¶ De dñica quarta quadragesime ¶ Rubrica.

SEquitur dominica quarta in qua agitur ō superna hierusalem. Et quia in terram illaz venitur eo duce quo filij israel venerunt in terram promissionis: prout sub septuagesima dictum est: ideo nunc legitur Exo. vbi dicit dominus. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto: z descendi vt liberarem eos de manu pharaonis: sicut autem dominus liberauit populum per plagas missas contra pharaonem: similiter z per plagas liberat de manu dyaboli qui nō vult dimittere nos nisi in manu fortī: vt ibi habetur. Pria plaga est conuersio aquarum in sanguinem: p quam peccatum infidelitatis significatur. Per alias plagas significatur q̄ homo per multas tribulationes z penas quas habet dum moratur in peccato cogitur redire ad dominuz: sicut de filio prodigo legitur. Legitur ergo Exodi quia per fidem est exitus a seruitute dyaboli. z per baptismum qui significatur per mare rubrum. z per implētionem mandatorum. Quando vero homo talis est facit seipsum tabernaculuz domino: qui vero non faciet ei hoc tabernaculum: nec ipe faciet in futuro. Post Exodum sequitur liber Leuitici qui est tertius in pentbateuco qui pertinet ad leuitas qui debebāt dño offerre sacrificia. Q̄ liber ē oblationū. Ex quo eni hō iplet mādata: z facit tabernaculū dño: nō restat nisi oblatōes deo offerre. Debz ī sal apponere in oi sacrificio suo: q2 cū discretōe debz oia facere. Q2 ḡ tales debēt esse mūdi ab oi peccato: z offerre dño hostiā mūdā sāctaz z īmaculatā iō legī in Leuitico ō mūdatiōe lepre: z dicīt ibi multotiēs sācti estote qm̄ ego sanct9 suz. Et q2 hoc fit in solēnitate cordis z debēt oia fieri cū gaudio: iō postea in eodē libro agīt de solēnitatib9. Rursuz q2 nullus ita pfectus est qn peccet aliq̄ saltē venialiter: iō ibi habet de dubitatiōe Moysi ad aquas cōtraditōis: qui nec ꝓpter hoc dimisit opus spūale facere vt ad vocē suā flueret aque cū dixit. Ascendat puteus. i. doctria sacra. Leterū sicut mulier oñdit ex vna pte pomū filio suo: z ex alia inimicū vt veniat ad se: sīliter z dñs Juxta illud Osee. xj. ca. In funiculis Adam trahā eos in vinculis charitatis. Q̄ in officio nocturnali ostendit inimicū qui nō vult dimittere populū nisi i manu fortī: z in manu diuina. s. p p̄dicatores: z ideo primū respondū est. Locutus est dñs ad Moysen ꝛc. Si quidē moyses ex aquis assumpt9 est xp̄s per quē liberemur ab huiusmōi inimico: vel quilibet p̄dicator q ex aquis scripture debet assumi: z est quarti toni: quia quattuor modis nos affligit dyabolus. s. interficiēdo mares. i. bona opera vel virtuosos quos submergit in flumine delitiarum huius mundi: z cogit seruire in luto luxurie z latere auaritie: z palea inanis glorie. Porro quidem quia populus in illa septuagenaria captiuitate fleuit super flumina babylonis: z in fine Cyro p mittente letabundus exiuit: z gratulans hierusalem i troiuit: ideo cum in prima dominica populus captiuatus fleuerit dicens. Circundederunt me: z in secūda orauerit dicēs. Exurge in tertia quoq; orauerit dicens. Esto mihi: in quarta consolationem acceperit dicente domino. Jnuocauit me z ego exaudiam euz. In quinta, etiam rursus orationi institerit dicēs. Reminiscere miserationum tuarum. In sexta vero Bario licentiam tribuente consolationem de reuersione percepit: ideoq; dixit. Oculi mei. In hac septimana tanq̄ in fine septuagesime ingrediens hierusalez gratulabundus exultat dicens. Letare hierusalez. ō hoc etiam dictum est sub prima dominica. ¶ Septenariuz quoq; p̄sentis vite q̄ septē dierū circulo siue curriculo voluit: vel potius septē etatibus quibus mūdus ipse distinguitur: sicut per dies septuaginta: sic p septez dominicas sancta representat ecclesia. Prima enim etas est ab Ada vsq; ad Noe Secunda vero a Noe vsq; ad Abraham: vel secundum quosdaz ad Moysen. Tertia a Moyse ad Dauid. Quarta a dauid vsq; ad transmigrationem babylonis. Quinta a transmigratione babylonis vsq; ad aduentum domini. Sexta ab aduentu domini vsq; ad finem seculi. Septima similiter vsq; ad eundem finem simul enim cōcurrunt: sed illa in vigilantibus z laborantibus ista i dormientibus z quiescentibus vbi requiescunt electorum anime inter vbera lactantis matris sue superne hierusalem. In prima dominica velut in infantia mūdi homo a felici delectatione deiectus clamat. Circūdederunt. In secunda velut in pueritia mundi concipiens homo spem sue reconciliationis voce. Noe q̄si precentoris implorat acceptilationem reconciliatōis dicens. Exurge quare obdormis domine. In tertia velut in mundi adolescentia concipiens homo suam liberationem de egyptiaca seruitute sue protectionis z liberationis acceleratione voce Moysi orat dicens. Esto mihi in deum protectorem. Quarta designat iuuentutem ecclesie in qua regum diademate coronatur: z sapientia prophetarum ornatur. Unde illud officium voce Dauid quasi precentoris in cantibus celebratur. Quinta senectutem ecclesie in qua calor naturalis incipit deficere. Nam populo in babylone captiuato ecclesia captiua: nec altare habuit nec templum: immo organa sua suspendit. ideoq; quinta dominica vacat officio. Sexta senium ecclesie scilicet fines seculorum cum filius dei venit in mundum z de dyaboli potestate liberauit genus humanum. Ne igitur sit immemor accepti beneficij z ingratum gratulatur z ait. Oculi mei semper ad dominum. Hec autez septima z vltima significat sabbatuz mundi in quo sanctorum anime requiescunt: illic hierusalem que rursū est que libera est que mater nostra est letatur vnde dicitur dominica leticie. Est eni septima septuagesima:

ꝛ per septenarium significatur septima etas eorum q̃ sũt i requie. Repsentat eni hec oñica libertatẽ pcessã filijs hierusalem redeundi a babylone anno sexagesimo quam habuerunt plenariam in anno septuagesimo: vnde totum huius diei officiuz de leticia est ad representandum illorum leticiam: ꝛ etiam nostram quoniaz finitis sex etatibus erimus in septima a mũdi exilio liberati cum celestẽ paradisuz que est patria nostra intrabimus. Cantaf ergo hodie introitus. Letare hierusalem ad ostendendũ q̃ sicut illi cũ ingenti leticia a babylone venerunt in hierusalẽ: ita ꝛ nos ab hoc mundo letantes in celestem hierusalẽ veniemus. Babylon enim interpretatur cõfusio. vnde significat mundum vel infernum: q̃ in hoc mundo est confusio vitiorum: ꝛ in inferno tormentorum. Dicit etiaz hec dominica refectionis: q̃ in ea dominus refecit ꝛ satiauit quinq; milia hominum: vel q̃ in ea ostenditur celestis hierusalem: ex q̃ omnis refectio est. Quia ergo ecclesia letatur pro hac refectione ideo cantat. Letare hierusalem. i. ecclesia. tibi enim eterna requies promittitur. In nocturnali enim officio cantatur respõsoriuz. Audi israel precepta domini: ꝛ ea in corde tuo quasi in libro scribe. Et dabo tibi terram fluentez lac ꝛ mel. Postea sequitur in introitu Ab vberibus consolationis eius. Hec verba sunt duo testamenti: de q̃bus sumuntur promissiones dulces: in quibus est cõsolatio nostra. Et sunt in ea tria verba leticie scilicz letare: gaudere: ꝛ exultare. Ratõ quare posita ẽ sub titulo de septuagesima in principio. Et sumitur iste introitus de Ysa. vltimo capi. sed de antiqua translatione: quia in Ysaia sic non iacent verba hec: versus vero ꝺ psalmo qui loquitur de hierusalem superna scilicet.

Letatus sum: ꝛ est quinti toni propter quinq; milia hominum: quos refecit. Vel ideo quia illi qui cohibent ꝛ refrenant ꝛ bene ordinant quinq; sensus corporis: illi habebunt huiusmodi refectionem ꝛ consolationem: de qua in introitu habetur: ꝛ que petitur in collecta. Concede quesumus omnipotens deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur tue gratie consolatione respiremus. Scripserunt tamen quidam q̃ quia Albertus papa qui tamen in cronica nõ inuenitur celebrauit tali die Rome in dicta ecclesia q̃ vocatur hierusalem. ideo cantatur. Letare hierusalem. Et nota q̃ in quibusdaz ecclesijs hac die: ꝛ in festo annunciationis domini due collecte dicuntur: vt quasi duplex festum exoluere videantur: quod nõ fit in alijs precipuis festiuitatibus ꝛ natiuitatis domini ꝛ similibus: quia ille per octauas producũtur: nec vnius diei: duntaxat obseruantia sicut ista coangustantur. Sequitur epistola. Scriptum est: quoniaz Abraham duos filios habuit ꝛc. ad Gala. quarto capitu. Vbi sequitur. Que sursum est hierusalem libera est que est mater nostra. Hoc autem dicit vt non timore seruili seruiamus domino sed amore. Responsoriuz est de eodem. Letatus sum in his que dicta sunt mihi ꝛ cetera. ꝛ est septimi toni propter septimam etatẽ in qua erimus in quiete. Sed quia adhuc sumus in labore. ideo sequitur tractus sed suauissimus. Qui confidunt in domino sicut mons syon ꝛ cetera. i quo ostenditur q̃ qui in domino solo sperant habebunt illam refectionem. Sequitur euangelium. Abijt Jesus transmare galilee ꝛ cetera. Joann. vj. capitulo. Quinq; autem panes quibus dominus refecit nos prout hoi legitur. sunt quinq; libri Moysi. duo vero pisces sunt psalmus ꝛ prophetia: vel libri Josue ꝛ iudicum quia de illis septem libris sumuntur orationes in hac dominica: ꝛ ita reficit omnes. Offertorium ẽ. Laudate: ꝛ est secundi toni ad ostendendum q̃ deuz laudare debemus pro corporali refectione ꝛ spirituali. Postcommunio vero est. Hierusalem que edificatur vt ciuitas ꝛc. Et loquitur de illa hierusalem que libera est ꝛ est quarti toni propter quattuor que ibi dicuntur. Primum est quia omnia sunt communia. Ibi enim deus est omnia in omnibus. Secundum est q̃ eternaliter participantur ea que ibi sunt vnde dicit: Cuius participatio i idipsum. Tertium est q̃ nullus de filijs dyaboli potest ibi ascendere vnde dicit Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini. Quartum quia ibi est continua laus dei. vnde sequitur. Ad confitendum nomini tuo domine: ꝛ inde est illud. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculoruz laudabunt te. In hac dominica Romanus pontifex celebraturus ad ecclesiam pergens ꝛ rediens ab eadem auream in manu sub aspectu populi fert rosam. Circa quod duplex insurgit ratio. vna ſm litteram altera ſm spiritum. Sane ſm litteram ne fidelis populus propter quadragesimalis obseruantie asperitatem sub continuo labore deficiat: quia quod caret alterna requie durabile non est: ideo in hac mediana quadragesime quoddam recreationis solatium interponitur: vt anxietas temperata lenius sufferatur. Juxta illud Interpone tuis interdum gaudia curis. Hodiernum nanq; officium tota letitia plenum est: ꝛ in omni verborum clausula iocunditas exuberat gaudium resonat hilaritas inculcatur. Tria itaq; representat dies ista scilicet charitatem post odium. vnde dicitur. Letare hierusalem ꝛ conuentum facite omnes qui diligitis eam gaudium post tristiciam: vnde gaudete in letitia: quia in tristitia fuistis. ꝛ sacietatem post famem: vnde vt satiemini ab vberibus consolatõnis vestre. Que tria pariter designantur in tribus ꝓprietatibus huius floris: charitas in colore: iocũditas in odore: ꝛ sacietas in sapore. Rosa quippe preceteris floribꝰ colore delectat: odore recreat: ꝛ sapore cõfortat: delectat in visu: recreat in olfactu: ꝛ confortat in gustu. Nempe rosa in manu romani pontificis: gaudium israelitici populi designat quando per gratiam christi data est illi de babylonica captiuitate licentia redeundi: deinde illam donat nobiliori ꝛ potentiori qui tunc in curia reperitur in quo nobilitas ꝛ excellẽtia illius peculiaris populi domini designatur: demum ille cum multo egrotatu ꝛ letitia ingenti ciuitatem cum rosa circuit: figurãs gaudiũ illius populi in ciuitatẽ hierusalẽ reuersi: atq; cõioncz totiꝰ fidelis populi ꝛ ecclesie letitiaz de ꝑmissis. Spiritualiter aũt flos iste florem illũ significat: q̃ de se dicit in canticis. Ego flos campi ꝛ lilium conuallium. Et de quo prophetа: Egredietur virga de radice iesse. ꝛ. f. d. r. e. a.

Qui vero est flos florum. i. sanctus sanctorum: quia preceteris floribus .i. sanctis colore delectat in visu. Nam speciosus forma pre filijs hominum in quem desiderant angeli prospicere. Qui odore recreat in olfactu: q2 sicut legit̄ in canticis. i. c. Meliora sūt verba tua vino flagrantia vngentis optimis. Qui sapore confortat in gustu: q2 panis quez ipse dat caro sua est p2o mūdi vita omne delectamentū habens ⁊ ois saporis suauitatez. Hic est enī q ō gnqz panib⁹ ⁊ duobus piscib⁹ quinqz milia hominū saturauit. Triplex autem est in hoc flore materia aurū videlicet muscus ⁊ balsamū: q2 triplex est in xp̄o substantia: deitas corpus: ⁊ anima. Sed balsamo mediante muscus auro cōiungit̄: q2 anima mediante corpus cōiungit̄ deitati. Diuina enī natura tante subtilitatis est vt corpi de limo terre formato nō cōgrueret vniri nisi rōnabili spiritu mediante. ¶ Rursus flos ipse aureus est: q2 rex regū est dn̄s dominantiū: cui⁹ rubor apparuit in insignijs passionis: ⁊ odor in gloria resurrectōnis Huius floris baiulus est vicarius saluatoris. Romanus vero pontifex successor vtiqz Petri. ⁊ vicari⁹ Jesu xp̄i qui hūc florem fidelib⁹ populis demōstrat: nō omni tpe sed in hac dominica tantuz que septima est ab illa que septuagesima nuncupat̄: q2 xp̄s nō in qualibet hora sed in septima tm̄ etate videt̄ ab illis q beata requie cōsolabunt̄. ¶ Rursus in vrbe ostenditur non alibi q̄ apud basilicam: que sancte crucis in hierusalem appellat̄ q̄ superne hierusalē typū optinet: ⁊ spem representat de qua dicitur in epistola hodierna Illa que sursū est hierusalem libera est: que est mater nostra in qua christū angeli sācti ⁊ beate anime contemplantur: ad quā merito dicitur: Letare hierusalē ⁊ cōuentuz facite oēs q diligitis eā. q. d. vos catholici non heretici. Differt autem hodierna statio ab illa q̄ fit ibidem in secunda dominica aduentus: quia illa future beatitudinis est annunciatio. hec quasi presentis cōtēplatio. Unde ⁊ festiuius agitur. q2 spei nostre festiuitas est. Hac etiā die christianus cozonatur imperator: vt semper cozone superne hierusalē mediterur. Dauid ter in regē vnctus est: vt dicet̄ sub dn̄ica post ascensionem. Hec ergo dn̄ica priuilegiata est: q2 representat licentiā redeūdi de seruitute ad libertatē ppl̄o israelitico concessā ⁊ leticiam ex hoc habitam.

¶ De secunda feria. ¶ Rubrica.

Secūda feria est de iudicio. Unde i epistola: Venerunt due ⁊c. tertij. Reg. iij. c. agitur. de iudicio. Salomonis duabus mulieribus extra de presump. c. i. Mulier vna que dixit q̄ dividatur puer: est synagoga que dividi conata est puerum Jesum. alia mulier que dicit: detur ei infans vivus: est ecclesia. Unde in respōsorio petit hec mulier puerum. Esto mihi in deum p tectorem. i. petit sibi dari christum. Euangelium: propere erat. Jo. ij. c. similiter est de eiectione vendentium ⁊ de iudicio. ibi habetur q̄ nō credebat se Jesus eis q2 nixi sunt eū interficere. postea sequitur ō passione sua soluite. i. soluetis templum hoc: ⁊ in triduo excitabo illud. sciebant enim quid facturi erāt. Quia vero ex passione dn̄i est omne gaudium: ideo in offertorio cantat ecclesia Jubilate. In introitu aūt petit iudicari: sed prius petit misericordiam. Deus in nomie tuo saluum me fac. s. per misericordiaz: ⁊ in virtute tua iudica me: ⁊ est quarti toni: q2 ibi habetur Ab insurgentibus in me libera me. i. ab inimicis qui quattuor modis sicut dictum est sub dominica insurgunt contra nos: ⁊ ideo sicut dominica fuit de misericordia ita secunda feria est de iusticia.

¶ De tertia feria. ¶ Rubrica.

Tertia feria est de oratione. i. de efficacia orationis que .s. fit salua iusticia: q̄ ostendit̄ in epistola: Locutus est ⁊c. q̄ est Exo. xxxij. ca. vbi sequit̄ Dimitte me vt deleā eum ⁊ Moyses orauit p2o populo: ⁊ dn̄s dimisit peccatū salua tamen iusticia q2 reseruauit sibi vindictā. Unde ⁊ si ꝓpter illud peccatum q̄ cōmiserunt in xp̄m preci pue puniantur: tamen ⁊ ꝓpter illud q̄ commiserunt tunc scilicet adorando vitulum. vnde dicit dominus i euangelio. Implete mensuram patrum vestrorum. Quia vero tam efficax est oratio. ideo in introitu dicit ecclesia. Exaudi orationem meam ⁊c. versus Cōtristatus sum in exercitatione mea. Contristatus. n. fuit p2o dilatione patrie ⁊ incolatu miserie. Quia vero exercitatio xp̄iani est in cobercione a petulantia ⁊ lasciuia quinqz sensuum: iccirco quinto tono resonat hunc introitum ecclesia. Et sequitur epistola. Locutus est ⁊c. in qua sicut dictum est impetrauit Moyses dimissionem peccati salua iusticia: ⁊ vt filij eoruz mererentur intrare terram promissionis. ideo in responsorio orat ecclesia vt mereatur ipsam impetrare filijs suis vt intrent terram promissionis: licet adorauerunt vitulum conflatilem i. venerati sunt lasciuiaz ⁊ pompam mundi dicens. Exurge domine fer opem nobis. ⁊ versus. Deus auribus nostris audiuimus: quoniam tu liberasti eos ⁊ condonasti eis: similiter ⁊ fac nos spiritualiter. Postmodum sequitur euangelium. Jam die festo Jo. vij. ca. de obstinatione iudeorum qui dicebant. Quomodo hic litteras scit cuz nō didicerit: ⁊ dixit dominus. Moyses dedit vobis legē ⁊ vos vultis me interficere. q. d. contra legem vestraz vultis facere ⁊ facitis. Et dixerunt demoniuz habes. ecce quomodo obstinati fuerunt: ⁊ hoc est quod in epistola habetur. Recesserunt cito a via quam ostendisti eis. Ecclesia vero ostendens se non consentire peccatis. dicit in offertorio. Expectans expectaui dominum. ostendens se expectare christum vsqz ad finem. Et quia bene expectat qui a lasciuia quinqz sensuum abstinet. ideo quinti toni est. Per hanc autem septem reducitur nouus populus in terram promissionis: vnde sequitur post communio. Letabimur in salutari tuo. ⁊ est primi toni: quia omnis leticia a deo est.

SEquitur quarta feria que ẽ cathetizandorum quia ea die ducuntur ad ecclesiaz cathecuminꝫ t cathetizantur. i. instruuntur. t hoc est tertium scrutinium vt iam dicetur. Ut autem seruiamus consuetudini ecclesie italie que scrutiniꝫ solennitatez obseruãt t iuribus de illo loquentibus: t quia etiam quedam de bis que de illo fiunt vbiqz in baptizando seruanꝫ. ideo aliqua de illo dicamus videlicet quid sit scrutinium t vnde dicatur t vnde originem traxit quando t quotiens t quare in temporibus statutis fiat: quid in eo fiat vsqz ad exorcismum. t quid ab exorcismo vsqz ad ecclesie ingressum: t quid ab ipso ingressu vsqz ad finem: t quare hec omnia fiant. subsequenter vero ō officio misse huius diei dicemus Scrutiniuz nihil aliud est q̃ fidei t religionis christiane inquisitio. Est. n. quasi quoddam iter seu preparatio ad baptismum: t dicitur a scrutando. i. inquirendo: quia fidei religionis inquisitio fit in eo. Unde originem traxerit iaz dicetur. Incipit autem fieri scrutinium in quarta feria tertie ebdomade quadragesime: sed in hac quarta fit solenne. Fiebant enim in primitiua ecclesia septem scrutinia duo scilicet in quarta feria t sabbato tertie ebdomade: t duo in hac quarta feria t sabbato huiꝰ quarte ebdomade t duo in quarta feria t sabbato quinte ebdomade. t vnum in quarta feria vltime ebdomade in quibus adulti qui venturi erant ad baptismum docebantur orationem dominicam t symboluz: vt in sequẽti tunc sabbato in quo baptizandi erãt vtrunqz ante baptismum scirent t adhuc hodie in quibusdam ecclesijs septem fiunt scrutinia propter septiformen gratiam spiritus sancti. Sed tertium videlicet hac die solennissimum t in omnibus ecclesijs ordinem romanum sequentibus. In quolibet scrutinio dicitur missa scrutiniꝫ videlicet dum sanctificatus fuero. de qua iam dicetur. Dicuntur etiam proprie collecte pro cathecuminis vt omnipotens sempiterne deꝰ ecclesiam tuam iter remediꝫ ꝛc. Sed queritur quare tertium scrutinium fit solenne: t non primum nec secundum. respondetur ad notandũ q̃ nec prima etas i. infantia nec secunda. i. puericia ita apta est seruitio dei sicut illa in qua maxime discretio boni t mali haberi incipit: t in qua contra carnem pugnatur. Inde est etiam q̃ non prima tribus. i. tribus iude: nec secũda. i. tribus symeon. sed tertia. i. leuitica sacrificijs domini est deputata. sed nec in primo libro pentateuci nec in secundo agitur de sacrificijs. sed in tertio prout dictum est in precedenti dominica. fit autem scrutinium in hac septima ebdomada a septuagesima: qz duz iudei fuerunt in babylonica captiuitate mixti fuerunt inter eos quidam de gentilibus. vnde post eorũ reditum ignorabatur de pluribus vtrum essent iudei vel non. quidam etiam dicebant se fore de leuitica tribu qui non erant t se sacerdotes qui nõ erant. Ideoqz Esdras t alij sapientes genealogias diligẽter scrutati sunt t iudeos a gentilibus t leuitas a non leuitis segregauerunt: ita t nos in hac septima ebdomada que finem illius septuagesime babylonice captiuitatis significat. scrutinium facimus vt credentes ab incredulis. segregemus quos in sacro sancta solennitate redemptionis nostre ex aqua t spiritu sancto remouemus. Non enim in primitiua ecclesia alio tempore baptisma celebrabatur nisi forte mortis periculo iminẽte. Omnes igit̃ ecclesie proles quã per anni circulum verbi pabulo generabat. hac die noia sua dabant in quibus perscrutandum erat ne qua radix amaritudinis inesset vt in hereticis: ne prius illis sancta darent̃ q̃ xpiana fides radices in eorũ mentibus fixissent. i. q. vij. quotiens. de cõ. di. ij. ego. Unde noibus datis glibet eorũ per dies sequentes vsqz ad pascha fidei regulam audiebat t sic lactatus t grandescens in plenitudinio. i. in baptismo plena fide symbolũ reddens xpõ in baptismo cõmoriebat̃ t resurgebat. ¶ Dico in hac quarta feria fit scrutiniũ ꝓpter multa. Primo qz ipsa prefigurata est a quarta seculi etate que fuit a Dauid vsqz ad transmigrationẽ babylonis. In qua nõ soluz iudee gentis inchoatũ est imperiũ. verũz etiam xpi t christianorũ regnũ ex premissione sumpsit exordiũ iurante dño Dauid de fructu ventris tui ponã super sedem tuaz. ideoqz merito in hac feria cathecumini ad christi nomen accedunt t xpiana religio in ea initiuz capit. Secundo quia sicut in quarta feria stelle create sunt t in celo soli t lune cõiuncte: ita t fideles hodie cõcipiuntur q xpõ soli t ecclesie lune cõiungunt̃. t in celo. i. in patris regno iam splendẽt in spe: t in futuro splendebũt in re: Tertio qz sicut in quarta etate edificatũ est templũ dñi per Salomonem: sic t in hac q̃rta feria ꝓparamus baptizandos: vt sint templuz dño Quarto qz in quarta feria cepit nostra redemptio: in quo prodimus est dñs a Juda: vt pro redimenda ecclesia moreret̃: ideo t in quarta feria isti ꝓparant̃ vt effectum percipiant redemptionis: Quinto qz agnus viginti quattuor diebus obseruabatur t preparabat̃: t luna quindecima imolabatur: decet vt ecclesia noua soboles que ad cõmoriendum christo in baptismo ꝓparetur diebus quindecim anteriori ieiunio spiritualiter saginata: etati lune que illam significat exequet̃. Sexta: quia quarta hominis etas. s. inuentus per q̃rtam feriam significata apta est preliꝭ t gubernaculo imperij: t ideo cathecumini preparantur in quarta feria ad prelium contra dyabolum: t ad regnũ t imperiũ regni dei. Hoc aũt ordine scrutinia celebranꝫ: quoniam a principio vsqz ad exorcismũ hec fiunt. Primo quidẽ fit nominũ baptizãdorũ per accolitũ descriptio: t eorũ per noia in ecclesia vocatio. Secõ masculorũ ad dextrã. feminarũ ad sinistrã ad ianuã ecclesie vbi fidẽ petũt reductõ. Tertio ꝑ exorcistã gemina interrogatio: vna de renũciatõne dyaboli. alia de fide christi. Quarto demonis exufflatio. Quinto crucis i frõte expressio. Sexto dicitur oratio. Septimo fit in ore salis impositio. Quod igitur noia per accolitum scribunt̃ exquo ipse etiam notarius dictus est: significat q̃ nomina fideliũ in libro vite scripta sunt. Quod nominatim vocantur significat vocationem fideliuz ad vitam eternã. Ceterũ ianua christus ẽ. Ducunt̃ igit̃

crediturī ad ianuam. i. ad christum qui de seipso dicit Ego sum ostium per me siquis introierit salvabitur. Quod vero masculi ponuntur a dexta: ⁊ femine a sinistra: designat q̄ viriliter agentes a dextris ⁊ effeminati a sinistris in iudicio statuuntur. Quod ⁊ abrenūciāt dyabolo: p̄ hoc se a iugo ei⁹ cui ex originali sūt obnoxij subtrahunt. Per hoc enim q̄ fidez christi cōfitentur: iugo christi se subijciunt: Demonis exuffl̄atio est potestatis eius debilitatio. Crux que imprimit̄ fronti est vexillum nostrum quo dyabolum vincim⁹: non fit aliud signuz nisi crux: vt in hoc solo signo dyabolus sciens se esse victuz contremiscat ⁊ fugiat. Fit autem in sede pudoris. i. in fronte: ne erubescat fidelis confiteri dn̄m suum esse crucifixum. Oratio contra dyabolum est munitio. Sal in ore posito est sapiētie condimentum. Hec plenius dicta sunt in parte prima sub titulo de vnctionibus: ⁊ dicetur sub sabbato sancto. Nunc dicenda sunt, que ab exorcismo vsqz ad ingressum ecclesie fiunt. Primo, dyabolus exorcizat̄: ⁊ ter repetuntur verba illa: Audi maledicte dyabole ⁊c. Secundo masculi seorsum ponuntur. Tertio admonitionem dyaconi capita inclinant catheczumini: ⁊ super eos oratio dominica ⁊ symboluz, dicitur. Quarto a sacerdote aures ⁊ nares illorum saliua tanguntur. Quinto ab accolito illuminantur. Sexta a dyacono euangelium super eos dicitur. Septimo per ostiariū in ecclesiam introducuntur. Primo ergo exorcizatur dyabolus. i. adiurat̄: vt a fidelibus recedat Ter repetuntur verba illa. Audi maledicte dyabole ⁊c. quia in confessione trinitatis dyabolo resistitur. Seorsuz masculis: ⁊ deorsum feminis fit: exorcismus quia maioribus maiora. minoribus minora sunt proponenda. Quod ad ammonitionem dyaconi capita inclinant: significat q̄ cum deo cōmunicaturi acclamante dyacono capita inclinabant: ⁊ hec ratio pro cōmunione habetur. Quod symbolum ⁊ dominicam orationem sacerdos super capita eorum dicit: notat q̄ templum domini contra dyabolum munit: Aures ⁊ nares saliua tangit: vt doctrinam de ore predicatoris procedēte fideles libent audiant ⁊ ipsa eis bene redoleat quo adusqz spiritum habent in naribus. i. quādiu viuunt. Ipsorum illuminatio est tenebrarū ignorantie ⁊ peccati per lumen intelligentie effugatio. Euangeliū q̄ super eos dicitur est doctrina salvatoris qua instruūtur. Deinde per ostiarium introducuntur quia post impletionē euangelij per ostiariū. i. per spiritū sanctū in celestem patriam introducunt̄. Post hec dicenda sunt ea quare ab ingressu ecclesie vsqz ad missaz fiūt. Primo masculi ad austrum statuuntur. femine ad aquilonem: Inde quattuor lectiones super eos leguntur: ⁊ quattuor initia euangeliorum. deinde duo: vnus masculus ⁊ vna femina in sanctuarium ad accolitis portantur: post symbolum grece super masculos. latine super feminas dicitur. His peractis ecclesiam ingrediuntur: ⁊ sic missa cantatur. Quod autez masculi ad austrum ⁊ femine ad aquilonem statuunt̄: significat q̄ fortiores hostibus tentationum obsciendi sunt: ⁊ debiliores humiliter, sunt erudiendi q̄ quattuor lectiones super eos leguntur significat doctrinā quattuor euangeliorum qua instruuntur. Unde statim quattuor initia euangeliorum leguntur super eos: quasi congreget eos a quattuor partibus orbis. Quod vnus masculus ⁊ vna femina portantur in sacrariuz significat q̄ de vtroqz sexu fideles ascendunt in celum. Sed nō ascendunt nisi vnus. i. in vnitate ecclesie constitutus: sicut ⁊ in probatica piscina non sanabatur nisi vnus. Quod symbolum legitur super masculos grece ⁊ super feminas latine: per duas linguas quibus symbolum legitur omnez linguam intelligimus. Nam i grecis viguit sapientia in latinis scilicet Romanis potētia: ⁊ ita per has duas tanq̄ excellentiores omnez linguam intelligimus quasi cum apostolo ad Philip. ij. ca. dicamus: omnis lingua confiteatur: quia dominꝰ noster Jesus christus in gloria est dei patris. Expositionem orationis dominice ⁊ symboli: in quarta parte in suis locis exposuimus. Et attende q̄ ante hanc quartam feriam in dominica vel in secunda feria est huius ferie scrutinium populis annunciandum his verbis. Scrutinū diem dilectissimi fratres quo electi nostri diuinitus instruantur intime cognoscite: ideoqz sollicita deuotione sequenti quarta feria circa horam nonam conuenire dignemini: vt celeste mysterium quo dyabolus cuz sua pompa destruitur: ⁊ ianua celestis regni agerietur: iculpabili ministerio peragere valeamus. In hac vero feria quarta finitis missarum solennijs presbyter annunciat vt sabbato proximo ad scrutinium reuertantur: ⁊ sic iterum atqz iterum annunciat donec septem scrutinia celebrentur.

Sane expleto scrutinio dicitur missa vt premissum est: in qua legitur lectio ⁊ epistola: quia baptizandus in duobus est catheczizandus idest instruendus scilicet in nouo ⁊ veteri testamen. maxime in illis que pertinent ad baptismum. ¶ Rursus quia instruendus ē in fide ⁊ in moribus: ideo due lectiones leguntur: de q bus in eis cum suis responsorijs disputatur. Legitur enim de philippo q̄ de eunucho euangelizauit Jesuz Et ſm Augustinum euangelizare Jesum est: non tātum docere credenda: sed etiam que sunt post baptismum seruanda. In prima ergo lectione scilicet Sanctificabo ⁊c. que sumpta est de Ezechi. xxxvj. de fide agitur vbi dicitur: Tollam quippe vos de gentibus: ⁊ congregabo vos de vniuersis terris: ⁊ effundam super vos aquam mundam: ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: ⁊ dabo vobis coz nouum Fideles enim de varijs terris congregati sunt in ecclesia ⁊ aqua salutaris baptismi super eos effusa est: qua ab vniuersis peccatis ⁊ erroribus sunt mundati: ⁊ datum est ei coz nouum vt credat in christum.

Be hac lectione sumitur introitus: Dum sanctificatus fuero ⁊c. vel baptizatus dicitur coz nouum. Inversu autem Benedicam dominuz et cetera sunt gratiarum actiones de hac sanctificatione: ⁊ est tertij toni: quia sanctificatio pertinet ad trinitatem. Verum quia per talem sanctificationem fiunt homines filij dei: ideo subsequitur in graduale. Venite filij audite me timorez domini docebo vos: quod est septimi toni: propter septem dona spiritus sancti que dātur in baptismo: vel quia ad hoc q̄ quis vere credat

in christum necesse est vt timeat deum: ideo sequitur ipsum graduale. vb. sequitur de timore: Initium sapientie timor domini est. Qui ergo radicem imponit credulitatis cum a timore inchoare oportet. Juxta illud A timore tuo domine concepimus: ⁊ peperimus spiritum salutis. In secunda lectione. s. in epistola Lauamini ⁊c. que sumit de Isa. i. c. agit habundãter de moribus. vbi dicitur. Quiescite agere peruerse: discite benefacere ⁊c. ⁊ postea concluditur. ⁊ venite ⁊ arguite me dicit dñs. q. d. Si hoc feceritis ⁊ vos non remunerauero: iure me tanq̃ iniustus redarguere potestis. Item dicitur ibi Lauamini. s. per baptismum. ⁊ estote. i. manete mundi scilicet per penitentiã Et q̃ possint ostendit dicens Auferte malum cogitationuz vestrarũ: ⁊ si fuerint peccata vestra vt coccinũ quasi nix dealbabuntur ⁊c. Verũ quia illi qui fidẽ veram ⁊ bonos mores seruant ad hereditatem domini pertinere probant: iccirco sequitur graduale: Beata gens cuius est dñs deus eius. populus quẽ elegit dominus in hereditatez sibi. Hi efficiuntur celi: qui verbo idest filio dei firmant. vnde sequitur versus. Verbo domini celi firmati sunt ⁊c. Itẽ quia in talibus locum habz beatitudo: ideo graduale illud est primi toni: quia beatitudo a solo deo est. Ab his quoq; nõ discrepat euangelium precedens. s. Preteriens Jesus ⁊c. Jo. ix. c. quod est de illuminatõe ceci: quia ceci illuminantur in baptismo vnde dicitur ibi: Lutum fecit dominus ex sputo ⁊ precepit ceco vt lauaret se in natatorio, syloe. i. christi qui missus fuit a patre. i. in baptismo vel in doctrina xpi de quo dicitur Heñ. vlti. c. Non auferet sceptrum de iuda: ⁊ dux de femore eius donec veniat qui mittendus est: hebreus habz donec veniat sylo. i. missus. Postmodum in gratiaruz actione sequitur offertorium secundi toni: ppter illuminationem ⁊ confirmationem. Dicto autez offertorio archidyaconus ascendit pulpitum clamans alta voce. Si quis est cathecuminus exeat foras: prout dictum est in probemio quarte partis: ⁊ tũc omnes cathecumini exeunt foras: ⁊ sic fit septies priusq̃ baptizentur videlicet in quolibz scrutinio: quia qui nõ regenerati sunt nec inter dei filios computari: nec christi mysteriis conuenit interesse. Quidam tamen cathecumios ante euangelium de ecclesia eiciunt quod non laudamus cuz eis sit euangelium predicandum: sicut ⁊ apostoli primitijs gentium euangelium predicauerunt: sz sacrificio interesse nõ debent: tum quia sacerdos orat pro circunstantibus: quorum fides deo cognita est ⁊ nota deuotio: at isti nondum fideles vocantur: tuz q; quod conficitur fidelibus porrigitur. In postcõmunione vero agit gratias cecus de illuminatione sua dicens: Lutum fecit dominus ex sputo. Joan. ix. ⁊ est p̃mi toni: quia ad locum vnde exeunt flumina reuertitur vt iterum fluant: sic autem recognoscendo bona debemus agere deo gratias. Hec autem quarta feria in hoc priuilegiata est: quia in ea leguntur due lectiones: pro eo quod in sequenti sabbato ordines celebrãtur. Item quia hac die ordinandi examinantur. Itẽ quia hac die fit scrutinium baptizandoruz in sabbato paschali: vt premissum est.

¶ De quinta feria. Rubrica.

Quinta feria ostendit q̃ nõ est sãctificatio nisi a deo. vnde ĩtroitus est: Letetur coz querentium dominum ⁊ post querite faciem eius semper ⁊ est secundi toni: qa queritur vt habeaẽ ⁊ postea vt amplius habeatur: quanto enim magis habetur tãto magis queritur. Epistola vero. Venit mlier ⁊c. q̃rti Regum. iiij. c. est de resuscitatione filij mulieris sunamitis quẽ resuscitauit Heliseus: ⁊ incuruauit se super puerum ⁊ pueri qualitati se conformauit. puer vero septem excitationes omisit: ⁊ sic est resuscitatus. Hempe sunamitis interpretatur captiua. filius eius genus humanum quod dicitur puer propter paruitatem sensus. baculus de quo ibi dicitur est lex que percutit dicens: Oculum pro oculo ⁊c. que neminem ad perfectionem ducit. Helyseus vero. i. christus inclinauit se super hunc puerum idest exinaniens se factus ẽ ei similis ⁊ resuscitatus est. Sed oportet vt septem excitationes emittat. Prima est fides: quia sine fide non est introitus. Primo enim veritati debet quis credere ⁊ omnia possibilia sunt credenti. Homine inquit leprosus: si vis potes me mundare: ⁊ dixit volo mundare. Secunda excitatio est timor. Tertia est dolor de peccatis: quia misericordia nõ fit sine iustitia Quarta propositum confitendi. Quinta est propositum satisfaciendi. Sexta propositum de cetero non peccandi: q̃. s. non offendat deum creatorem suum: ⁊ omnia ista debent fieri in spe vite ⁊ glorie. Unde spes est septima excitatio. Responsorium est Respice in testamentum tuum. ⁊ post Exurge idest fac nos exurgere: ⁊ est quinti toni propter quinq; sensuum reparatõnem siue innouationem. Euangelium vero Ybat Jesus ⁊c. Luce. vij. capi. est. de resuscitatione filij vidue cui dixit dominus: Adolescens tibi dico surge: In q; busdam tamen ecclesijs dicitur illud euangeliuz Sicut pater suscitat mortuos ⁊ viuificat ⁊c. Sequitur offertorium Domine ad adiuuandũ ⁊c. septimi toni propter septem excitationes in gratiarum actiones. Postcommunio vero est de eterna beatitudine scilicet Domine memorabor iusticie tue: cui competit dare eternam beatitudinem: que erit octaua resurrectionis.

¶ De sexta feria. Rubrica.

Sexta feria prorsus idẽ dicit q̃ quinta ⁊ est introitus Meditabor ⁊c. versus Celi enarrant. i. sancti: ⁊ est primi toni qz in solo deo ponit spẽ In epistola Egrotauit ⁊c. iij. Reg. xvij. c. ponitur resuscitatio filij vidue ab helya. Responsorium est Bonum est sperare in dño supple: qz resuscitat: ⁊ est quinti toni cuius rõ in p̃cedẽti feria etiã dicta est. Seq̃ euãgeliũ Erat quidã Jo. xi. c. de resurrectõe lazari q̃ hac die resuscitatus est. Et offertoriũ in gratiarũ exhibitionem

populum humilem saluũz facies domine ⁊c̃.primi toni eadem ratione:quia scilicet in solo deo sperandũz est.In post cõmunione vero habet̃ q̃ ad preces earũ s.marie ⁊ marthe suscitatus fuit lazarus videns oñs flentes sorores lazari ⁊c̃:Jo.xj.c.per qõ significat̃ q̃ ad preces sanctorũ suscitat deus mortuos ꝑ spiritualit̃ dans eis primã gratiã:⁊ ideo est primi toni ꝓpter primam resurrectionẽ.s.anime.Et attende q̃ semp hac die que est quintadecima a passione dñi legit̃ p̃dictũz euangeliũ q̃ ostat hac die lazarũ suscitatũ esse:ꝺ quo euangelio sumit̃ responsoriũ.Occurrerunt iudei ⁊c̃. qõ hodie in ꝙbusdã ecclesijs cantat̃:cui hodie ꝓgrue in euãgelio p̃mittit̃ dicta lectio ꝺ filio sareptane mortuo quem suscitauit helyas:ponens eũ sup lectũ:⁊ expandẽs se tribus vicibus sup eũ.Nempe hec mulier est eccl'ia q̃ fide suscipit xp̃m in hospicio cordis.Filiꝰ eiꝰ est qlibet fidelis q̃ morit̃ cũ morte dignũ peccatũ cõmittit:lectus helye catholicã designat ecclesiã:ĩ quã sole anime reuiuiscunt:dũ per fidẽ trinitatis a morte resurgunt.Cetera laudes confessiones ⁊ consolationes sunt cuiuslibet a peccatis resuscitati.

De sabbat Rubrica.

Sabbatũ vero de largitate saluatoris ẽ.vñ introitus est.Sitientes venite ad aquas doctrine.s.⁊ baptismi.Sequit̃ ⁊ bibite cuz letitia.hec ad sabbatum mentis ptinent:⁊ ostenditur largitas dei:qui paratus est large dare cuilibet:⁊ benignitas eius vnde dicit:Venite bibere aquas.s.q̃ mũdificant ⁊ scificãt gratis.Segit̃ versus.Attendite populi meus:ĩ quo ostenditur q̃ etiaz hoc de aquis doctrine intelligitur:secundi toni ꝓpter mundationem anime ⁊ corporis:⁊ sumitur de Jsa. Epistola est.In tẽpore placito exaudiui te.Jsa.xlix. ca.⁊ post.Nunquid potest mulier obliuisci infantem uum:ecce ostenditur largitas vel charitas dei erga nos.Postea,sequitur responsorium.Tibi derelictus ẽ pauper in gratia q̃ actiones:quarti toni ꝓpter quat tuoꝛ virtutes per quas significat.In euangelio vero quod est Joan.viij.c.de eadem largitate agitur.Ego sum lux mundi.Non dicit huius hominis vel illius sicut flos campi:qui sequitur me nõ ambulat ĩ tenebris Ostendit ergo q̃ paratus est illuminare omnem hominem qui sequitur ipsum:Ceterum qui videt currit qui currit peruenit exceptis superbis vnde sequit̃.Tu de teipso testimonium perhibes:testimonium tuũ nõ est verum.Respondit eis scilicet iudeis Jesus.Nonne scriptum est in lege vestra q̃ duorum hominum testimonium verum est.videbant enim miracula:⁊ ita pater erit testis eius.⁊ reliquit eos dominus quasi superbos disputatores non curantes illuminari.Soli enim humiles illuminantur.Unde sequitur offertorium:Factus est dominus.primi toni:quia solus deꝰ potest illuminare.Quia igitur in hoc sabbato ostẽdit ecclesia largitatem domini dantis gratiam in baptismo:⁊ in doctrina quibus ex largitate dei habundanter datur gratia,ideo fiunt ordines in illo die:⁊ etiam quia imminet tempus passionis domini:in qua artꝰ se tenet ecclesia ad significandum q̃ ordinati artius se tenere debent:vt qui prius ebrij erant ammodo sobrij sint ⁊ iterum debent se immolare deo hostiam sãcram deo placentem.Hoc etiam sabbato fit scrutinium baptizandorum:quia cathecumini ad requiẽ eternaz que per sabbatum intelligitur veniunt per baptismum.Unde in quibusdam ecclesijs hodie due lectiones leguntur in missa ex eadem causa qua in quarta feria precedenti.

¶ De dñica quinta in passione dñi. Rubrica.

Sequitur dominica de passione domini scilicet de cruce.Incipit autez huius celebritas passionis a fine sabbati.i.a vespera lucem huius dominice precedẽte:quia Lazaro in precedenti sexta feria suscitato.quidã de Bethania abierunt ad phariseos narrantes eis miraculum.⁊ cum in illa sexta feria fuerit neomenia.i.prima dies mẽsis ad sanctificationẽ multi iudei pontifices pharisei conuenerant ibi:qui audientes signum mox vt ait Joannes hoc est in sabbato Collegerunt concilium versus Jesum.⁊ ex illa die cogitauerunt vt interficerent eum.ac deinceps Jesus non palam ambulabat apud eos quia nondum venerat hora eius:ideoq̃ in vespera sabbati:quasi post horam eiusdem concilij publicum luctum incipit ecclesia suo compatiẽs domino:vt capiti membra:⁊ ex tũc lugendo recitat.vexillum regis mysterium crucis:acetum fel:⁊ arundinem:clauos ⁊ lanceam perfozati corporis:diem passionis rationes patientis:illusiones inimicorum ⁊ insidias eorum hec ⁊ his similia in vesperis ⁊ nocturnis plangit officijs.que de autenticis veteris ⁊ noui testamentorum sunt congesta scripturis. Preterea post precedentium septem dominicarum ordinatissimam dispositionez quibus vt premissum est septem mundi etates figurantur.que omnes sunt domini passione redempte:merito ipsius dominice passionis celebratio inchoatur:⁊ quasi longa funeris pompa premissa demum sequitur ipsa salutis nostre victima ingerens oculis ea que pro nobis pertulit vulnera ⁊ mortis insignia. ¶ Rursus ideo ecclesia cantat.Vexilla regis prodeunt ⁊c̃.vt si forte aliqui sint lapsi veniant ad vexillum quod omnes amaritudines facit esse dulces:quod significatum est per lignum proiectum in aquas marath. Semper enim ⁊ maxime isto tempore debemus habere in memoria dominicam passionem.vnde in canticis. Fasciculus mirre dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur:quia memoria passionis dominice secum non patitur amaritudinem peccati. Ideo aũt specialiter duabus septimanis ante pascha passio domini recolitur.Primo quia ipse a duobꝰ ⁊ ꝓ duobus populis passus est.Secũdo quia duo testamenta per duas ebdomadas exprimimus.vetus quod predixit dñm passurum:⁊ nouum quod ostendit ipm passum

Tertio quia in duobus huius seculi temporibus scz ante legē ⁊ sub lege eadem passio vaticinata ē. Quarto vt he due septimane reducant nobis ad memoriā murmurationem eorum q ante legem ⁊ sub lege in iferno fuerunt vsq; ad tempus gratie: quod i tertia ebdomada scilicet paschali significatur. Ab hac nanq; die qua gloria patri dimittitur: due sunt ebdomade vsq; ad pascha. Tunc vero tertia est in qua restaurat omnis dimissa glorificatio. In tertio enim tempore quod fuit sub gratia: omnia beneficia q̄ patres nostri expectauerunt in ecclesia reddūtur. ¶ Ideo autem gloria patri dimittitur: quia ille versus ad laudes pertinet trinitatis: que fuit in passione domini quam ab hac die representat de honestata. Constat enim q̄ christus qui est tertia in trinitate persona fuit de honestatus. Sed in resurrectione Gloria patri resumitur quia per resurrectionem fuit gloria imortalitatis glorificatus. Sed certe hec protestatio fuit specialiter in crucifixione. Unde potest dici q̄ gloria patria p nūc tacetur propter humilitatem per quaz ad christi passionem perueniendum est ⁊ quia dominus se abscondit. ¶ Et est aduertendum q̄ tacetur in introitibus ⁊ responsoriis: quia illa sunt de passione: ⁊ in venite exultemus domino. ¶ In psalmis vero ⁊ hymnis non: quia psalmus significat operationez. Ipsum enim non persequebantur nisi linguis tractādo de nece ipsius: nec ipse bonum desijt operari. Nō ergo tacetur in totum quia remissior debet esse luctus: eo q̄ nō statim post habitum concilium de nece eius traditus est agnus in manibus de lanionum. Sed in triduo ante pascha omnino tacetur: quoniam tunc maxime sancta trinitas de honestata est: licet enim ante dies illos de nece domini ageretur: tunc tamen vapulat: spuit: alapatur: ⁊ crucifigit. Unde isa. Et vidimus eum nō habentem speciem neq; decorem: vel quia tunc sepultura domini celebramus: que maxime fuit eius humiliatio. ¶ Ab hoc etiam dominica in quibusdā ecclesijs tacetur ad primam. Christe fili dei viui: tuz q̄ ex tunc ecclesia eius mortem ⁊ passionez representat tum quia secundum iudeorum reputationem non poterat alijs misereri: qui seipsum saluum facere nō poterat. De hoc dictum est in quinta parte sub titulo de prima. Non fiunt etiam speciales cōmemorationes de sanctis neq; de pace ab hac dominica vsq; ad sabbatuz post penthecosten quānis post laudes dicatur Preciosa in conspectu domini ⁊c. ad primam oratio Domine deus omnipotens ⁊c. in quibus cōmemoratio generalis fit de sanctis. Circa quod sciendum q̄ cōmemoratio sanctorum duplici ex causa fieri consueuit videlicet ad recolendum eorū sanctitatis meritū ⁊ ipetranduz patrociniuz nobis salutare que duo excellētissime in xp̄o nostro capite passiōis ⁊ resurrectiōis sue tēpore nobis attēdenda monstrant: q̄ passionis sue tēpore p̄buit eximiuz humilitatis ⁊ sanctitatis exemplū. Post resurrectiōez vero suā apud patrem: sicut testatur iohannes noster aduocatus factꝰ est singularis. Ut igitur nostra intentio illo precipuo tempore feratur in sue sanctitatis exemplū ⁊ spes nostra eleuat ad vnicuz eius singulare refugiū: cōuenienter tunc illorū sanctorum specialia suffragia omittūtur. Hinc etiā est q̄ quedā ecclesie omittunt post primam dicere: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius ⁊c. incipientes ibi. Deus in adiutorium meum inten. ⁊c. ⁊ in illa etiam oratione Domine sancte pater omnipotens ⁊c. que dicitur ad primam pretermittunt verba illa per intercessione beatissime virginis marie ⁊ omnū sanctorū. Qui vero dicunt p̄cio sa asserunt illud quod non est hora nec pars canonice hore: prout dictum est in quinta parte sub titulo de prima. Fit autem aliqualis ⁊ generalis sanctorum cōmemoratio in ecclesia: quia per eorum multitudinem ⁊ nostram imbecillitatem de ipsorum quolibet sicut debituz esset solēnizari nō potest. Et ex hoc etiam apparet quare omittitur cōmemoratio de pace: quia sicut ait apostolus ad collocenses primo. Christus pacificauit per sanguinez crucis eius: sive que in terris sive que in celis sunt: ⁊ post resurrectionem suam pacem discipulis suis annunciauit: ⁊ cum eis ipse q̄ pax nostra est continue vsq; ad ascensionem suaz conuersarij: ⁊ tunc eis pacem suam dedit dicens. Pacē meā do vobis: ⁊ in penthecosten consolatorem mittere dignatus est. Incassum ergo fieret commemoratio de pace. ¶ Introitus autem incipit ab oratione domini i passione. Judica me deus ⁊ discerne causam meā ⁊c. In hoc enim instruxit nos in orando. ¶ Sequitur emitte lucem ⁊c. quia qui videt premia fortis efficitur in pugna: ⁊ veritatem tuam ⁊c. qui enim videt vera bona de facili ducitur in eterna tabernacula: ⁊ est quarti toni: propter formam crucis: vel propter quatuor que petuntur: scilicet iudicium: discretio: liberatio ⁊ fortitudo. ¶ Epistola vero scilicet christus existens pontifex futurorum bonorum peramplius ⁊ perfectius ⁊c. que est ad hebreos. ix. capi. ostēdit efficatiā passionis christi. Per passionē eius i eterna tabernacula ducimur: cuius memores esse debemus. Sed q̄ non omnes intrabunt nisi qui faciunt eius voluntatē: ideo sequitur responsoriuz. Eripe me de inimicis meis doce me ⁊c. aliter enim non intratur in sancta sanctorum: ⁊ est tertij toni propter liberationem a triplici inimico per virtutem trinitatis. ¶ Postea sequit tractus in quo conqueritur dominus d inimicis suis dicens. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: in abel ⁊ in alijs: ⁊ verissime dicitur tractus quia huiusmodi cogunt nos ducere vitam miseriam scilicet allophili ⁊ philistei: ⁊ est octaui toni: ad significandum q̄ huiusmodi tribulationes veniunt super nos vt simus memores alterius vite que erat in octaua etate: quia ad dominum cum tribularer clamaui ⁊c. Et iob operuit confusio faciem eius. ¶ Postea sequitur euangeliuz. Quis ex vobis ⁊c. io. viij. capi. in quo habetur contumelia iudeorum dicentium domine. Dominuz habes: ⁊ dominus abscondit se vt expectaret tempus immolationis agni: ⁊ decima luna ostendit se sicut dicebat de agno fieri: vt habetur in exod. xxvij. capitu. ¶ Ecclesia vero ostendit se esse contrariam eis i offertorio: quasi diceret. Ipsi dicunt demonium habes sed ego confitebor tibi domine: ⁊ est primi toni: quia soli deo confitendum est. ¶ Post communio autem

est. Hoc corpus ꝛc. Luce. xxij. capi. ⁊ Mathei. xxvi. ⁊ Mar. xiiij. ⁊ i. corith xj. capi. Et icipit eā sacerdos ad ostendendum q magnus sacerdos sacrificiuz ve tus mutauit in nouum sacrificium. ⁊ est octaui toni: quia illud sacrificium est verum quod perficietur in paradiso quando resurgemus. Et illud apostoli vere implebitur omma vestra sunt.

¶ De secunda feria. ¶ Rubrica.

Secunda feria ē ō crucifixio ne nostra: ⁊ maxie de ieiunio: quia debemus crucifigere membra nostra cum vicijs ⁊ concupi scentijs: sicut precedens dominica est de cruce. Sed quia non potest homo ieiunare nisi li beretur ab inimicis visibilibus ⁊ inuisibilibus dyabo lo scilicet ⁊ mundo ⁊ malis hominibus. ideo ecclesia petit in introitu liberari ab inimicis: ⁊ est tertij toni propter liberationem a triplici inimico. ¶ Epistola vero est. Factum est verbum. Jo. iij. capitulo. in qua inuitamur ad ieiunium per exemplum niniuitaruz q solius ione ⁊ vnica predicatione ieiunium indixerūt: etiaz iumentis vt liberarentur a temporali subuersio ne: quanto magis nos debemus penitentiaz suscipe re ad vocem veri ione scilicet christi ⁊ apostoloruz: vt subuersione spirituali liberemur. ¶ In responsorio petit similiter liberari ab inimicis: ⁊ est versus. Deus in nomine tuo saluum me fac tertij toni: propter vir tutem trinitatis ⁊ liberationem a triplici inimico.

¶ Postmodum sequitur euangelium. Dixerūt pn cipes. Jo. vij. capi. in quo dicit dominus scribis ⁊ pha riseis. Quid vultis me iterficere: ⁊ loquitur de resur rectione sua: ⁊ ascensione ⁊ spiritus sancti missione: propter hoc vt illi qui sunt in cruce qui sustinent mul ta a malis sicut ipse dominus semper habeant respe ctum ad fructum charitatis. Unde ascendam in pal mam vt apprehendam fructum eius. ¶ In offerto rio. Domine conuerte ⁊ eripe animam meam ꝛc. pe tit liberari ab inimicis in anima. ⁊ est sexti toni: quia liberatio anime perfecta liberatio est: senarius enim numerus perfectus est. ¶ In post cōmunione. Do minus virtutum ipse est rex glorie: attribuit deo libe rationem suam ꝛc. ⁊ est tertij toni: quia ille est de⁹ tri nitas qui liberat. ¶ Dicitur autem ad horas capi tulum illud. Attende domine. Jere. xviij. cap. ⁊ illud Domine omns q te derelinquunt: ibidem. xvij. capi. ⁊ illud. Cōfundant qui me: quod ē ibidē ⁊ illud. Tu autē dñe. xx. c. ⁊ illud. Dñs deus aperuit. Isa. l. capo.

¶ De tertia feria. ¶ Rubrica.

Tertia vero feria ad patientiam inuitat: vnde introitus ē. Expectabo dominuz ꝛc. versus domi nus illuminatio mea. Deus. n. dat pa tientiam: ⁊ qui illuminatus est patien tiam habet est septimi toni: quia patientia concipit respectu quietis eterne. ¶ Postea sequitur epistola. Congregati sunt. Basi. iij. capi. in qua ostenditur ef fectus patiētie: quia ibi habetur quomodo babyloni miserunt danielem in lacum leonum: nec tetigerūt eū ⁊ misses est ei cibus a domio per abacuc: ⁊ significat q per patientiam liberat nos dominus a spiritualib⁹ babyloniis ⁊ quandoq; eū liberat corporaliter ⁊ dat vitam eternam. Juxta illud apocalip. Qui vicerit da bo ei manna absconditum. ¶ In responsorio. Bi sceme causam meam de gente non sancta ꝛc. petit li berari ne succumbat. Deinde sequitur. Emitte lucē tuam ⁊ veritatem tuam: ipsa me deduxerunt. Ecce semper petit lucem quam qui videt patientiam habz ⁊ sic liberatur: ⁊ est quinti toni: quia petit liberari a tē tatione quinq; sensuum vel ab inimicis qui nocuerūt per quinq; sensus. Intrat enim mors p fenestras coz poris. ¶ In euangelio vero. Ambulat ihesus i gali leam ꝛc. Ostenditur discretio bonoruz ⁊ maloruz: tē pus vero bonoruz erit in futuro. Unde debet dicer patiens sicut dixit dominus. Tempus meum nōdum est: ⁊ debet sperare in domino. Unde sequitur offer torium. Sperent in te qui te nouerunt. Et quia semp sustinent malos: ideo in post communione. Redime domine ꝛc. petit liberari: que est septimi toni: propter requiem que speratur.

¶ De quarta feria. ¶ Rubrica.

Quarta feria. Ostendit q a so lo deo est liberatio: q; fi delis est deus qui non permittit nos tē tari supra illud quod possumus sustinere. Unde introitus est. Liberator me us: ⁊ versus. Diligam te domie fortitudo mea ꝛc. Ec ce posit deum fortitudinem suam. ⁊ est tertij toni: p pter donum trinitatis: ⁊ propter triplicem inimicum. ¶ In epistola vero. Locutus est. Leuitici decimo nono capitulo. enumerantur precepta: vbi ostendit iudeos non obseruare illa in hoc q persequebantur i nocentem. ⁊ omnes etiam qui persequuntur bonos non sunt timēdi: quia sunt inimici domini. Unde ibi babetur non iniuste iudicabis. Et ideo in responso rio. Exultabo te ꝛc. petit liberari: quod est septimi to ni: propter septiformem gratiam. ¶ In euāgelio ve ro. Facta sunt ihoannis decimo capitulo. Ostendit quid fecerit dominus in encenijs quia iudei tulerūt la pides vt iacerent in euz: ⁊ dixit dominus Multa bo na opera feci vobis: propter quod vultis me lapidar Encenium festum erat dedicationis templi hoc est ō reparatione ipsius a machabeis. ¶ Sequitur. Et hyems erat: hoc erit in die iudicij: quando reparabi tur verum templum quantum ad bonos ⁊ hyems ma loruz erit. Boni vero cognoscent dominum: sicut in euangelio dicitur. Vos autem cognouistis me: quia pater in me est ⁊ ego in patre. Et tunc plene liberabi tur ecclesia sicut petit in offertorio. Eripe me domine de inimicis meis ꝛc. quod est septimi toni: quia tunc erit vera quies: vel propter gratiam septiformem: q; vero beatus erit qui erit in illa quiete: quod non erit sine innocentia. Ideo est post communio. Lauabo i-

nocentes manus meas ꝛc̄. Et introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutem meam. i. ad altare quiete mentis: ad altare supernuz: quod est octaui toni quia hoc erit in octaua etate: sicut dictum est: quarta ergo feria est de encenijs. i. de dedicatione q̄ plene fiet in futuro qñ ecclesia perfecte dedicabitur deo.

¶ De quinta feria. ¶ Rubrica.

IN quinta feria imolat ecclesia hostias spirituales p quas possit consequi illud gaudium: sed quia non impetratur misericordiam nisi confitēdo iusticiam: ideo dicit in introitu confitendo iusticiam ergo nos. Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti. Daniel. iij. capi. Si misisti tribulationes benefactū ē: quia peccauimus tibi ꝛ postea petit misericordiam. Da inquit gloriam nomini tuo: ꝛ fac nobiscum secundum multitudinez misericordie tue. Versus est. Magnus dominus ꝛ laudabilis nimis: ꝛ est tertij toni: quia qui confitetur debet confiteri tripliciter peccatum suuz. In alijs tamē ecclesijs est versus. Beati immaculati. Idem habet in epistola que sumpta est de daniel. iij. capi. Erauit daniel. Domine deus ne despicias ꝛc̄. quia peccauimus Et non est nobis sacrificium ꝛc̄. Ita enim dicebant filij israel quādo erant in babylone: sic ꝛ nos possumꝰ dicere quando sumus in peccato non est sacrificium: sed in spiritu humilitatis ꝛ in animo cōtrito suspiciamur domine a ꝛc. ¶ In responsorio. Tollite hostias ꝛc̄. monet nos offerre hostias spirituales: versus est. Reuelabit deus condensa. Aliter enim non posset offerre spiritualiter nisi deus remoueat tenebras a corde: ꝛ est quinti toni: quia talem oportet in quinq̄ sensibus mactari: vnde sequitur euangelium. Luce. vij. Rogabat ihesum. In quo habetur quomodo beata maria magdalena impetrauit veniam lachrymis: qz quot habuit in se oblectamenta tot mactando se hostias spirituales obtulit deo in corpore suo. ¶ In offertorio. Super flumina ꝛc̄. ostenditur quomodo flēdum sit ꝛ quomodo oporteat lugere. Duo enim sunt q̄ hoc faciūt scilicet memoria peccati preteriti: ꝛ recordatio celestis hierusalem quoniam quādo homo suas miserias mundicie comparat angelorū: flet super flumina babylonis: ꝛ est primi toni: quia hoc debet esse primum in memoria. s. finis propter quem sumus.

¶ In post cōmuniōe orat vt dominus memor sit p missionū. Memēto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti: ꝛ est octaui toni quia in octaua etate fiet illa delicatio. In quibusdā tñ ecclesijs legit euangeliuz vbi dicit. Cuz quidam vellent apprehēdere ihesuz: ꝛ tñ nemo misisset manū in euz: dixerūt pōtifices ad ministros. Quare nō adduxistis euz. Responderūt ministri. Nūq̄ sic locutus ē homo sicut hic loquitur. Hac etiā die cōuenient legitur illud euāgeliū: vbi dicitur q̄ reuersi sunt vnusquisq̄z in domū suaz. ¶ In offertorio vero dicit in salicibus in medio eius suspēdimus organa nostra: quia post hanc diem nullus euangelium legitur in quo dominus iudeis publice p dicasse narretur. Ecce ergo illud diuinitatis organū in illis salicibus ꝛ fluctuosis hominibus babylōis suspensum est.

¶ De sexta feria. ¶ Rubrica

SExta feria est de passiōe ꝛ orat christus dans nobis in introitu formam orandi. Miserere ꝛc̄. ꝛ est quinti toni. quia non potest fieri liberatio sine quiez sē suuz cohibitione. ¶ In epistola Domine omnes ꝛc̄. Jere. xvij. ca. petit suam liberatiōez ꝛ inimicorum confusionem. ¶ In respōsorio vero similiter conqueritur de inimicis: ꝛ maxie de hypocritis q̄ pacifice loquebant ꝛc̄. s. cum dicebāt. Magister scimus quia verax es: ꝛ tamē dolus erat in corde vñ vide domine ꝛc̄. ¶ In euangelio colligerunt pontifices ꝛ pharisei ꝛc̄. Jo. xj. capi. similiter dolus exprimitur: ꝛ dicitur ibi: venient romani ꝛ tollent locum nostrum ꝛ gentem: quia iam ablatum erat sceptrum de iuda: ꝛ dux de femore eius. ꝛ Pilatum prefidē romane potestatis habebāt. Quia vero vbi ē dolus ꝛ crudelitas: ibi maxime indiget homo sapientia vt sapiēter respondeat: ideo in offertorio petit intellectuz vt possit respondere sine peccato. Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas ꝛc̄. Et respondebo sicut dicit Dauid. ij. Regum. Dimitte eum vt maledicat mihi sicut precepit dominus: tales enim sunt virga domini. Unde augustinus. Unde superbiunt impij: quia eos facit pater meus virgam suam. Et in p uerbijs. Fili mi stude sapientia vt possis respondere sermoni ꝛ est septimi toni: propter spiritus sancti gratiam septiformem. ¶ Post cōmunio quoq̄z. Ne tradideris me ꝛc̄. eadem ratione: est septimi toni in qua petit liberari.

¶ De sabbato. ¶ Rubrica.

SEquitur sabbatum vacans sicut ꝛ secunda dominica quadragesime. In hoc enī sabbato intendere consuevit dominus papa pauperibus christi: dando elemosynam ꝛ mandatum celebrando: tum quia in cena domini propter officij magnitudinem hoc facere nō poterit: tum quia sicut dicit iohannes. Ante sex dies pasce venit ihesus in bethaniam: ꝛ factum est conuiuiū in domo marie ꝛ marthe ibi fuit lazarus quem dominus postea suscitauit: ꝛ tunc maria vnguento nardo pistico vnxit pedes ihesu. Apostolicus ergo i memoriam eius: quod illa deuotissime egit: facit membris christi quod ipsa capiti fecit: vt pedes ihesu vnguēto ideſt domini vestigia sectando: ꝛ capillis tergēdo ideſt superflua pauperibus erogādo: impleatur dom odore vnguenti: ideſt mūdus impleatur bona fama. ¶ Quia ergo hac die circa p̄missa charitatis opera exercenda occupatus est: ideo vacat hoc sabbatū a proprio officio ꝛ mutuo accepit a quinta feria ante

cedenti. Vel in quibusdam ecclesijs a sabbato antecedenti. Sitientes venite ad aquas. ¶ Legitur epistola de ieremia. xviij. capitulo. Dixerunt impij ꝛc. i qua sunt male cogitationes que precesserunt passionem: venite cogitemus contra iustum cogitatioēs: ꝛ postea percutiamus eum lingua tales autem nō habent sabbatum: quia non est pax impijs dicit dominꝰ. ¶ In euangelio vero. Subleuatis ꝛc. iohannis decimoseptimo capitulo rogat pro se ꝛ pro discipulis: ꝛ p omnibus fidelibus: vt habeant sabbatum: quod erit per vnitatem ꝛ charitatez i futuro: quando vnum erimus sicut pater ꝛ filius sunt vnum idest in maiori approximatione que possit esse illi vnitati qua pater ꝛ filius vnum sunt. In alijs vero ecclesijs legitur euangelium. Cogitauerunt autez iohannis duodecimo capitulo. In quibusdam tamen ecclesijs legitur euangelium ō proditione iude. Amen amen dico vobis nisi mandu caueritis: cui recte premittitur lectio ieremie vbi dicitur. Venite cogitemus contra iustum cogitationes. ¶ Hoc sabbatum preuilegiatū ē: quia vt premissuz est. Dominus papa tunc elemosynas dat ꝛ mandatū facit: ꝛ quia hac die vt quidam dicūt. Christus discubuit in domo symonis leprosi: ꝛ martha ministrabat ei ꝛ maria lachrymis suis pedes eius lauauit ꝛ proprijs capillis tersit.

¶ De dñica. vj. in ramis palmarū. ¶ Rubrica.

In dominica i ramis palmarum: ꝛ in passione domini legitur Jeremias duplici ratione. Primo quia ipse manifestius de passione domini prophetizauit quam alius. Secundo quia p eius passionez prefigurata est passio domini: quia deplorando captiuitatem iudeorum per babylonios factam: prefiguravit ꝛ romanam quam incurrunt propter christi passionem. In nocturnali autem officio dicitur inuitatorium. Ipsi vero non cognouerunt vias meas quod dicitur inuitatorium per contrarium quia inuitat nos ad cognoscenduz vias domini: per contrarium actum iudeorum: qui non cognoscentes vias domini non introierunt in requiē ipsius. ¶ In primo vero responsorio ostendit securitas patientiā tribulationes: ꝛ causa quare non est timenda tribulatio: quia deus est adiutor in die qua inuocaui te ꝛc. Versus est. In die tribulatiōis mee: inuocaui ꝛc. qz si deus adiuuat non est timendum. Unde iob. Pone me iuxta te ꝛ cuius vis manus pugnet contra me: ꝛ ē primi toni: quia a solo deo sperandum est liberatio ꝛ auxilium. Sequitur responsorium. Ingrediente dño secundi toni quia laudabant pueri dominum. ſ. vtrāqz naturam in christo. Beitatem cum dicebant Osānā. i. salua obsecro humanitatem cum dicebant. Fili dauid vel deum corde ꝛ ore pueri laudabant: sicut iudei corde ꝛ ore conuiciabantur. ¶ Circa diurnum vero officium dicendum est qꝺ post sabbatum in quo ostenditur deuotio marie. ¶ Sequitur dominica in qua ostenditur deuotio puerorum. Ungimus enī dominum cum maria: ꝛ cum pueris veneramur. Et iō facit ecclesia hac die processionem corporaliter ꝛ spiritualitur: exierunt enim pueri extra castra obuiā domino venienti de bethania in bierusalem: ꝛ nos similiter debemus extra castra. i. extra delicias carnis exire obuiā ei: sicut dicit apl's. Exeamꝰ extra castra iproperium eius portantes. Et sicut illi: sic ꝛ nos in processione nostra cantamus Osanna. Unde in egressu de ecclesia cantatur antiphona. Pueri hebreorum ꝛ nos debemus esse pueri. i. innocentes: ꝛ debemus esse pueri hebreorum. i. transilentium omnia terrena siue peccata. ¶ Postmodum facit ecclesia stationē i aliquo loco competenti: vt ibi cum deuotione ꝛ leticia suscipiatur verbum dei: sicut christus qui est verbum patris susceptus est cum leticia a pueritia in bierusalez. In scripturis enim siue sermonibus est christus: vnde ipse in euangelio. Scrutamini scripturas: ille enīz loquuntur de me: ꝛ est ipse dulcedo scripture. ¶ Legitur autem euangelium de matthco. xxj. capi. Cum appropinquasset ihesus bierusalem ꝛc. Misit duos de discipulis suis dicens. Jte in castellum quod contra vos est: vnde alibi legitur. Misit discipulos suos septuagintaduos binos ꝛ binos. i. habentes geminā charitatem dei ꝛ proximi. Misit in quam querere asinam ꝛ pullum. i. iudaicum populum ꝛ gentilem: vt eos duceret in celestem bierusalem. Et legitur iō hac die: quia ibi de fructu passionis habetur. ¶ Postea cantatur. Occurrunt turbe cum floribus ꝛ palmis: ꝛ nos similiter debemus ei occurrere cum floribus virtutum ꝛ palmis victoriarum. Palma enim significat victoriaz. Unde iustus vt palma florebit in domo domini. Et secundum greg. Ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum: ꝛ est octaui toni ꝓpter victoriam christi in capite ꝛ in membris per quā peruenitur ad octauam resurrectiōis. Deinde redeūte processione cantatur canticum puerorum. ſ. Gloria laus ꝛ honor sit tibi rex ꝛc. per aliquos ecclesiam i gredientes presertim per pueros: quia ingrediēte domino in sanctam ciuitatem hebreorum pueri ꝛc. Innocentes enim laudant cum. ¶ Et nota qꝺ theodulphus aurelianensis episcopus apud ludouicum imperatorem karoli magni filium falso a quibusdam iuis emulis accusatus ab eodem est andegauis carcerali custodie mancipatus. Cūqz in hac dominica iuxta domum in qua custodiebatur processio transiret: ille fenestra aperta factoqz silentio hos pulcherrimos versus a se editos scilicet Gloria laus ꝛ honor tibi sit rex christe redemptor cui puerile decus promisit osanna pium. Jsrael es tu rex dauidis ꝛc. presente imperatore cantauit: cui intantum placuerunt qꝺ mox illum a vinculis absoluit ꝛ episcopatuz sibi restituit: atqz eos hac die in fine processionis cantari instituit. ¶ In egressu ecclesie post canticum puerorum cantatur responsorium. Ingrediente domino in sanctam ciuitatem quod est primi toni propter primam etatez: quia soli deo cantandum est. ¶ Rursus cantus puerorū: qui fit ianuis clausis significat illud quod cātus ꝛ occursus illorum puerorum significabant. Prefigurabat enim occursum ꝛ leticiam angelorum recipientiū

christum in celum post resurrectionem quam sibi ⁊ sequentibus se per suam sanctissimam passionem meruit aperiri: cuius quidem clausio angelos non extra miserat: sed additum hominibus nō prebebat: ⁊ ideo pueri sua puritate angelos significāt itra ianuas clausas: quasi domino venienti occurrentes ad aperiendum celum vt eorum reparetur ruina versus vultibus cum letitia ⁊ clamore proferunt hymnum laudis: qui eis qui sunt extra cum gaudio respondentibus. ipsi intrantes cum christo in suum consortium receperūt Hinc est q̄ in ingressu ecclesie cantatur responsorii. Ingrediente domino in sanctam ciuitatez ⁊c. Declarans hec̄ que dicta sunt figurari per ea que fiunt. cuz enim ibi fit mentio de resurrectione. ¶ Nam ibi fit mentio de palmis que victoriā christi de morte: ⁊ dyabolo significant. Accipit ecclesia factum illorum puerorum in signum precedens eius quod iam dictum ē: ⁊ factum illorum in recordationem illius. ¶ Sane ante crucem ⁊ in cruce rami virides infigūtur ad notandum q̄ omnem virtutum virorem crucifixo habemus Christus enim ramis viridis fuit habens in se: ⁊ nos ab ipso omnem virorem virtutum. Unde ipse dicit si in viridi hoc faciūt in arido qd fiet. ¶ In summa ergo dum processionem facimus christum venientem ad nos suscipimus cum pueris obuiantes: si innocentiam seruamus. Olivas gerimus si pacis ⁊ misericordie operibus indulgemus: palmas portamus: si de vicijs ⁊ dyabolo victoriam obtinemus: virentes flores ⁊ frondes gestamus si virtutibus exornamur: vestimenta sternimus: carmen mortificātes: ramos carpimus sanctorum vestigia imitantes. Ō processio ciuitatem vel castrum egreditur: ouanī ad crucem ⁊ ad loca promotiora siue eminentia vadens recolit pueros hebreos iuisse versus montem. Olivet i innuens etiā q̄ absit nobis gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi. Qui autez pontifices extra vrbem iuxta crucem cum suis constituto occurrunt: ⁊ cum ipso ciuitatem ingrediuntur accuratius agūt. Imitamur enim populum israel ⁊ pueros eorum qui extra ciuitatem domino occurrunt: ⁊ cum eo illaz ingressi sunt. Hec ergo magna processio representat illam que tali die facta est a turbis ⁊ pueris iudeorum. Cum veniret ihesus hierusalem super asinam sedēs Significat etiā q̄ dominus ad nos veniet ⁊ ad eterna tabernacula nos ducet. Vl forte recolit processionem filiorum israel qui hac die iordanem siccis pedibus transierunt: ⁊ cum triumpho terram promissionis intrauerunt. Hec est hec processio inter alias dominicales computanda. ¶ Hec enim est preconiuz passionis: ille vero sunt significatiue ⁊ rememoratiue dominice resurrectionis vel ascensionis. Unde rectius faciunt qui anteq̄ tertia dicatur illas premittunt. Hanc vero processionem post tertiam huius diei cuz palmis celebrant: de hoc sub ascensiōe dicet. ¶ Et quidam huic processioni lectio zacharie ⁊ euangelium Johannis recte premittuntur: quoniaz ibi dominica processio prophetatur hic historice declarat. In tractu infantes ad preconia imitantur. Passio vero in missa legitur. Benedicuntur autem ⁊ distribuuntur rami per sacerdotem licet christus eos nec benedixisse nec distribuisse legatur: quia christus non honorauit eos: sed fuit ab eis honoratus ⁊ exoratus: tum q̄ populus ille iudeorum fecit hoc corporaliter ⁊ temporaliter: sed nos agimus hoc sacramentaliter ⁊ spiritualiter ad effectum qui in eorum benedictione exprimitur. Illi nanq̄ ferentes ramos triumphuz christi nō dum completum: sed tempore passionis complendū prefigurabant. Unde non oportuit ramos distribui vel benedici a christo: quia nondum figura fuerat impleta. Ecclesia vero per talia representat triumphuz christi iam completum: secundum illud collocensis. secundo. Expolians principatus ⁊ potestates transduxit confidenter: palam triumphās illos i semetipso. Quia ergo non solum ipse triumphator est. Sed etiam per ipsius gratiam ⁊ sanctificationez triumphabunt omnes electi conuenienter: ⁊ benedictio ramorū ⁊ distributio per sacerdotem qui christum representat debet expleri. ¶ Quare autem non fit festum ō dicta asina sicut fit de cruce dicetur in septima parte sub festo crucis. ¶ Post processionem sequitur statim missa de passione domini: quia debemus gaudere de fructu passionis ⁊ compati: quia pro nobis passus est. Ipse enim est vnde letemur scilicet de amore quem ostendit nobis in cruce: ⁊ vnde tristemur scilicet de peccatis nostris que tot sūt q̄ propterea oportuit filium dei pati. Venit autem decima luna siue die primi mensis id est ante sex dies pasce ad ciuitatem i qua pateretur: vt esset in domibus iudeorum: sicut p̄ceptum erat in exodo. xxvij. capitulo. ⁊ in deutrono. Decima luna accipietis agnum. Immolabitur autē agnus quartadecima luna id est decimaquarta die p̄ mi mensis ad vesperam. Et dominus eadem hora agnum cum discipulis manducās. Ubi legalis pasce decreta compleuit. Egressus est cum eis statim ad locum orationis: ⁊ circunspectis omnibus cum iam vespere essent exiui in bethaniam cum duodecim discipulis. Nempe mystice decima luna venit quia populus israeliticus decima luna egressus est de egypto: similiter per istum verum agnum est data libera potestas populo israelitico: id est videnti deum per fidem exeundi de peccato: quod non fuit datū per moysen: ⁊ virgam eius: id est per disciplinam ⁊ sacerdotiuz legale. ¶ In principio ergo misse reducēs ecclesia ad memoriam dominicam passionem: incipit ab oratione dicens. Domine ne longe facias tē ⁊ est octaui toni: significans q̄ per passionem venitur ad resurrectionem. ¶ Sequitur epistola. Hoc enim sentite ad philipenſ. secundo capitulo: in qua ostenditur passio ⁊ passionis fructus. Dicit ergo hoc enim sentite i vobis quod ⁊ in christo ihesu id est imitamini ipsum: vt sicut habuit charitatem: quia voluit pati: ita ⁊ vos habeatis charitatem: qua patiamini omnia tormenta temporalia: vt habeatis humilitatem que in Christo maxime fuit mansuetudinem ⁊ patientiam ⁊ intellectum realē vt sentiatis. Cito enim sentitur dulcedo spiritus sancti in corde quando est ibi: ⁊ hi quidem sunt

fructus passionis scilicet dulcedo in corde ⁊ gloria. Quedam tamen ecclesia legunt lectionem. Venerūt enim i helim exodo. decimoquinto capitulo. ¶ Uiso autem hoc fructu fit homo patiens quia generat patientiam consideratio fructus: ⁊ ideo sequitur respōsorium quod respondet epistole in quo ostēditur quo modo per passiones venitur ad gloriam: ⁊ dicuntur ibi tria quare est tertij toni. Primus est. Tenuisti manum tuam dextram domine: ⁊ confirmasti me in bono. Secundum est. In voluntate tua deduxisti me. Talis facit quicquid deus vult. Tertium est. Cū gloria suscepisti me. Primum est causa crucis. Secūdus ipsa crux. Tertium fructus ipsius. Versus est. Quasi bonus israel deus: quādo scilicet deducit suos ad passionez: vnde de beato stephano legitur. Lapides torrentes illi dulces fuerunt. ¶ Postea sequitur tract⁹ Deus deus meus respice in me: ⁊ quare me dereliqsti ⁊c. ⁊ est secundi toni: quia ibi ostēditur passio ⁊ fructus ipsius. Unde ⁊ titulus illius psalmi est pro sumptione matutina. ¶ Euangelium de passione est scilicet. Scitis quia post biduum pasche filius hominis tradetur ⁊ crucifigatur. Matthei. xxv. capi. ¶ Et etiam offertorium scilicet. Improperium expectauit cor meum deus: ⁊ miseriam: quod sumptus est ō psalmo septuagesimooctauo: qui totus ex persona saluatoris orantis in passionis agone conscribitur: quasi diceret ecclesia. Ex quo christus tot passus est ꝓ nobis peccatoribus libenter patiar. Unde dicit expectaui supple quasi rem dulcez. Postcommunio de passione est scilicet. Pater si fieri potest ⁊c. Matthei vigesimoquinto capitulo. ⁊ marci octauo capitulo. ⁊ Luce vigesimoprimo capitulo. ⁊ est octaui toni: propter rationem premissam. ¶ In quibusdam ecclesijs dicitur in hac dominica: ⁊ in diebus sequentibus prefatio de passione: prout dictum est sub quarta feria cinerū. ¶ Dicitur autem hec dominica in ramis palmarum eo ꝙ tunc rami palmarum si haberi possūt i processione portantur. Dicitur etiam alibi dominica olivarum quia rami olive portantur: quod fit ad representandum filios israel: qui cum ramis palmarū ⁊ olivarum ⁊ venienti domino obviam exierunt. Sequens quoq; septimana maior vocatur: eo ꝙ maius ⁊ prolixius habet officium. Dicitur etiam penosa: qz tunc precipue debemus vicia nostra punire. Vel ga dominus in ea laborauit ⁊ penas sustinuit recreādo: sicut ⁊ in prima mundi ebdomada creando. Dicitur quoq; indulgentie: quia penitentes in ea absoluunt. Dicitur etiam sancta: quoniam in ea impij iustificātur. ¶ Hec autem dominica in tribus priuilegiata ē Primo quia illa die filij israel intraverunt terram promissionis ⁊ iordanem sicco vestigio transierūt sic enim contingit ꝙ eo anno tot dies fuerunt vsq; ad pascha quot sunt ab hac dominica. Secundo quia hac die veniens dominus de bethania cum honore maximo in hierusalem susceptus est. Tertio quia eadem die dominus a templo ementes ⁊ vēdentes eiecit.

¶ De secunda feria. ¶ Rubrica.

Secunda feria ostēdit causaz passionis scilicet in christo humilitatem ⁊ patientiam: ⁊ in iudeis crudelitatem ⁊ invidiam in iuda cupiditatem ⁊ avariciam ⁊ est itroitus quarti toni propter famam crucis Epistola vero sumitur de isa. l. capitulo. In qua ostēditur principalis causa passionis domini: dominus deus aperuit mihi aurem scilicet ad intelligendum: ⁊ propter hoc dedi genas meas vellentibus ⁊c. In q. busdam ecclesijs in hac ⁊ in tertia ferijs dicunt due lectiones in missa pro eo ꝙ christi passio a lege ⁊ prophetis prenunciata fuit. ¶ In responsorio petit liberationem suam. Exurge domine ⁊ intende ⁊c. versus Effunde frameam: ⁊ est tertij toni: quia virtute trinitatis liberamur ab inimicis. Framea est spata quasi fremia vel quasi ferea. ¶ In euangelio vero scilicet. Ante sex dies ⁊c. Johannis duodecimo capitulo. ostenditur triplex causa passionis: ⁊ dicit añ sex dies pasce: non ideo ꝙ sex dies futuri essent ante pascha: sed quia ibi causa passionis ostēditur. In iuda ostenditur causa cupiditatis eo ꝙ dixit. Ut quid perditio hec: erat enim habens loculos: ⁊ ideo sic dicebat vt nummos furaretur: vt habetur in Jo. In iudeis causa est invidia: quia moti sunt in eum propter laudem puerorum dicentes. Si dimittimus eum. sic omnes credent in eum: ⁊ ideo querebant interficere eum: In ipso vero christo ē fructificatio totius generis humani: vnde in euangelio dicitur. Nisi granuz frumēti ⁊c. In quib⁹ usdam tamen ecclesijs in secunda feria legitur passio secundum marcum scilicet erat pascha ⁊ azima post biduum ⁊c. ⁊ in tertia feria dictum euangelium secundum iohannem scilicet. Ante sex dies pasce: sed primi magis videntur historiam sequi: ga post biduum. i. post tertiam ⁊ quartam ferias: in quīta feria pascha. i. agnus paschalis immolatus fuit.

¶ Preterea secunda dies creationis mundane minus est ceteris ornata diebus. Nam cum dixisset dominus. Fiat firmamentum in medio aquarum non est additum. Et vidit deus ꝙ esset bonum in quo numerus binarius infamatur: quia primus ab vnitate degenerat ⁊ divisionem significat. Unde in eo facta est aquarum divisio. ¶ Non est ergo mirum si hec dies secunda que illam respicit minus ceteris in officio dominice mortis purpuretur insignijs. Sed non est multum attendendum vtrum in secunda vel i tertia feria legatur passio. Quia enim quattuor euāgeliste passionem domini descripserunt: iccirco secundum quenlibet eorum passio legitur ex institutiōe alexandri pape: eo ordine quo scripserunt. Nam die dominica legitur passio secundū Matthēū qui p⁹ scripsit. Secūda vel tertia feria ꝺm Marcū qui secūdus scripsit. Quarta secundū Lucam qui tertius scripsit Sexta feria ꝺm Joannem qui vltimo. Mediolanenses non legunt passionem nisi ꝺm Joannem: ⁊ in sexta feria. ¶ Sane passionem lecturus benedictionē non petit: quia in illa describitur esse sublatus qui auctor est benedictionis. Unde non est a quo petatur.

Legitur quoqz fine luminaribus: quia ille morte extinctus nunciatur: qui ꝟm Joannem lux est mundi: ⁊ vt repꝛesentetur: quia eius discipuli tunc quasi extincti sunt: quibus ipse viuês dixerat. Vos estis lux mũdi. Non fertur etiam incensum ad notandum qꝫ tunc feruoꝛ deuotionis vel oꝛationis qui per incensum designatur signari in apostolis repuit: vel potius quasi extinctus fuit. ¶ Legitur etiam sine salutatiõe: siue sine Dominus vobiscum: in detestationem saluationis iude: ⁊ sine responsione. Non enim respondetur. Gloria tibi domie: quia in ipsa exꝑimitur qꝫ christꝰ fuit a suis separatus per moꝛtem coꝛporaliter ⁊ spiritualiter qui metu moꝛtis eo derelicto fugerant: ⁊ nulla gloria sibi erat. ¶ Non legitur etiam tota sub tono euangelij sed cãtus verboꝛum christi dulcius moderantur ad notandum quanto dulcius verba christi in ipsius oꝛe resonabant qꝫ in oꝛe cuiuslibet euangeliste referentis cuius verba in tono euangelij proferuntur. Verba vero impijssimoꝛum iudeoꝛum clamosi: ⁊ cum asperitate vocis ad designandum qꝫ ipsi christo aspere loquebantur. In fine tamen in quibusdam ecclesijs benedictio petitur incensuꝫ poꝛtatur: ⁊ sub euãgelij tono legitur: quia finita est iam narratio passionis: ⁊ extunc omnia verba sunt euangeliste narrãtis: que post christi moꝛtem vsqꝫ ad resurrectionem contigerunt. ¶ In alijs tamen ecclesijs finis passionis qui ad sepulturam pertinet in tono legitur doloꝛoso: vt planctus mulieꝛum de passione Christi lamentantium designetur: de quo planctu dicit dominus in euangelio. Filie hieruſalem nolite flere super me ꝛc. ⁊ ad maioꝛem deuotionem ⁊ amaritudinem propter Christi passionem in animis audientium excitandũ Et legitur super nudum pulpituꝫ: pꝛout sub feria sexta dicetur. In offertoꝛio: eripe me petit liberari: sicut ⁊ in responsoꝛio: ⁊ est quarti toni pꝛopter foꝛmaꝫ crucis. ¶ In post cõmunione: Erubescant: petit persecutoꝛes suos confundi: ⁊ est primi toni: vt sic in regione quiescentium gaudeat.

¶ De tertia feria. ¶ Rubꝛica.

TErtia feria ẽ simili ter de passione: quia manifeste querebant eum interficere: vt habetur in euãgelio: Erat autem pascha ⁊ azima post biduum ꝛc. Et quia ecclesia considerat salutem suam in cruce tripliciter. ſ. in amoꝛe quem dominus noster nobis ostendit in cruce ⁊ in imitatione crucis ⁊ in salute nobis data per crucẽ: ideo dicit in introitu. Nos autẽ gloriari oportet in cruce domini nostri Jesu christi ꝛc ad Gal. vlti. ca. ¶ Epistola vero est Dicit Hieremias que est Hiere. xi. ca. ⁊ habentur in eo verba iudeoꝛum de crucifixione christi: mittamus lignum i panem eius: idest ipsum qui se dicit panem in ligno crucis. Audierant enim quod ipse dixerat: Ego sum panis viuus qui de celo descendi: ⁊ hoc erat dictum per lignum crucis destruamus ipsum vel doctrinam eius. ¶ Sequitur responsoꝛium. Ego autem ꝛc. tertij toni pꝛopter triplex meritum quod ibi notatur. primum cum dicit. Jnduebar cilicio: idest non ostendebam eis deitatem: sed asperitatẽ humanitatis: ⁊ hec fuit humilitas ⁊ sapientia. Aliud notatur ibi: Humiliabam in ieiunio animam meaz. ſ. non reddendo malum pꝛo malo: sed etiam pꝛo eis oꝛabam: ⁊ hoc est tertium. vnde dicit: Et oꝛatio mea in sinu meo conuertetur: supple ex quo eis non pꝛodest: quia nõ sunt digni ¶ Euangelium vero Erat pascha. Marci xiiij. c. est de passione: vbi dicitur qꝫ dominus crucifixus fuit hoꝛa tertia: ⁊ hoc dicit vt ostendat eoꝛum impetuositatem: quia ab hoꝛa tertia linguis cum crucifixerunt dicentes crucifige crucifige non cessantes. Jn offertoꝛio petit se custodiri a dyabolo ⁊ a membꝛis eius. Unde dicit: Custodi me de manu peccatoꝛis. i. dyaboli ⁊ ab hominibus iniquis crue me. ⁊ est secundi toni. ¶ Jn postcommunione: Aduersuꝫ me. ostendit maliciam persequentiuꝫ: ⁊ meꝛito patientiũ. ¶ Sequitur ibi: ⁊ in me psallebãt qui bibebant vinum ꝛc. .i. filij dyaboli qui inebꝛiabantur de calice babylonis.

¶ De quarta feria. ¶ Rubꝛica.

q Uarta feria ẽ illa in qua dominus venditus fuit a iuda: quia non solum voluit pati pꝛo nobis sed etiam vendi vt liberaret nos a venditione: quia pꝛimus parens vendidit nos dyabolo per esum pomi vetiti. vnde Jsa. Gratis venundati estis ⁊ sine argento redimemini. Similiter multi vendunt se dyabolo per momentaneam delectationem: sicut Adam vendidit se pꝛo esu pomi vetiti. Quarta ergo feria venditus est sol iusticie ad nostram salutez ⁊ quarta feria foꝛmatus est sol visibilis ad mundi lucem. ¶ Oꝛauit autez dominus sicut habetur in euãgelio huius diei flexu genu. ⁊ ideiꝛco in introitu qui est Phil. ij. ca. inuitat ecclesia: vt in nomine domini omne genu flectatur celestium: quia eoꝛum ruinam repaꝛauit terrestrium: quia eos liberauit. infeꝛnoꝛum: qꝛ eos eduxit de lacu in quo non erat aqua: vt dicit Zacharias: ⁊ est tertij toni pꝛopter tria que inuitant ad flectendum genua. ¶ Sequitur: Et omnis lingua confiteatur. quia dominus noster ieſus xꝑs in gloria est dei patris: ⁊ sumitur de apostolo. Ueruntamẽ oꝛdinatoꝛ officij intercepit verba illa ⁊ omnis lingua confiteatur: eo qꝫ iudaica silet. ¶ Deinde sequitur lectio: Dicite filie syon: ecce saluatoꝛ tuꝰ venit. Jsa. lxij. c. vbi habetur de mercede. dicitur etiam ibi: Ecce merces eius cum eo ꝛc. Et dixerunt angeli: Quosdã enꝫ latuit incarnatio. Quis est iste qui venit de edom. i. õ terra tinctis vestibus id est membꝛis coꝛporis q̃ sũt vestimenta diuinitatis. sanguinis purpura tincta de bosra. Bosra est ciuitas in moab: ⁊ interꝑtat firma siue munita: hoc est de infeꝛno. i. de terrena habitatõe Trãslatiue eni bosra est hieruſalẽ quã dñs quondam

ſuo firmauit auxilio: ſed facti moabite. i. ex patre dya
bolo: veſtes regis tinxerunt purpura ſanguinis Rñ
dit: ego qui loquor iuſticiaz ⁊ ſum propugnator ad ſal
uandum: ⁊ dixerunt: Quare ergo rubruz eſt indumē
tum tuum. q. d. Quare cruentatus es preſſura crucis
Si tu iuſticiam loqueris. At ille reſpondit: torcular
calcaui ſolus. ſ. pro oibus vt omnes liberarent: ⁊ de
gentibus nō eſt vir mecum. Poſt lectionem vero can
tatur rñſorium: Ne auertas faciē tuā ⁊c. in quo orat
ipe vt per paſſionē veniat ad gloriam. Quia vero in
agonia plixius orauit vt habet in euangelio: ideo ſu
mit offertorium: ⁊ poſt cōmunio ō pſalmo qui intitu
latur oratio pauperis cū anxiaret: excepto verſu rñ
ſorij qui eſt: Saluum me fac deus quoniā in. a. v. ad.
a. meam: ¶ Epiſtola eſt ſimiliter de Iſa. liij. c. Bo
mine quis credidit ⁊c. in qua etiam deſcribit in eodē
ſcemate: in quo ab euangeliſta repreſentat in paſſio
ne vbi dicit: Nō eſt ei ſpes neq; decor. Et infra ſicut
ouis ad occiſionem ducet. ¶ Poſt epiſtolaz ſequit
tractus: ⁊ in ſolito modo. ſ. imediate. ⁊ hoc ideo quia
eccleſia artius luget q̄ ſoleat ⁊ ſe plangit: vt dictuz eſt
in quarta parte ſub ti. de tractu. Tractus enim ſigni
ficat prelatū: ⁊ ideo in tota ſexta feria non dicunt nī
ſi tractus reſponſoriū vero eſt penitentium. Et q; do
minus non eſt iſta die crucifixus: ſed tantū vendit⁹
ideo nō ſolum dicit tractus: veruz etiam ⁊ reſponſo
riuz. ¶ Paſſio que ſequit appropinquabat ⁊c. Luc.
xxij. c. conuenit. cū precedentibus in qua exprimitur
conſilium iudeorum. Jude proditio. dñi paſſio.

¶ Poſtcōio eſt: Potū meū cuz fletu miſceba; potū.
ſ. paſſionis quando videlicet ſudor eius erat ſicut gut
te ſanguinis decurrentis in terrā. Poteſt etiā dici q̄
duo ſunt nobis neceſſaria. ſ. oratio ⁊ patientia ſm q̄
dicit dñs: Orate p perſequentibus ⁊ calūniantibus
vos. Ad hec quidē duo inuitamur in introitu ad ora
tionez: cum dicit: In nomine Jeſu omne genu flecta
tur ad patientiā exemplo ſaluatoris: de quo ſubiungi
tur: Chriſtus factus eſt p nobis obediens ⁊c. nō eſt
eniz obediens in tribulatione: niſi qui libenter tolerat
Due lectiones ideo leguntur: q; hac die dñs traditus
eſt pro duobus ⁊ a duobus populis ⁊ in quibuſdaz ec
cleſijs ad vtranq; genua flectunt quia ab vtroq; po
pulo adorat. Preterea hac die ſicut dicit Aug. Conſi
liū inierunt iudei quō Jeſum dolo tenerent ⁊ occide
rent. ⁊ iudas venit ad eos: ⁊ pacti ſunt ſibi pecuniam
ſe daturos. ſicut ergo eccleſia repreſentat i ſexta feria
actus iudeorum: ita ⁊ in quarta cōſilium eorū. Quī
daz aūt legunt p̄mo lectionē illā: Dicite filie ſyon. Et
poſtea illam: Bñe quis credidit. Alij vero ecōuerſo.
Primi quidē attendunt ſolū illud qō diximus: ⁊ q; vē
ditio inde que facta fuit quarta feria paſſionez dñi p̄
ceſſit: de qua venditōe fieri vī ſermo in illa lectōe. Di
cite filie ſyon. in illo verbo. Ecce merces eius cuz eo.
Alij aūt attendunt q; p̄m⁹ homo duas mortes incur
rit. ſ. carnis ⁊ aie ⁊ xp̄s nos ab vtraq; liberauit. Et q;
mors aie morte corpis p̄ceſſit. ideo p̄us legūt lectiōez
illā in qua agit de morte aie ⁊ de liberatōe ab ipa. De
morte agitur in illa: Domine quis credidit ⁊c. ibi om
nes quaſi oues erranimus: ⁊ vnuſquiſq; in viā ſuam
declinauit. De liberatione vero ſtati ſequitur ibi: Do
minus poſuit in eo iniquitates eo; omniū noſtroz̄
⁊ iterū Si poſuit pro peccato animā ſuam videbit ſe
men longeuū. Ad animā etiam p̄tinet graduale vni
cum habens verſum. ſ. Ne auertas faciem tuā a pue
ro tuo. i. ab eo qui parvus ⁊ humilis apparet in expe
rientia tribulationis. ¶ Sequitur verſus: Saluum
me fac ⁊c. vſq; nō eſt ſubſtātia. Agne enim ſeductio
nis iudeoz vſq; ad aiam ſaluatoris tollendam perue
nerunt: ⁊ illi qui erant profundi limus infirmitati ei⁹
prevaluerunt. Sicut aūt ſaluator animam ſuam po
ſuit pro animarum noſtrarū redemptione: ⁊ ita ⁊ cor
pus ſubiecit p corporū redemptiōe. Unde in ſecūda
lectione de ipſius corpore agitur ſanguine proprio ru
bricato vbi dicitur: Quis ē iſte qui venit de edom ⁊c.
⁊ ibi: Quare rubrum eſt veſtimentum tuum ⁊c. Ipſe
rñdit. Torcular ⁊c. Et quia de ſola miſeratiōe paſſus
eſt dñs pro nobis. ideo p̄pheta in perſonā eccleſie le
ctionē illam cōcludit dicēs: Miſerationū domini re
cordabor: laudē annūciani ſuper oibus que reddidit
nobis dñs deus noſter. Quia vero per quq; ſenſus
corporis peccauim⁹: ideo ſequit tractus: Bñe exaudi
orationē meam ⁊c. habenſ quq; verſus propter quq;
vulnera xp̄i. ſeu q; quinges exiuit ſanguis ab eo. Pri
mo in circūciſione. Secūdo in oratione. Tertio in fla
gellatione. Quarto in crucifixione. Quinto in lancea
tione. Et in ipſo tractu genus humanū petit auxiliuz
⁊ confitetur defectū quem ex peccato primi parentis
incurrit cum dicit: Quia defecerunt dies mei ſicut fu
mus. Dies enim eſt vita hominis: cui⁹ nox eſt mors:
ſed hec vita eſt abbreviata: ⁊ deficit propter ſuperbiā
primi parentis per que fumū intelligitur. Et ſequit:
Oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt. Oſſa ſūt vi
res interiores vel fortes qui ſunt eccleſia. qui carnes.
i. carnales ſuſtentant. Frixorium enī triplex eſt. ſ. pec
catorum recordatio: p̄ximorum compaſſio: futuri iu
dicij meditatio. In his frigit bonus homo. Claudit
aūt tractus ſicut ⁊ lectio i miſericordia dñi. Unde vl
timus verſus eſt: Tu exurgens domine miſereberis
⁊c. ¶ Hec igitur quarta feria priuilegiata eſt: quo
niam leguntur in ea due lectiones propter ordinan
dos in ſabbato ſequenti. Item quia in ea die xp̄s vē
ditus fuit triginta denarijs: ſicut ⁊ ioſeph triginta ar
genteis: quia ſeruus non eſt ſuper dominum: nec di
ſcipulus ſuper magiſtrum. xxvj. di. quis dubitet. ⁊ ab
hac quarta feria ſumptum eſt q̄ ſemper in quarta fe
ria ieiunare ⁊ abſtinere a carnib⁹. ⁊ carnalibus deſi
derijs debemus: ⁊ in memoriam venditionis xp̄i hec
feria ſcōm locum obtinet: poſt ſextam feriam per to
tum annum in ieiunijs penitentialibus.

¶ De quinta feria. Rubrica.

In hoc tractatu quīte ferie cene do
mini hoc ordine procedemus nā
primo generaliter dicemus aliqua de
officio ſequentium trium dierum po
ſtea ſpecialiter de officio huius diei. Et
p̄rio ō itroductōe publice penitētiū i eccliaz ⁊ ō ſacris

quibus hec habet quinta feria spāliter insignitur. Secundo de triplicis olei cōsecratione. Tertio de huius diei misse officio: vbi etiā agit de pedum lotione: t de officio vesptino. Quarto de altariū denudatione: t ō officio vespertino: t tam de ipsorum q̄ de pauimenti ecclesie lotione: t de corporis dominici reseruatione: t de quibusdam alijs.

PRenotandum autem est q̄ ecclesia luget tribus diebus: quia tot diebus fuit dominus in sepulchro. Sicut enim Jonas fuit in vētre ceti tribus diebus t tribus noctibus: ita t filius hominis fuit in medio terre tē. qō synodochite dictū est esse asserit Augustī. Nam pars illa sexte ferie qua fuit in sepulchro accipit̄ p nocte t die sexte ferie: t nox diei dominice siliter p nocte t die ipsius diei accipit̄. Dies vero sabbati integra est. s. nox cum die suo. i. spaciuz: vz vigintiquattuor horarū. Est ergo sēsus: fuit ergo dñs in sepulchro tribus diebus noctibus. i. tribus temporibus quorū quodlibet cōstat ex die t nocte. Sic enim loqui consueuimus: quia si aliquis etiam minima parte alicuius diei fuerit in aliquo loco: dicimus eum ea die ibi fuisse. Fuit enim p̄ ipsum quadraginta horis in sepulchro. videlicet quattuor horis sexte ferie: t vigintiquattuor sabbati: t duodecim noctis diei dominice: quia quadrificum orbem: morte transgressiōis decem mandatarum mortuum vinificauit. Sed p̄ premissa videtur q̄ triduana domini sepultura debeat celebrari sexta feria sabbato t die dominica. Sed respondetur q̄ quia dominus in nocte diei dominice resurrexit. noctem illam ad honorem resurrectionis solenniter celebramus. Unde necesse est q̄ in quinta feria preueniamus: t ita triduo scilicet quinta t sexta ferijs t sabbato humiliationem domini in mente celebremus: quia t in quinta feria iam interuenerat nephārium commercium iudaice proditionis. Quidā tamen cuilibet premissorum trium dierum. xxiiij. attribuunt horas volentes christi defuncti exequias septuaginta duabus horis celebrare: t tristiciaz septuaginta discipulorum merito per hoc exprimere. ¶ Sane ecclesia his diebus tenebras colit: t matutinas ī tenebris finit. Primo quia in luctu t merore est propter domini passionem: t propter eius triduanam mortē exequias celebrat triduanas. Secūdo officium tenebrarum significat non tam tenebras materiales que fuerunt super faciem terre dum pendebat sol iusticie in cruce. Fuit enim tunc eclipsis miraculosa non naturalis per tres horas: vz a sexta feria vsq̄ ad nonam inclusiue: quam etiam spūales que in illo triduo in cordibus fidelium extiterunt. Tertio p hoc q̄ tenebras colit tenebrarum primatus insinuat̄ que his diebus inceperunt precedere dies: prout sub sabbato sancto dicetur. ¶ Jn his vero tribus diebus silent campane: q̄ tunc siluerunt apostoli t predicatores t alij: qui per campanas intelliguntur. Sonus autem campanarum significat sonum predicationis de quo dicitur. In omnem terram exiuit sonus eorū Non enim iam circuibant euangelizando vicos t vrbes: sed hymno dicto exierunt cum Jesu in montem olineti: qui cum dominus dixisset. Ecce appropiquat qui me tradet: pre tristicia dormitauerunt t a laudib⁹ conticuerunt. Unde t a completorio siue a vespera q̄ dominus traditus fuit campanarum silentiū inchoatur. A vespera autem qua dominus traditus est quādo videlicet discipuli fugierunt campanis silentium iducitur. Alij videlicet ad primam huius quinte ferie t non vlterius pulsant campanas. ¶ Fit tamen signum cum tabula. Primo ad significandū christi humanitatem qui se abscondit: t vsq̄ ad mortez t sepulturam se humiliauit. ligni quidem vsus humilior est sono hoc ostendit: t inde ecclesia orientalis vsum adhuc tenet lignorum t vt populus humilior reddatur. Secundo per signum taberne terrorem accipimus. Tabula ergo percutitur: quia magnus timor apostolis a iudeis incutiebatur. Tertio per lignum in ligno: malleum. s. in tabula suspensum intelligimus christuz qui est lignum plantatum secus decursus aquarum: qui in crucis ligno pependit: t pendens orabat t predicabat dicens. Pater dimitte illis: quia nesciunt qd faciunt. Cum ligno autem tantum pulsantur: q̄ tūc solus christus predicator habebatur: t solus torcular calcauit. Quarto per tabulam ipsam lignum fructiferum. s. christus per malleum quo tabula percutitur lignum preuaricationis significatur. Quito ideo campane t non signum tabule vel alterius huiusmodi silent: q̄ licet maiora signa nostra: videlicet apostoli a laude dei in christi passione siluerunt. minora tamen signa vt mulieres non siluerunt: immo secuti sūt ipsū vsq̄ ad crucem. ¶ Principia quoq̄ horarum. s. Deus in adiutorium: t fines. s. per dominum: t benedicamus: t huiusmodi dimittuntur: quia recessit t a nobis ablatus est sacerdos t pastor bonus est alpha t o. i. principium t finis: qui etiam est summus sacerdos t caput nostrum: t traditus impijs: nec est a quo petamus q̄ intendat in adiutorium nostrum. Percusso namq̄ pastore nostro: discipuli eius dispersi sunt. Sic ergo istud officium quod caret principio t fine quasi mortuum t viduatum videtur: quia t patres nostri viduati post mortem christi fuerunt. Non dicitur etiā Gloria patri: quia in christi passione abscondita fuit fortitudo glorie ipsius christi: t in eius. morte trinitas visa est extincta: in cuius laude dicitur ille versus. Deo hoc etiam sub dominica de passione dictum est. Hoc etiam notatur in quibusdam ecclesijs in quibus his diebus duo tantum cerei ante altare ardent tertio extincto: prout sub titulo de pascha dicetur. ¶ Jn his quoq̄ tribus diebus saluatio non fit: q̄ dominus vobiscum non dicitur: vt vitetur pestifera salutatio per quam iudas tradidit Christum dicens: Aue rabi. ¶ Pax etiam non datur: p eo q̄ iudas osculo tradidit christū: t q̄ in duobus sequentibus diebus in altari non consecrat̄: nec dī Pax domini sit semper vobiscū. nec Bona nobis pacem. Jn quibusdam tamen ecclesijs datur hodie pax: pro eo q̄ hac die sacramentū sacramentorum. s. eucharistie institutum est. ¶ His quoq̄ diebus fit officium humilius solito ꝓpter dñi

humiliationem: ⁊ triduanam eius sepulturaz quã celebrãmus: Verũtamen nocturnale officiũ per qõ significantur ꝓphetie ꝓphetaꝝ alta voce ⁊ manifesti cantantur: qz ꝓphete ⁊ alij sancti patres veteris testamenti alta ⁊ apta voce que de christo erãt ventura ꝓdixerunt: ⁊ qõ spũs scũs sibi dictabat remota formidine nunciarũt. Diurnũ vero officiũ per qõ apl'oruz ꝓdicatio figurat voce demissa ⁊ quasi sub silentio cãtatur: qz tunc apli oino tacuerũt: aut saltem occulte ꝓdicauerunt. ¶ Incipit aũt tenebraꝝ officiuz. Zelus domus tue comedit me. i. amor vehemẽs ecclesie fuit causa quare passus sum. Non dicit̃ invitatoꝛium: ne invitemur: sed potius per silentiũ detestemur pestiferum indeoꝝ consiliuz ⁊ conventũ factũ: vt Jesũ caperent in sermone: ⁊ euz morti traderent. Preterea tũc apostoli dispersi erãt qui alios ad dñm invitare ⁊ cõuocare cõsueuerant. ¶ Hymnus etiã laudis nõ dicitur: qz tunc factus est opꝓbriũ hoiuz ⁊ abiectio plebis. ¶ Finis dñice oꝛonis que dicit̃ ante lectiones dicitur in silẽtio ꝓ eo quod de euangelio sumitur. Nã tunc euangelica enũciatio fugientibus aplis cessauit ⁊ est ad notandũ q̃ xp̃s cuius est ipsa oratio anulsus a ceteris ⁊ quasi in silentio oꝛauit: sed tunc fit sonitus per tactum ligni cum manu: qz ⁊ christus in ligno crucis pendens voce magna clamauit. Nõ dicitur etiaz in lectionibus. Jube domne benedicere. nec: Tu aũt domine. qz recessit pastoꝛ ⁊ sacerdos q gregi benedicere ⁊ misereri debz. Sed qz illum ꝓpter peccata amisimus ad hoc vt eum recuperare valeamus ammonemur per versum illũ: Hierusalem hierusalem convertere ad dñm deum tuum: qui in fine lectionũ dicit̃ vt ad penitentiam convertamur: nam post luctuz possumus gaudere. Per hoc autez q̃ dicitur bis hierusalẽ agitur duricia iudeoꝝ: ⁊ peꝛoruz: sicut alibi in euangelio: Hierusalem hierusalem que occidis ꝓphetas ⁊c. ¶ Rursus ꝓ Jube domne. intelliguntur ad predicationem euntes. per Tu aũt inde redeuntes. Ideo ergo neutruz dicitur: qm̃ apostoli quos repũtant qui lectiones legunt. his diebus figurant. Vñ nec ad ꝓdicationem missi sunt: nec qui missi erant sublato dño redierunt. Hẽs antiphone sunt de passione ⁊ cõpassione. ¶ In his etiã tribus noctibus nouem psalmi nouem lectiones: ⁊ nouem reꝑsoꝛia diuisim per singula nocturna cantantur ad ostendendũ q̃ xp̃s in ifernũ descendens tria hominũ genera. s. virgines, cõiugatos ⁊ cõtinentes inde rapuit: ⁊ ad angelorũ societatem transuexit: que tria genera in euangelio distinguũtur per eos q i mola: per eos q in agro: ⁊ per eos q in lecto sũt. ¶ Tria ergo hominũ genera. s. q fuerunt in lege naturali: ⁊ in tempoꝛe legis ⁊ ꝓphetaruz per tria nocturna recolimus: ⁊ sicut illi per mortẽ dñi in tribus sociati sũt nouem ordinibus angeloꝝ. s. in actionibus: cognitionibus: ⁊ gaudijs: ita per tres noctes dominice sepulture: nouem psalmi: nouem lectionibus: ⁊ nouem reꝑsoꝛijs subduntur. psalmi enim ad actiones: lectiones ad operum dei cognitionez: reꝑsoꝛia vero ad gaudium ⁊ ad cantuz pertinent angelorum. ¶ Ceterum tres prime lectiones vel in quibusdam ecclesijs sex sunt de trenis Hiere. deflẽtis captiuitatem populi sui: non solum babylonicam: sz etiã romanam: quam incurrerunt ꝓpter passionem domini: ⁊ ideo dicuntur lamentabiliter in personam sanctoꝛum de iudeis qui deflent casum gentis sue. Sicut enim ille deploꝛauit mortem Josue regis occisi: in futuram destructionem gentis: ita ⁊ nos deploꝛamus mortem ⁊ passionem Christi regis nostri. In fine autem lamentationum dicit idez Hiere. spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris Alie vero tres sunt de expositione psalmi tractantis de passione: ⁊ ideo voce depꝛessa legũtur tres vltime de epistola Pauli. i. ad Corinthe. Conuenientib⁹ nobis in vnum ⁊c. vbi ostendit apostolus quomodo debet cena domini sumi. Ex quibus sex lectionibus apparet q̃ ꝓphete pꝛeviderunt Christum occidendum ⁊ apostoli docent occisum. Dicuntur autem treni. i. lamentationes a trenato monte vbi lamenta animaruz que ibi puniuntur sepe audire dicuntur. Inde etiam dicitur trenum quod est carmen lamentationis ⁊ funeris. Dicuntur etiam treni: qz semp tres versus post vnã quãqz litteram hebꝛaici alphabeti sequuntur. qõ alphabetum totum per ordinem in illis lamentationibus ponitur. Primo qz mos fuit hebꝛeis illõ ponere in eoꝝ cantibus sive luctus sive leticie alicuius rei multum notabilis: ꝓut patet in vltimo capitulo ꝓuerbioꝝ. Mulierum fortem ⁊c. ⁊ in quibusdã alijs locis ꝓut habetur in ꝓbemio libꝛi regum. Secundo qz sicut dicit Hieronymus in eodem ꝓbemio ⁊ i ꝓlogo biblie: versus quibus dicte littere anteponuntur in lamentationibus Hiere. incipiunt in hebꝛeo ab eisdez litteris. Tertio vt per hoc notetur cecitas ⁊ duricia indeoꝝ qui res tanꝯ alphabetuz nonissimas videlicet passionem filij dei intelligere ⁊ credere nolunt: dicente ꝓpheta. Milnus in celo turtur ⁊ ciconia cognouerunt tempus aduentus sui. Jsrael autez me non cognouit: ⁊ populus meus non intellexit.

Quarto quia interꝓetationes litterarum ipsarum maxima ex parte continent sententiam versuuz quibus anteponuntur. ¶ Circa quod notandum est q̃ aleph interꝓetatur doctrina. Beth domus: Bimel plenitudo: Belth tabularum seu scripturarum. Hec siquidem est ꝓma connexio litterum ipsaruz. vbi dicitur q̃ doctrina ecclesie quẽ est domus dei est in plenitudine scripturarum. Hec ista: Vau ⁊ Zay: Hec: Beth: Vita. Hec est secũda connexio: vbi dicitur q̃ ista ⁊ hec doctrina quam ꝓdiximus est vita qua viuimus. Thet bonum: Joth principiuz. Hec est tertia connexio vbi dicitur q̃ bonum est principiuz per scripturas quasi per speculum saltem in enigmate agnoscere dominum. Caph manus: Lameth coꝛ vel disciplina. Hec est quarta connexio vbi dicitur q̃ in vtero coꝛdis disciplina exigitur: quia nihil facere possumus nisi que facienda erunt agnouerimus. Men ex ipsis. Vun sempiternum. Samech adiutoꝛium. Hec est quinta connexio vbi dicitur q̃ ex ipsis scripturis ẽ nobis sempiternũ auxiliũ. Ayn oculus: Phe errauit Sadech iusticia vel cõsolatio. Hec ẽ sexta ꝓnexio vbi dr̃ q̃ sepe dicta scriptura ẽ oculꝰ errãtibꝰ ⁊ cõsolatio. Coph aspice: res caput: Syn sup vlnꝰ: thau signũ vl'

consumatio. Hec est septima connexio vbi etiã in numero fit mysticus intellectus vbi dicit: Aspice in scriptura contineri caput nostrum a quo habemus medelam sup vulnera: ⁊ cõsequimur cõsumationẽ. i. vitã eternã. Sic ergo saluatoris exequie celebrantur vt in modico apice ab aliorũ defunctorum exequijs distare videantur. ¶ Cõsequẽter cãdele ⁊ lumẽ extinguũtur: nã hec tenebre tribus noctibus celebrate significãt tenebras que tribus horis fuerunt xp̃o in cruce pendente. vel ideo tribus noctibus lumẽ extinguit: quia verus lumen triduo iacuit in sepulchro. ¶ Circa qõ aduertendum est q̃ quidam accendunt septuaginta duas candelas q̃das vigintiquattuor: quidã quindecim: q̃dam duodecim: q̃das nouẽ: q̃dam septez: ⁊ ꝑ quosdã nõ est numerus certus. oẽs tamẽ nõ sine mysterio agunt. Septuagintadue candele que extinguũtur designant septuagintaduos discipulos quorũ predicatio in morte xp̃i pene extincta est. significant etiã q̃ dñs septuagintaduabus horis iacuit in sepulchro ꝑ synodochen intellectis: vel tot accendunt propter lxxij. nationes seu genera linguarũ. Vigintiquattuor candele accendunt. Primo q̃ sol iste q̃ mundũ. xxiiij horis diei ⁊ noctis illuminat significat xp̃m verus sol qui extinguit: q̃ xp̃s occubuit vespe passionis: ⁊ tenebre facte sunt super vniuersã terrã. Scõo dies cuius maius lumen xp̃s est. nox vero cuius minus ẽ lumen eccl'ia est: luminaria sunt apl'i ⁊ alij viri apl'ici q̃ sunt quasi vigintiquattuor horẽ q̃ diei xp̃o ⁊ nocti ecclesie famulantur. Vigintiquattuor luminaria ergo extinguũtur: q̃ apl'i in vno quoq; die ꝑ vigintiquattuor horas latuerunt. Tertio vigintiquattuor cãdele designant versũ: Gloria patri ⁊c. qui in nocturnis festiuitatum vigintiq̃ttuor vicibus solet dici: primo post: deus in adiutoriũ: secundo post inuitatoriũ: tertio post hymnũ. nonies in psalmis triũ nocturnorũ. ter in resp̃sorijs: ⁊ te deũ laudamus: quasi gloria patri ẽ. Iterũ ad laudes semel post deus in adiutoriũ: q̃quies in psalmis sequẽtibus. semel in hymno: ⁊ semel post bñ dictus. Versus. n. ipse in hoc officio tacet vt p̃missũ est: q̃ ille in cuius laudẽ dr̃ in sepulchro iacet. ideoq; vigintiquattuor cãdele ad hoc designãdum extinguũtur: vel significant. xij. apl'os in quorũ honorẽ totiẽs dr̃: Gloria patri. in nocturnis: ꝑ dictũ est i ꝑbemio q̃nte partis. Quindecim cãdele significant. xij. apl'os ⁊ tres marias que sequebant dñm que extinguũtur: q̃m tũc oẽs laudes dei tacuerũt: apl'is tũ fugientibus ipse marie q̃ minus timebãt circa xp̃m quoad poterant versabant. Vñ legit: Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meũ: ⁊ he. sũt tã. l. in. c. den. meos. labia. i. mulieres que sũt q̃si pellicula circa dentes. Vel quattuordecim ex illis candelis significant q̃ttuordecim articulos fidei quorum extinctio significat extinctionem fidei: factam in fuga apostolorũ. extinctio vero vltime cãdele significat mortẽ christi. Duodeciz candele accense repũtant duodecim apl'os que extinguũtur ad notãdũ q̃ apl'i tũc siluerũt ⁊ fugerũt: ⁊ pene extincta est fides in eis. Nouez candele significãt genus humanũ q̃ ꝑ peccatũ se a nouem ordinib⁹ angelorũ: ⁊ a vera luce exclusit. Septez candele significant gratiam spũs septiformis: q̃ in cordib⁹ discipulorum pene fuit extincta. Vbi vero non obseruatur certus candelarum numerus: sed quilibet laicus ꝓ velle candelam suam apponit: huiusmodi candele significant prophetas: ⁊ alios sanctos patres: qui christum venturum lumen nostrum prenunciantes ⁊ verba salutis predicantes diuersis penis vexati mortui sunt ⁊ extincti. ¶ Porro omnes candele non simul sed vna post aliam extinguuntur: quia discipuli non simul a christo sed successiue vnus post alium discesserunt. Alia etiam ratio iam sequitur. Quidam extinguunt eas post singula cantica vsq; ad plenam extinctionem. figurantes q̃ singulis canticis siue psalmis mestitia accidimus: quia verus sol occubuit: gaudiumq; nostrum in luctum est conuersum. Juxta illud Cecidit corona capitis nostri: conuersus est in luctũ chorus noster. Alij in tribus vicibus eas extinguunt recolentes triduanam domini sepulturam. ¶ In q̃busdam quoq; ecclesijs candele quadaz manu cerea extinguuntur que significat manum iude: de qua dominus dixit: Qui intingit manum mecum ⁊c. que fuit quasi cerea: id est ad malum flexibilis: per quã christus rex noster ⁊ vera lucerna traditus fuit: ⁊ quantũ in illo fuit extinctus. Candela autem que in medio ẽ non extinguitur: sed in fenestra vel archa accensa seruatur occulte: ⁊ postea reueletur ecclesiam illuminet. Nempe candela ipsa sub eis lumen occultarum significat. Primo fidem que in sola virgine remansit: per quam postea omnes fideles docti ⁊ illuminati sunt.

Secundo significat christum qui licet videretur ꝑ carnem extinctus: tamen ꝑ diuinitatem que illis erat occulta viuebat: ⁊ postea resurgens cum luce clarissima se suis discipulis manifestauit. Tertio occultati luminis quod videbatur extictum reuelatio: notat fidei illuminationem in apostolis ⁊ in alijs in quibus tunc pene extincta erat: Quarto notat fidem post infidelitatem. Quinto notat q̃ ignis spiritus sancti qui in infidelibus videtur extinctus. iterum reluceſcet in eisdem. Sexto luminis renouatio significat noui testamenti renouationem. Septimo luminaria successiue vnum post alterum extinguuntur: ⁊ vnum quasi pene extinguitur: quia absconditur ⁊ postea reuelatur ad notandum q̃ peruersi vinee cultores ⁊ generatio prauа nuncios patris videlicet prophetas per varia tempora completo suo ministerio prophetie occiderunt: ⁊ tandem patris heredem qui in sepulchro positum lumine occultato figuramus: cuius luminis reuelatio est resurrectionis eius manifestatio ⁊ commemoratio. ¶ Sane candela que vltimo extinguitur est maior ceteris ꝑ quosdam: ⁊ significat christũ qui fuit dominus prophetarum. ꝑ alios vero non ẽ maior ceteris: ⁊ similiter significat Christum qui reputatus est vnus ex prophetis: ⁊ vltimus extinguit: quia nullus post eum apud alios propheta surrexit: sed extinctus eis perfidie tenebras dereliquit. Et ad canticum euangelicum candela ipsa extinguitur: quia christus euangelizans occiditur. ¶ Et attende q̃ in hoc officio pastoris officia vt capitulum subticẽtur: q̃ pastores dispersi fuerãt: versus tamẽ quod est

minoꝝ officiuꝫ nō omittit: qz discipuli minus cogniti videbantur. Unde ꝛ hoc officium triduanū potius a minoribus celebratur: in typo minoꝝ discipuloꝝ ꝛ mulieruꝫ que dñm sequebatur. ¶ Vociferatio ad benedictus ꝛ tumultus popularis qui tunc fit. concrepatio est i ude proditoris ꝛ tumultus cohortis quā cū gladijs ꝛ fustibus iudas contra xp̄m adduxit vel cecidiscipuli salutatio dicentis: Aue rabi. Tertio canticū ipsum tunc alta voce dicitur ad notandū: qz multi interfecto antixp̄o gaudebunt. Clangor canentium kyrieleison est tumultus dominū persequentiū: ꝛ cū ironice adorantium. vel significat lamenta sanctarū mulierum que sequebantur dñm: que leguntur postea lamentari sedētes cōtra sepulchruꝫ. ¶ Tropi vero. i. versus illi qui in illis tribus noctibus cū kyrieleisō: ꝛ Dñe miserere: quasi lamentabiliter cātantur significant lamentatiōes ꝛ dolores mulieruꝫ de cognatione sua: que a galilea fuerant secute Jesū: ūter quas erāt maria magdalena: ꝛ maria iacobi: ꝛ maria salome: plorantes iuxta sepulchruꝫ. ¶ In gbusdaꝫ etiaꝫ ecclesijs tropis cantatis procidentes ad terram dicunt in tenebris sub silētio: Miserere mei deus: ꝛ collectā Respice quesumus dñe: in quo timor apostoloꝝ i occultis notatur. Postea fit cū manu vel alio quidē mōsonitus ante luminis revelationem qui sonitus repzesentat terroꝛis eoꝝ incussionē vel ex tumultu cohoꝛtis vel ex terremotu. In quibusdam tñ ecclesijs ignis novus de lapide ꝓducitur: qz per xp̄m mediatorē nostrū nobis spūs sanctus ifunditur. ¶ Ab hac quoqz die ad octauaꝫ penthecostes in quibusdā ecclesijs officium beate Marie omittitur vt memorie atqz reuerentie passionis ꝛ resurrectionis: de quibus in ecclesia hoc tp̄e agitur ardentius insistatur. Cuz enim honoꝛ ꝛ obsequiū specialiter hoc tp̄e xp̄o eius nato i nostra humanitate passo ꝛ glorificato impensuꝫ redundet in ipsam matrem: nulla quidez sibi fit iniuria ipz officium omittendo. Omittitur etiam officium mortuoꝝ: qz cū recordatio beneficioꝝ xp̄i ꝑcipue que ipe passionis ꝛ resurrectionis sue tp̄e contulit omnez nostrum effectuꝫ ꝛ intellectuꝫ requirāt. Proinde ecclesia illud solum officium qō ad ipsum xp̄m spectat in quo de eius passione ꝛ resurrectione agitur eo tp̄e agit: vt sic non ad plura dispersa ad vnū duntaxat vehementius occupetur. Hec per hoc defuncti qui sunt in purgatorio dispendiuꝫ patiuntur: qz cuz sint nobis ꝓcharitatez vniti beneficia nostra secunduꝫ quod meruerunt participantur ab eis: nec expressius memoria ꝓ illis fieri posset q̄ agendo memoriā de morte ꝛ resurrectione xp̄i: per quam a penis liberari expectāt. Extra ecclesiaꝫ tamen vtile est ipsa officia dicere.

¶ De diurno huius diei officio. ¶ Rubrica.

Sequitur de diurno huius diei officio videre. Et quidez hec quinta feria insignitur sacramētis tum ab ecclesia: tum a domino institutis in qua die primo penitentes in ecclesia introducūtur qui in capite ieiunij de ea eiecti fuerant. Unde in canone Inno. ita legitur. De penitentibus vero qui siue ex grauioribus omisse sive ex leuioribus priam gerunt si nulla iteruenīat egritudo: quinta feria ante pascha eis remittendū romane ecclesie cōsuetudo demōstrat. Primo ergo de penitentiū introductione in ecclesiā dicturi aliqua de ipsoꝝ eiectōe ꝑmittamus. Siqui dez misericors ꝛ miserator dominus cuius misericor die non est numerus: sicut in psalmo habetur ¦ misericorditer semper agens ꝛ peccatorum salutem sitiens per huius mundi pelagium periculose nauigantibus ꝛ quandoqz fluctuantibus inter alia multa remedia specialiter duas naues sive tabulas parauit. prima ē baptismus. secunda penitentia: sicut apostolus ait ad Eph. Et quidem quod penitentes de ecclesia ejciunt repñtat exiliuꝫ ꝛ eiectionem Ade ꝛ Eue de paradiso propter esum pomi. Peccatores ergo de ecclesia ejicimus: ꝛ eiectis penitentiā septēnem aut aliam pro criminum qualitate imponimus: ꝛ eiecti per septem ebdomadas extra morantur: quia genus humanum in Adam lapsum: iudicio dei in hoc exilio septem milibus damnatur annoꝝ. Maria quoqz lapsa septem diebus extitit extra castra. Forma eiectionis habet i concilio agathen. Eiectionem vero Cayn a facie domini repñtat ecclesia excōicando viros sanguinum ꝑcipue cū candelis extinctis: qz ꝛ ille ꝛ isti spūm vicijs extinxerunt que candele in ꝓlatione anathematis debent proijci ꝛ pedibus cōculcari: nec vlterius debent ad aliquem vsum sicut nec sal infatuatuꝫ assumi. Eiecti ferunt candelas in manibus ad significandum q̄ pro opere quo primi parentes porrexerūt manus ad pomum veritum apposita est ignea rumphea in paradiso. Clauduntur coram eis fores ecclesie in signum aditus paradisi quondam obclusi: q̄ de loco ad locū vadunt sive in exilium mittuntur: significat: q̄ Cayn post mortem fratris profugus ꝛ vagus fuit super terram: q̄ cilicijs ꝛ laneis vtuntur: de Job tractum est: qui penitentiam in fauilla ꝛ cinere agens sacco se operuit: ꝛ de niniuitis qui similiter fecerunt. ¶ Cilicium quoqz portant in signum pelliciarum tunicarum Ade ꝛ Eue. Joannis etiam habituꝫ recolentes Carcer penitentie a ioseph initium habuit. Quod comaꝫ ꝛ barbam nutriunt: tractum est de ioseph cui in carcere posito ista excreuerunt. Quod iacent aut sedent in terra sumptum est de Job: qui in sterquilinio sedit. In terra etiam comedunt quasi ipso facto dicant. Maledicta est terra in opere tuo. Non dicit eis aue quia nondum erat mutatuꝫ nomen Eue q̄ pedes nudant nuditatem repzesentant Ade: innuentes q̄ indigent ornatu glorie q̄ baculis vtuntur: tractum est de Jacob qui peregrinans in baculo iordanem transiuit. ¶ In his etiam omnibus inuitantur ab humilitatem: ꝛ purgatoriam confessionem: ꝛ tam peccatorum q̄ eterne pene meditationem: ꝛ q̄ sint memores sue peregrinationis. Nam que ejciuntur de ecclesia ꝛ post eos cātatur: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. hoc ideo fit vt videntes ecclesiam pro eis esse confusam: magis ac magis cōfundantur. In vestimētis quippe sordidis ꝛ excremēto criniū ꝛ barbe mul-

triplicatio miserie peccatorū insinuaſ: quaſi dicāt ipō facto. Iniquitates mee multiplicate sunt super capillos capitis mei. Quod in terra iacent eis eternam dā nationē ad memoriam reducit: quasi dicant. Homie perdes omnes qui in terrā descenderūt. i. qui dediti sunt terrenis niſi resipiſcant. Quod de loco ad locuz cum baculo vadūt eis ad memoriam peregrinatiōez suaz reducit: qui per peccatū receſſerūt a deo. In baculo enim intelligiť correctio: consolatio: ꝛ sustētatio: quaſi dicant. Virga tua ꝛ baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Est autem baculus cubitalis: qz in qua mēsura messi fuerint remetiet eis. ¶ Sed queriť quaſ hac die penitentes in ecclesiam introducunť. Respōdeo in gnta feria deus creauit piſces ꝛ volucres: piſces in aquis reliquit. volucres in aera leuauit. Juxta illud. Magne deus potentie qui ex aquis ꝛc. partim remittis gurgiti. ſ. piſces. partim leuati in aera. ſ. volucres. Per piſces intelliguntur cupidi auari ꝛ luxuriosi: qui in fluxu cupiditatum huius mundi delectantur Volucres sunt ſpirituales qui in ſpiritualem conuersationez quaſi i aera leuantur. Penitentes igiť in gnta feria in ecclesiam introducuntur: ꝛ quaſi ſegregati a malis: ꝛ ab huius mundi delitijs in celis animo cōuersantur. ¶ Preterea in fine quinte etatis quā hec quinta feria ſignificat Johannes baptiſta penitētiaz predicauit: ꝛ dominus noſter venit in mundum peccata absoluēs: prout in prima huius diei oratione dicitur. ¶ Rurſus in hac die inſtitutum eſt ſacramentum ſacramentorum. ſ. corporis ꝛ ſanguinis domini: cum dominus vetus finiuit teſtamentum ꝛ nouuz in choans: panem ꝛ vinum in corporis ꝛ ſanguinem ſuum tranſſubſtantiauit quod eſt ſacramentum miſeri cordie. Quia ergo chriſtus ſolus de miſericordia crimina tollit: vt premiſſum eſt: ideo penitentes hac die reconciliantur: quia hac die miſericordie conſecrauit ſacramentum: ꝛ inde eſt q̄ miſſa huius diei ſolennit cantaſ: vt ibi dicetur. Merito igiť hac die que tota i remiſſionem peccatorum conſecrata eſt. penitentes reconciliātur: ad percipiēda corporis ꝛ ſanguinis domini ſacramenta. Decuit itaqz hoc ſacramentū ſacramentorū in fine inſtitui gnte ferie aduenīte ſexta feria: eo q̄ in fine gnte etatis: ꝛ in primordio ſexte: lex finem ꝛ euangelium ſumpſit exordium. Preterea hac die abſoluunť: quia in ea die chriſtus fuit captus ꝛ ligatus: que ligatio abſolutionem noſtram operata ē. Hac etiam die Chriſtus lauit pedes diſcipulorū ſuorū: vt pedes ꝛ affectus noſtros lauet. i. ſoluet a peccatis. ¶ Forma vero reconciliationis eſt hec. Exit pōtifex ad ianuas patentes eccleſie: vbi iacentes penitētes proſtrati in terra: ꝛ eos vice chriſti vocat ad timorem domini dicens ter: venite ve. ve. filij audite me. timorem domini docebo vos. Hanc eſſe chriſti vocem probat ti. pſalmi. xxxiij. de quo sumiť qui talis ē pſalmus Dauid cū mutauit vultū ſuū coram abimalech. Abimalech interpretaſ patris mei regnū: per quem Judeos accipimus: coram quibus verus dauid mutauit vultum ſuū. i. ſacrificandi rituz: ꝛ ferebaſ in manibus quando panem ꝛ vinuz dedit diſcipulis dicens: Hoc eſt corpus meū: ꝛ hic eſt ſanguis meus: quod q- dem hodie factum eſt. Dicens ergo pontifex vicariꝰ Jheſu chriſti. Venite penitentes. inuitat ad corpus ſanguiniſq̄z conuiuiū. Proide pro eis orat genua flectit coſ āmoneť: eoſq̄z recōciliās in eccleſiā itroducat ¶ Illud etiam notabile eſt q̄ vndiqz' tanue eccleſie pateū: ad notandum venientes ab auſtro vel ab aglone. i. iuſtos ꝛ peccatores quando accedant ad miſericordiam non eſſe prohibendos: ꝛ a paſcha i antea patebunt: eo q̄ in octaua noſtre reſurrectionis nullū erit improperium peccatorum electis. ¶ Illlud quo qz notabis q̄ penitētes in eccleſia recepti crines ꝛ bābam quam nutrierant deponunt: ꝛ ſe veſtes mundaſ ꝛ cultiores depoſitis penitentialibus induūt a ioſeph capientes exemplum qui de carcere ductus tonſus ꝛ lotus eſt ꝛ veſtibꝰ decorat⁹. per hoc quoqz inuiť q̄ deponētes multitudinē petōrū induūt veſtimēta virtutū.

¶ De eadem gnta feria. ¶ Rubrica.

b Ac etiam quinta feria ſecundo loco tripartitum oleū cōſecratur qñ hodie agnus dei ad victimaz. ſ. veſperam imolabaſ: de cuiꝰ ſanguie vterqz poſtis ꝛ ſuper liminare domorum in quibus erat edendus lniebatur: vt hoc ſigno viſo exterminatorꝰ egypti domus ſacri conuiuij preteriret intactas: in quo prefiguratum eſt q̄ ſi frōtibus noſtris vnctione cryſmatis quaſi ſanguie chriſti qui vnctus interpretatur ſignū crucis imprimitur dyabolus in domibꝰ animarū noſtrarū nullā nocendi hz poteſtatē. Recte ergo qua die illud figuratiuz agebaſ: ſignificatū ſolenniter celebratur. ¶ Sed dicēs. Cōſequens igiť eſſet vt hac die pueri confirmēť. i. in frontibꝰ cryſmate ſacre ſignent. Rñdeo ſācta eccleſia illum in quo paſſus eſt dominus luctui dedicauit ꝛ ſolennitatis ꝛ cōuiuij gaudium in diem tertium quo reſurrexit dñs reſeruauit: vt tunc demū pro recuperata ſalute animaꝝ: que eſt patrata in ſexta feria ꝛ pro futura corporum reſurrectione que donata eſt nobis in eccleſia paſchalis agni conuiuū celebremus dicentes paſcha noſtrum imolatus eſt xp̄s itaqz epulemur. ¶ Sumentes ergo illud vnde poſtes noſtraꝝ frontium ſignare debemus: rectius ab ipſa ſignificatione vſqz ad conuiuium paſchale ceſſamus: vt tunc ſubmerſo pharaone tranſeuntes per mare rubruz ſignantes domos contra exterminatorem paſchale cōuiuiuz celebremus. ¶ Sed diceres cur itaqz in ſabbatuz cryſmatis ꝓſecratio non differť. Rñdeo qz ab hac gnta feria vſqz in veſperaz ſabbati a miſſarū ſolēnijs vacamus: ipm aūt cryſma non niſi intra miſſarum ſolennia vas eſt conſecrari: ſed ante miſſam baptiſmū conuenit celebrari: prout ſub ſabbato ſancto dicetur. Vel ideo in gnta feria ꝓſecratio celebrať: qa xp̄s in quinta fuit vnctus etate. nam in quinta venit qui in ſexta ſanguinem conſecrauit: de cuius vnctione dicit Daniel. Ungatur ſanctus ſanctorū. Et Iſa. Spiritus domini ſup me eo q̄ vnxit me. a. e. m. m. Et dauid. Unxit te deus. d. e. t. o. l. pre. t. cuius vnctio ex

tunc cepit cum verbum caro factū est: cum plenitudo diuinitatis in eo corporaliter habitauit. Tunc aūt cōpleta est cum in baptismo super ipm spūs scūs in spē columbe descendit. Ideoq; vnctio q̄ hodie conficit ad vngendum vsq; ad baptismū differt: vt significemus spiritū scm super dūm in baptismo visibiliter descendisse: t nos in baptismo spiritū sanctū accipere.

¶ Ex his itaq; patet in vespera sabbati statim post baptismū esse cōfirmandū: vt postea celebret pascha le cōuiuiū: t q̄ quibusdam placet saltem in paucis esse tunc confirmatiōis mysteriū inchoandū. Quia igitur de triplici oleo mentio facta est notandum est q̄ triplex sacm ex eadem suba fit olei: ad ostendendum q̄ licet vnus sit spūs scūs: multiformis est tñ ꝺm dona sua: vñ apl's. i. ad Corin. xij. Alij per spm datur ꝺmo sapie: alij ꝺmo scie: alij fides: alij gra sanitatū t̄c. hoc triplex oleo coaptamur q̄ inde apparebit si olei triplicē ꝓprietatē attendam⁹. Olea enī vt dicit Isi. c̄ arbor pacis insignis pinguedo cuius valet ad reficiēdos artus lassos t infirmos: t est pabulum luminis q̄ ē arbor pacis refert ad oleū crysmatis: quod pabulū est luminis: refert ad oleū cathecuminorū q̄ artus lassos t infirmos reficit ad olcū infirmorū. Hec igit tria precedentibus verbis apl'o coaptant. Siquidez in multitudine pacis esse videtur q̄ dulcedinē interne suauitatis gustauit: sicut dicit psalmista. Gustate t videte q̄m suauis est dūs. Saporē huius dulcedinis sē serat ille qui dicebat: gra dei sum id q̄ sum. i. ad Corin. xv. ca. Hec gratia est domū sapiētie que intelligit per pacis oleū. Verū q; hūc saporē libēter in aliū derivat vir fidelis: iccirco alij datur ꝺmo scie. Scientie enīz est doctrina qua fidel' aliorū verbo vel ad minus exemplo instruit: qui per balsamū intelligit: t q; apostolus in hoc laborauit: iccirco cuz dixisset: gratia dei sum id q̄ sum: statim subinnxit: t gratia dei in me vacua nō fuit. Hec duo simul cōiuncta. s. oleū t balsamū i. dulciꝰ sapie: t odor doctrine pfectuz faciunt seruitutē que duo. s. sapiētia t doctrina ad oleū crysmatuz ptinent. Ad oleū vero cathecuminorū ptinet fides q̄ mentē illuminat: sicut oleū lumē p̄stat. Fides enīz valet ad duo. s. ad purgamentū t tutamē: purgat p̄terita vicia: t tutelā p̄stat ꝓtra futura: sicut verba ꝓsecrationis huiꝰ olei manifeste oñdunt que inferius exponent. Ad oleū infirmorū ptinet gratia sanitatū. i. sanitas corporis t mētis. Valet enī ꝓtra vtriusq; egritudinē sicut ex vbis bñdictiōis ipsius liquet.

¶ Quare aūt infirmi t cathecumini iungunt: t de vnctionibus que fiūt ex hoc triplici oleo: dictū est in p̄ma parte sub titu. de vnctionibus

¶ Sequit videre de ipso cuz oleorū ꝓsecrationib⁹. Et primo de oleo infirmoz secūdo de oleo crysmato. tertio de oleo sācto.

¶ Primo ergo de oleo infirmorū dicendū est: nā illud prius est ꝓsecratū q̄ crysmatū t sanctū. Et est ratio q; illi⁹ sacm prius fuit tpore q̄ crysmati vel sancti. Nā dūs discipulos suos docuit infirmos vngere: sicut in euāgelio dicit. Oleo vngebant infirmos t curabant. Et Jacobus apl's ait. Infirmat quis t̄c. Oleū vero crysmatum t sanctum scilicet cathecuminorum ab ecclesia instituta sunt: licet t in veteri testamento aliqua ō vtroq; habeatur similitudo. Ibi nanq; duplex oleuz invenitur vnum videlicet crysma quo vngebantur reges. Precepit enīz dominus Moysi vt cōficeret crysma quo vngeret tabernaculum in dedicatione tēpli t archam testamenti aaron reges t sacerdotes t filios eius dicens. Sument aromata prima t oleuz. Inde est q̄ vnctione crysmatis ecclesias t calices consecramus reges etiam t pontifices inungimus. Moyses tamen oleo mali non legit inunctus: sed solū spirituali: sicut t xp̄s. Oleū etiā scm a lege sumpsit exordium quo reges tñ t sacerdotes vngebant. Alij dicūt q̄ oleuz infirmorū apli instituerūt: qui cum illo egrotos vngebant. Oleuz vero crysmatū t cathecuminorum apostolici viri constituerunt: t ideo consecratio olei infirmorū prior est tēpore q̄ crysmati: t etiam q̄ olei sancti: quia prior t maior t venerabilior ē. doctrina apostolorū q̄ pape. Huius aūt olei cōsecratio nō habet tale principiū quale alia habent quia non dicitur in eo: dominus vobiscuz: nec oremus: nec sursum corda: nec aliquid huiusmodi: nec etiam talem habet finem qualem in alijs consecrationibus dicimus: vt infra dicetur. s. Per dūm nostrum ihesum christū t̄c. Vel per eum qui venturus est iudicare vivos t mortuos: sed sic clauditur. In nomie domini nostri Jhesu christi. Et est ratio. quia benedictio ipsius olei sancti non est officium per se: sed est embolismus precedentis officij: quod apparet quia cum ponatur ante illud verbum canonis: per quem hec omnia domine bona semper creas: statim bñdictione ipsa finita subiungitur. Per quem hec omnia t̄c. Et sic est embolismus. i. adiectio precedentis officij. s. illius orationis. Nobis quoq; peccatoribus vbi ꝓ penitētibus oratur. Est enim duplex embolismus ꝓout dictum est in quarta parte sub titulo de silentio post orationem dominicam.

¶ Sed quare consecratio huius olei canoni adijcitur. Respondeo. Primo ibi rationabiliter oleum morientiū conficitur: vbi mors domini consummatur: vt sicut mors domini destruxit mortis auctorem: sic gratia que per vnctionem morienti confertur destruat peccata q̄ sunt causa mortis. Secundo duo sunt de quibus ī hoc officio agitur. s. īmolatio christi: t īmolatio ecclesie: īmolatio christi fuit in cruce. īmolatio ecclesie fit cum peccatum moritur. De immolatione Christi fit mentio in introitu. Nos autem gloriari. t specialiter in canone: de immolatione ecclesie fit mentio in epistola vbi dicitur: si nosmetipsos iudicaremus non itaq; iudicaremur. Sunt etiam t alia duo. s. infirmitas t medicina: infirmitas ex peccatis sepe ꝓuenit. medicina de gratia dei. De infirmitatibus ait. Paulus in epistola. Qui indigne manducat t bibit corpus t sanguinem domini iudicium sibi mā ducat t bibit nō diiudicās corpus dñi. Iccirco inter nos multi infirmi t ibecilles t dormiūt multi. De medicina dicit Jacob⁹. Infirmat gs in vobis inducat p̄ sbyteros ecclesie t orēt sup euz vngentes euz oleo ī nomine dñi. t oratio fidei saluabit ifirmum t alleuiabit eū dūs. t si in peccatis sit dimittunt ei. Si igit ꝓpterea infirmabantur quia manducant corpus domini indigne. t gratia spiritus sancti quam significat hec

vnctio eos salua: merito consecrationi corporis dñi adiscitur consecratio huius olei. Per passionem enim domini cui⁹ cōmemoratio fit in cōsecratione corporis pstratus est dyabolus: ⁊ gra spūs sancti cuius signū est vnctio dyaboli arma. i. peccata quotidiana tolluntur. Tertio ideo consecratio olei infirmorum cōsecrationi corporis xpi adiungit: qr nouissima oratio cōsecratiōis corporis xpi ex voto penitentiū fit: congrue igit sub ea cōsecrat oleū p penitentibus vbi eorū sacrificio dño offerunt. ¶ Consequent attendamus aliqua vba cōsecratiōis hui⁹ olei infirmorū. dr enim ibi sic. Emitte spm tuū paraclytū in hāc pinguedinē olei. Nempe nō sine causa ponit ibi paraclytū: qō patebit si triplicis olei efficaciā attendam⁹. Oleum scm pcipit: siue in exorcismo olei sancti videlz catbecuminorū pcipit dyabolo: vt recedat a catbecumino q adhoc reputat mortuus quousqz nō est baptizatus: oleum crysmale iaz viuentes sanctificat oleum infirmorum sauciatis medelaz pstat: quia vtro egritudinē sequit dolor: vnde in eadem cōsecratione olei infirmorū dicit ad euacuandū oēs dolores ⁊ omnē egritudinez: seqturqz dolorē consolatio: ideo recte ponitur ibi paraclytus qō interpretat cōsolator. In mortuo autē qui dolorē nō sentit nō sequit cōsolatio: sed nec sanus ⁊ sanctificatus: qr in eo nō est infirmitas ex qua dolor indiget cōsolatiōe. ¶ Circa oblationē eiusdē olei infirmorū notandū est q in ordinario ita scribit: offerat pōtifici oleū qō offerūt populi añq dicat: per quē hec oia sp dñe bona creas. Nempe hoc in Exo. xxvij. c. pfiguratū est vbi dr. Moysi q accipiat a populo oleū olinarū purissimū. Oleū siquidē cum offertur a pplo tantū liquor est: sed per benedictionez fit sacrm. Mystice autē hec oblatio siue āministratio significat q ppls debet clero tēporalia mīstrare: spiritualia ministrāti ei: vñ apls. Si seminauimus vobis spūalia: nō est magnū si vestra carnalia metam⁹. Cōsecrat autē oleū episcopus cum oībus sacerdotib⁹ ei astantibus: qr hoc sacramentū fuit a xpi discipulis īstitutū: vel tractum est ab antiqua cōsuetudine qua cōsueuerat ecclesia pmitiua simul cum pontifice verbis ⁊ manibus corpus xpi conficere: forte ad testimonium: prout hodie in missa de ordinibus cum ordinatore faciunt ordinati. Nam ⁊ sumus pōtifex quotiēs diuina celebrat: sacerdotes ei astantes verbis ⁊ manibus cum eo consecrāt. Et quia vt iā dictū est hui⁹ olei consecratio est emboliſmus canonis: iccirco caz totam sicut ⁊ canonem sacerdotes cū eo dicūt. Inde perficit officium episcopus vsqz ad illum locū. Pax domini sit semper vobiscum: ⁊ clerus respondet: ⁊ cū spiritu tuo. ⁊ tunc tacet ⁊ solus episcopus cōmunicat ¶ Secundo videndum restat de oleo crysmali. Fabianus enim papa statuit hac die singulis annis debere confici crysma: quia nouum est sacramentū: ⁊ ideo semper est innouandum: ⁊ vetus concremandū Ista enim apostolis eorum successoribus accepit: a cunctisqz tenenda mandauit. ¶ Circa quod sciendum q crisma conficitur ex balsamo ⁊ oleo propter mysticam rationem: quoniam per oleum nitor cōsciētie designatur. Juxta illud euangelij. Prudentes virgines acceperunt oleum ⁊c. Per balsamum vero exprimitur odor fame: per qō in libro sapiētie dicit. Sicut balsamus aromatizans dedi odorem. Oleo ergo quod lucet additur balsamus qui redolet: quia fide operante per dilectionem lucere ⁊ bona fama redolere ad honorem dei: ⁊ ad vtilitatez proximi debem⁹ Odor enim balsami in oleo bonam facit operationē longe lateqz diffusam gratia spiritus sancti cooperāte demonstrat. Secundo additur oleo balsamum: ad significandum q in vultu christi resplenduit celestis nitor ⁊ gratia excellentius q̄ in alijs. Nam vt Hieremias ait. Virgo de virgine natus: qui nō ex voluptate carnis neqz ex voluntate viri: sed ex voluntate dei natus est: nisi habuisset i vultu oculisqz quoddam ō siderium: nunq̄ cum statim cum ingenti desiderio secuti fuissent apostoli: nec qui venerant ad eum comprehendendum cozzuissent. Iste nitor operante dei gratia vultus electorum exhilarat vt dominum cum magna dilectione imitentur. Unde in prefatione que cantatur in consecratione crysmatis dicitur. Dauid prophetico spiritu gratie tue sacramenta prenoscēs: vultus nostros in oleo exhilarandos esse cantauit. Et paulo post. Huius olei vnctio vultus nostros iocundos efficit ac serenos. Vultus nostri sunt operuz nostrorum manifestatio. ¶ Tertio quoqz balsam⁹ oleo additur: vt omnes qui ex eo uncti fuerint operāte gratia spiritus sancti conuersationi doctrinam iūgere nitantur. Et hec duo scilicet vita ⁊ doctrina sūt cōnexa in septem donis spiritus sancti propter quod crysmalis vnctio fit: nam sapia ad vitam: intellectus ad doctrinam: consilium etiam ad doctrinam fortitudo ad vitam: scientia ad doctrinam: pietas ad vitaz: ⁊ timor ad vitam refertur. Doctrina autem per balsamum intelligitur: vt premissum est. Crysma grece dicitur vnctio latine: que etiam domino nomen accōmodauit. Unz Christus a crysmate dicitur. id est vnctus prout dictum est in prohemio secunde partis.

¶ Consecratur autem crysma in eo loco vbi cōsueuimus dare pacem: sicut ⁊ oleum sanctum: ⁊ hoc ideo vt pax ⁊ concordia per vnctionem crysmatis regnet in nobis. Crysmate enim vngimur vt donis spiritus sancti repleti deo ⁊ hominibus pacificemur: quia in malinolam animam non introibit sapientia. Habet quidem crysma officiū per se quod inchoatur a Sursum corda ⁊ finitur. Per christum dominum nostruz qui viuit ⁊ regnat pertinet enim ad eos qui surrexerunt ⁊ viuunt cum christo. ¶ Sane postq̄ solus pōtifex communicauit vt premissum est: ipse vadit sedere super sedem suam: ⁊ tunc duodecim presbyteri parati duodecim apostolos significātes: ⁊ alij clerici discipulos signantes: descendunt in sacrarium ad apportandum solenniter tam oleuz crysmale q̄ sanctū siue catbecuminorum hoc modo. Precedunt nanqz duo luminaria: ⁊ sequuntur due cruces: ⁊ in earū medio vnus acolitus ferens ampullam cum oleo futuro crysmali: subsequuntur duo thuribula ⁊ in eorum medio alter acolitus ferens aliam ampullam cum oleo futuro sancto: subsequenter dyaconus librum euāgelij ferens: deinde dicti presbyteri ⁊ alij clerici bini ie-

quuntur quousqz peruenitur ad gradus ante altare. Nempe duo luminaria sunt lex ⁊ prophete que nobis saluatorez prenunciauerũt. due cruces sunt duo martyria sine sanguine scilicet mortificatio corporis proprij que est crux a sinistris: ⁊ compassio proximi: que est crux a dextris. Inter has fertur oleuz futurũ crysmale que inunguntur pugnatores qui debent esse parati ad martyrium: ⁊ semper duplici martyrio debent se affligere. Crucem a sinistris habebat ille qui dicebat. i. ad Corinth. ix. capi. Castigo corpus meum: ⁊ in seruitutem redigo. Crucem a dextris habebat idem qui dicebat. ij. Corinth. xj. Quis infirmatur ⁊ ego nõ infirmor quis scandelizatur ⁊ ego non vror: duo thuribula sunt duplex genus orationis scilicet oratio pro remouendis malis: ⁊ oratio pro adipiscendis bonis. hec duo notat psalmista: cum dicit. Exaudi deus orationem meam scilicet que est pro adipiscendis bonis ⁊ ne despexeris deprecationem meam scilicet que est pro remouendis malis. Inter duo thuribula ferũ oleum futurorum catheceminorum: quia pro catheceminis est orandum ⁊ eos orare oportet: vt ad robur qõ per oleum crysmale significatur valeãt peruenire. Inde euangelium sequitur: quia in eo totius boni nostri est consumatio presbyteri ⁊ alij bini sequuntur: quasi dicuntur sponse cant. i. Trahe me post te: ⁊ curremꝰ in odorem vngentorum tuorum. ¶ Potest etiam dici ꝙ ampulla cum oleo futuro catheceminorum humanitatem christi significat plenã spiritu sancto. Duo luminaria due cruces: duo thuribula: sunt lex ⁊ prophete q̃ predixerũt Christum ⁊ dominum esse venturum. Sequens vero euangeliuz affirmat quod lex ⁊ prophete predixerunt presbyteri ⁊ clerici bini ⁊ bini sunt testes crysmalis mysterij. Hi sunt apostoli bini ad predicationis officium destinati cooperatores ⁊ testes christi. Cantus istorum scilicet. o. redemptor pdicationem ⁊ orationem signat apostolorum: ampulla quoqz in singulos ordines ad altare defertur: per quod innuitur ꝙ dominus in corpore suo ante passionem officia septem ordinum adimpleuit. ¶ Premisimus de ductione olei crysmalis ⁊ sancti sine catheceminorum de sacrario vsqz ad sanctuarium: nunc dicamus de eadem vsqz ad episcopum. ¶ Postꝙ enĩ predicta processio venit ad sanctuarium: tũc ante altare ad orientem ordinate se disponũt: ostiarij: lectores: ⁊ exorciste: ⁊ acolitt: ita vt sextum locum obtinet subdyaconus qui illa die legit epistolam: ⁊ post omnes est acolitus cum ampulla ita ꝙ omnes sunt sub vmbraculo sub quo ampulla delata est a sacrario q̃ defertur de vno ad alterum per quandam connexionem syndonis albe: qua ex parte velata est ampulla quousqz perueniat ad episcopum: ita vt a medio sursum videre possit. Nempe in connexione syndonis connexio intelligitur charitatis. Ampulla christus ẽ vel ampulla cuz crysmate corpus domini ex virgine Maria assumptum cum diuinitate. scilicet christum vnum esse significat: premissum ordinem quedaz ecclesie seruant. Est ⁊ alius ordo quem ⁊ alie seruant nam fertur ampulla cooperta syndone alba i sinistro brachio portantem ampullam precedit lumen ⁊ ante cedunt duo sacerdotes vnus cum thuribulo: alius cũ cruce: ⁊ in medio eorum dyaconus cum libro euangelij: ⁊ super capita eorum fertur vmbraculum seu pallium: ⁊ duo antecedunt cantando. In quo facto repsentatur processio quam fecerunt filij israel tendẽtes per desertum ad terram promissionis: quoniam syndon est archa: ampulla vrna: lumen precedẽs ampullam: columnia ignis que precedebat populum: sacerdos cum thuribulo: aaron cum thuribulo. Numeri. xvij. capitulo sacerdos cum cruce: iosue cum septro: dyaconus cum libro euangelij. Moyses cum libro legis. vmbraculum est tabernaculum vel nubes lucidissima que filios israel obumbrauit: qui cantantes precedunt leticiam eorum significant: qui ad terram promissionis transierunt: vel duo cantores sunt predicatores: duo precepta charitatis annũciantes. Hec autem omnia in figura contingebant illis. In hoc etiaz facto repzesentatur processio christi ⁊ ecclesie tendentes de hoc mundo ad patriam. Nempe ampulla est christus syndon alba est sancta conuersatio eius. In sinistro brachio tenetur: quia hec omnia in hac vita que per sinistram significatur acta sunt. vel quia conuersatus est in vita presenti lumen precedens est. Johannes qui fuit lucerna ardens dyaconus in medio duorum sacerdotũ est christus in medio moysi ⁊ helye duo pcedentes cum lumine sunt discipuli quos binos misit ante faciem suam. Ampulla fertur cooperta vsqz ad altare ⁊ tunc discooperitur: quia christus quasi coopertus fuit vsqz ad passionẽ: naz pene ab oibus eius conuersatio sancta dicebatur. Sed i passione fuit nudus hominuz reputatione: quia qui paucis diebus ante dixerant. Benedictus qui venit in nomine: clamauerunt crucifige crucifige eum. Quidaz tamen priusqꝫ ad altare perueniant ampullam mediaz cooperiunt ⁊ mediam nudam ad altare producunt: quia christus ante passionem non latuit: vt cum fugit in egyptũ: ⁊ cum inter cognatos querebatur: ⁊ cũ parentibus subiiciebatur modo se palaz exhibuit: vt cũ predicauit vltra hominem dicens. Ego ⁊ pater vnuz sumus: ⁊ cum miracula fecit in quibus virtutem sue diuinitatis ostendit. Ampulla statim postꝙ benedicta fuit ex parte cooperta ⁊ ex parte discooperta: vt allata fuerat salutatur ab episcopo ⁊ pbyteris: quia christus postꝙ transiuit ad altare crucis. i. ad immolationem: ⁊ se obtulit deo patri sicut ampulla ad consecrationem episcopi aliqua parte corpus suum nudum monstrauit: vt thome ⁊ alijs discipulis quos voluit esse testes sue resurrectionis alijs vero inuisibilis fuit. Vel ideo pro parte nuda ⁊ pro parte discoperta salutatur: quia christus in humanitate manifestus ⁊ in diuinitate occultus ab omnibus veneratur. Salutantur autem ampulle quinquies ab episcopo vt ꝺ quinqz vulneribus gratiarum actio christo reddatur Postꝙ autem ampulla salutata est a ministris altaris cooperitur vt a nemine nuda videatur: ⁊ cooperta iterũ salutatur quia christus postꝙ salutauit ⁊ manifestauit se discipulis suis quos voluit suos suoqz resurrectõis esse testes: ascẽdit in cehũ ⁊ inuisibilis factꝰ est hominibus. Sed quãuis eius presentiaz corpora

lez nō videam⁹: tū venerādo euz quotidie salutamus: quia ꝛ discipuli eū ascendentē in celū adorauerunt. Tandē ampulla in sacrarium deferr̄ ꝛ xp̄s in celum quē veneramur per fidem donec ꝓueniamus ad ip̄m ideo syndon mūda'est eius caro vel cōuersatio ūmaculata. ¶ Sane episcopus ter alat in ampullā. Primo ga sicut alatus ab interioribus ꝛ secretis procedit ad pulpitum: ꝛ vocat̄ spiritus: sic ep̄s per spiritum sanctū demōstrat spiritū sanctū a patre ꝛ filio ꝓcedentem in corpore dñi habitare. Ampulla enim cū crysmate corpus significat cū diuinitate: ampulla vero cum oleo humanitatem plenā spū sancto designat. ¶ Secundo etiā alat: qz legit̄ in euangelio q̄ dñs insufflauit in discipul' dicens. Accipite spiritū sanctū, ꝛc̄. Hic igit̄ alatus illā in sufflationez significat. Ideo aūt ter alat quia tres ꝓsone sunt ꝛ nūq̄ spūs scūs est sine patre ꝛ filio a quib⁹ ꝓcedit: ꝛ a seipso venit. Bat̄ aūt spūs sāctus officio sacerdotū: sz nō dat̄ ab alijs: sic enī adest vtus spūs scī p̄ insufflationē a sacerdote factaz in bonore ꝛ significatōe ipsius spūs sancti: sicuti per verba que dicunt̄ in nomie suo. His peractis cantat̄ agnus dei ꝛ cōio. ¶ Tertio loco circa oleū scī seu cathecuminozū: de cuius deductiōe p̄missum est: sciendz q̄ hec olei bñdictio ꝓpriū habet officiū. Naz post eius exorcismuz quē ep̄s lēta voce dicit: quasi p̄fatiōez inchoat. d. Bñs vobiscū. Sursuz corda. ꝛ finit̄. Per eūdem dñm nr̄m ihesuz xp̄m qui tecū viuit ꝛc̄. ꝛ in eo loco conseerat̄ vbi dicitur. Pax dñi ꝛc̄. Hoc est enī corpus gratie dei vt pacē ꝛ cōcordiā inter nos habeam⁹ ꝛ per vnctionē pax habeat̄. Olea nempe vt dictum ē est arbor pacis insignis: qō p̄figuratū est in ve. test. sicut vba bui⁹ cōsecratiōis habēt que sunt hec. Et cum mundi crimia diluuio expiarent̄ effuso: similitudinez futuri numeris demonstrans per ramū virentis olive pacem terre redditā nunciauit. Valet etiam hui⁹ olei vnctio ad duo. s. ad purgationem ꝛ tutelā: ad purgationem: vt siqne cathecumino postq̄ venit inscrutinium adhesere macule recedant: ad tutelā vt dyabolus expulsus redire non audeat: verba orationis hoc demonstrant dicendo: siqne illis aduersantiū spiritum tuū adhesērūt macule: recedant ad tactū hui⁹ sanctificati olei. Hec de purgatione. De tutela segtur Nullis spūalibus nequitijs locus nulla refugis vtutibus facultas: nulla insidiantib⁹ malis latendi licentia relinquat̄. Quia vero dyabolus se dānandū maxime in futuro iudicio nouit: ꝛ inde tremit: iccirco exorcismus terminat̄: per eundē do. no. ihe. xp̄m g ven. est iu. vi. ꝛ mor. ꝛ se. per ignē. Exorcism⁹ enī est adiuratio. Nā in ea adiuratur dyabolus vt recedat. Itez qz hoc oleo perfusi ꝛ baptizati spem regni habēt: iccirco oratio terminatur. Per eundem dñm nr̄m.

¶ De officio misse ipsius gnte ferie. ¶ Rubrica.

Tertio sereati misse huius diei officium prosequamur

¶ Sane in persona penitentium cāt ecclesia in principio misse. Nos autem gloriari oportet. Tales enī debent ꝛ possunt gloriari in cruce: qui penitentiā perfecte egerūt. Et quonia in hac die institutum est sacramentū sacramentoruz vt premissum est: ideo ad solennitatez noui sacrificij: ꝛ propter gaudium reconciliacionis penitentiū cantat ecclesia in missa cantica leticie: preter alleluia: ꝛ missa solennis dicitur in concētu ꝛ ornatu ministrorum: sicut in festo natalis christi. Nam hoc festū omnia alia excellit excepto festo trinitatis. Et videt̄ quo dāmodo ecclesia sibi contraria: cum in alijs bui⁹ diei horis cantica leticie reticeat: ꝛ eas sub brevitate ꝛ q̄si flebiliter dicat. Sed non est contrarietas: quia alia ē causa leticie: alia est tristicie: propter memoriam enim passionis est tristitia: propter institutionē vo sacramēti sacramentoruz est gaudium: ꝛ ideo ex institutione Bonifacij pape cātat ecclesia. Gloria in excelsis deo quia gaudent angeli de conuersiōe penitentiū: ꝛ hoc in ecclesijs in quibus crysma conficitur ꝛ non in alijs prout quidam dicunt. Ubi enim episcopus presens nō est: nec Gloria in excelsis dicitur: nec alie solennitates seruantur: vt dicunt quāuis ꝛ tunc neqz flectam⁹ genua: nec oratio super populuz dicatur. ¶ Epistola vero. Conuenientibus ꝛc̄. que est prima Corinth. xj. est de modo sumendi cenam domini. ¶ Responsoriū est de crucis siue Christi per crucem exaltatiōe. Christus factus est obediens vsqz ad mortem: ꝛ est sexti toni: propter obedientie perfectionem: quoniaz senarius numerus perfectus est. ¶ Euangeliuz est. Ante diem. Johan. xiij. capitulo. vbi sequitur: cuz dilexisset suos Ihesus in finem dilexit eos. ꝛ est de dilectione ꝛ humilitate: quia illud sacramentuz est dilectionis ꝛ humilitatis. Agitur etiam ibi de lotione pedum: quia dominus precinxit se linthēo. i. humanitate purissima: immittens aquam in peluim. i. gratiam in corde: ꝛ lauit pedes. i. affectus. Venit autem ad symonem petrum: qui recusauit ex humilitate tantum: tertia tamen vice obediuit: ꝛ oportuit eum obedire vt haberet partem cū eo. vnde vocatur Symon petrus propter obedientiam. ¶ Tres ergo sunt. cause quare dominus voluit lauare pedes discipulorum. Prio propter signum dilectionis. Secundo in exemplum humilitatis. Tertio ratione mysterij quia lotio pedū designat lotionem affectuum. Puluis enim adheserat pedibus apostolorum. i. elatio inanis glorie quando dixerant. Domine in nomine tuo eiscimus demonia: ꝛ quādo cōuertebantur plures: vel tristicia quādo non conuertebantur homines ad voluntatez suā. Et ideo oportuit lauare huiusmodi affectiones in illo die: vt sic essent mundi toti. ¶ Nam prima die ieiunij dixit dominus Tu autem cum ieiunas faciem tuam. i. animam vel rationem tuam laua. i. a peccato mortali munda. Cum igitur a principio lauamus nos a peccato mortali. a puluere. i. a venialibus debemus abstergi: hoc autē fit vt digne possumus accipere corpus christi: quod fit peracta perfecta penitentia: ꝛ iō fiunt penitentium absolutiones in hac die vt premissum est. ¶ Pedum quoqz lotio significat lotionem Marie quando lauit lachrymis pedes domini: ideo cantatur antiphona illa. Mulier que erat in ciuita-

te peccatrix. ¶ Rursus lotio pedum signum ē remis
sionis peccatorum. In baptismo nāq; vnusquisq; to
tus abluitur: sed cum in rebus humanis postea viui
tur vtiq; terra calcatur. Ipsi enim humani affectus
sine quibus in hac vita mortali non viuitur quasi pe
des sunt. Qui ergo non indiget nisi vt pedes lauet o
stendit omnia peccata sibi esse dimissa sine quib⁹ hec
vita non ducitur. Pedes ergo qui sunt vltima pars
corporis lauantur ad notandum q̄ in diei aqua baptis
matis in vltimo tempore mundabuntur: vnde ꝛ reli
quie israel saluabuntur. Quare autem fiat hec lotio
ista die supra dictum est. ¶ Et est notandum q̄ ex
omnibus mandatis dei istud solum dicitur anthono
matice mandatum: quoniaz maiori exhibitiōe officij
hoc obseruari precepit cum discipulis suis pedes la
uit dicens. Si ego laui vobis pedes dominus ꝛ ma
gister: ꝛ vos inuicem debetis alter alterius pedes la
uare. Et etiam cum interdicto ait petro. Si non lauc
ro tibi pedes ꝛc̄. Mandatum etiam illud de quo di
ctum est in proximo sabbato quod fit a prelatis: rep̄
sentat illud quod christus fecit. Et attende q̄ ad an
tiphonas que dicuntur dum fit mandatum non dici
tur nisi vnus versus de vno psalmo quia alij eiusdem
psalmi non ita conueniunt cum antiphonis: vel cum
his qui in ipso mandato fiunt. In offertorio ostendū
tur premissa duo simul videlicet q̄ debemus a mor
talibus ꝛ venialibus abstergi dicendo. Dextra domi
ni fecit virtutem abluendo a mortalibus. Dextra do
mini exaltauit me abluendo a venialibus. ¶ Post
communio. Ne dominus Ihesus post q̄ cenauit. Jo
hannis. xiij. capitulo. ostenditur humilitas: ꝛ est se
cundi toni: propter secundam lotionem a venialibus
¶ Breuiter autem notandum est q̄ huius misse of
ficium nostre redemptionis continet summam ꝛ my
sterium. Nam in euangelio legitur de pedum lotiōe:
in epistola de corpore christi ꝛ sanguine: in introitu ō
cruce: in graduali de morte: in offerenda de resurre
ctione. Nam hec omnia secundum mysticum sensuz
ex euangelio quod est caput officij pendent. Christ⁹
quidem cum discipulis cenans: surrexit a cena: vesti
menta deposuit: lintheo se precinxit: aquam i peluim
misit: ꝛ inter cenandum pedes eoruz lauit: ꝛ ipsos la
uare docuit: ꝛ post lotionem iteruz recubuit. ¶ Nē
pe Christum a cena surgere est ab acubitu patris ve
nire: vestimenta deponere se exinanire: lintheum pre
cingere: formam serui accipere: aquam in peluim mit
tere sanguinem suum effūdere pedes lauare: pecca
ta remittere: lintheo extergere: passionis fide mūda
re: vestimenta resumere: est a mortuis resurgere: ꝛ ve
stem gloriose carnis induere: recumbere est ascendere
ꝛ in dextra dei sedere. Ad hec pertinent officia. Di
scipulos docere est eis spiritum sanctum mittere. Ve
runtamen quia nondum perfecte credebant: ideo nō
dicitur Credo. Ecce breuiter summam redemptiōis
humane que fuit omnibus sufficiens: sed non effici
ens. Unde agitur in oratione. Deus a quo ꝛ iudas.
De duobus generibus penitentium: vno proficienti
um: vt latronis confitentis qui audire meruit. Hodie
mecum eris in paradiso: ꝛ alio non proficientium: vt
latronis contemnentis: ꝛ inde proditoris qui laqueo
se suspendit. ¶ Innocentius papa statuit hac die
corpus Christi sub specie panis reseruari: vt infirmi
ꝛ religiosi quibus est necessitas communicandi habe
ant ipsum: ꝛ propter officium adimplendum. Nam
in duobus diebus sequentibus non conficitur corp⁹
Christi. ¶ Sanguis vero non seruatur sub specie
vini propter multa. Primo quia vinum quod liquidū
est: de facili posset ex negligentia spergi. Secundo
quia per calicem qui hac die sumitur finis veteris le
gis intelligitur: vnde secundum Lucam per calicem
intelligitur q̄ discipulis: ꝛ nō alijs eadem die datum
dominus discipulos designauit. Tertio quia corpus
quod seruatur non est sine sanguine. Quarto quia p
hoc q̄ sanguis non seruatur: ostenditur q̄ vetus sa
crificium debet cessare. Panis nanq; nouum. Vinū
vero vetus designat testamentum. Ad quod ostendē
dum dominus cum bibisset inquit. Consumatum est
Ergo calix sumitur ꝛ panis seruatur: eo q̄ lex finem
ꝛ euangelium habet initium. Quinto quia Christus
dixit in cena domini. Amen dico vobis non bibam ā
modo de hoc genimine vitis: donec bibam illud in re
gno patris mei. Non autē dixit de corpore seu de esu
immo inuenitur q̄ postea comedit partem piscis assi
ꝛ fauum mellis: sed non inuenitur q̄ postea biberit.
¶ Sed numquid vinum quod in die parasceues cū
dominico corpore seruatur sumitur in altari cōsecra
tur ꝛ sanguis christi efficitur per immissionem ipsius
corporis in calicem ꝛ per eius tactum. Super hoc di
cunt quidam q̄ per dominicam orationem que tunc
dicitur fit consecratio siue commutatio vini in sangui
nem. Nam Gregorius assignans causam quare do
minica oratio in die illa a sacerdote dicatur. Dicit q̄
in primitiua ecclesia apostoli sola dominica oratione
vtebantur i consecratione. Nos tamen hoc non dici
mus: quia si hoc iam esset nō esset necesse corpus do
mini ad diem illum seruari. Preterea ex his que i ca
none dominicam orationem precedūt satis patet, q̄
ad prolationem ipsius orationis transsubstantiatio
non fit: ꝛ nullo tempore missa fuit celebrata sine ver
bis illis. Hoc est corpus meum ꝛc̄. que sola in princi
pio nascentis ecclesie proferebantur ad conficienduz
ab apostolis qui postmodum orationem dominicaz
superaddiderunt: prout dictum est in prohemio hui⁹
partis. Dicimus ergo illud ex hoc non consecrari sz
sanctificari. differt autem inter hec. Nam consecra
tio est consecratione transsubstantiare: sanctificare ē
ex contactu seu admixtione sacre rei reuerendum ꝛ
sanctum effici: vt patet in aqua benedicta cui alio ad
misceretur. Item sanctificatum dicitur quod a tactu
rei sanctificate efficitur magis reuerendum. Si enim
diceretur q̄ solo contactu vinum ꝛ aqua consecrarē
tur magnum inconueniens sequeretur. Nam sic con
tingeret calicem non posse lauari: ꝛ milia mille panū
a tactu vni⁹ hostie sine vbis posse cōsecrari: ꝛ q̄ si gut
ta aque bñdicte in stagnū vel in puteū fundaret aqua
illa bñdicta ppetuo remāeret ꝛ alia plura. Preterea si vi

num a tactu dominici corporis consecraretur essz cõtra decretum de conse. dist. iij. sabbato. quòd prohibz die hac fieri consecrationem: de quo dictum est in. iiij parte sub septima particula secrete super verba. Hic est calix. ¶ Illud quoqz pretereunduz non est quia romanus pontifex hodie remota tabula lateranẽ. altaris. de qua dictum est in prima parte sub ti. de altaris dedicatione: z in secunda parte sub ti. de diacono infra ipsum altare conficit eucharistiam z sanguinem: z cum thuribulo incenlat illud: in hoc facto representans: quia sũmus pontifex legalis semel in anno ingrediebatur in sancta sanctorum cum sanguine: secũ portans thuribulum vinis carbonibus plenum: prout dictum est in quarta parte: z sub tertia parte canonis: sic z ẽm apostolum ad hebre. ix. ca. Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Peracto misse officio statim iter cenandum. i. dum sacerdos communicat cantaẽ vespertinum officium: ad ostendendum qz hoc sacramẽtum. s. eucharistie instituti fuit in vespere. Quia ergo redemptio nostra in vespera mundi. i. in sexta etate seculi facta est: ideo vespertia synaxis. i. psalmodia sive solẽnitas psalmoruz numero misse cõtinuatur: z sub vnica oratione vtrunqz officium terminatur. s. per ite missa est: si episcopus adest: vel per. Benedicamus: propter vespertinam conclusionem. Et quia ecclesie datus est calix: ideo est prima antiphona. Calicez salutaris accipiam: quem dedit dominus apostolis dicens. Hic est calix noui testamenti in sanguine meo. Secunda antiphona est. Cum his qui oderunt pacẽ eram pacificus. Patientiam enim quam habet ille q paratus est bibere calicem domini pacem cum omnibus operatur. In alijs tribus rogat se liberari: quia habita pace pectoris non mouetur homo propter tribulationes: z hoc etiam habet a deo: vnde petit liberari. Antiphona ad magnificat. Cenantibus zc. est de cena domini.

¶ De nudatione altarium. ¶ Rubrica.

q Quarto loco notandum est qz statim vespertino finito officio denudantur altaria vsqz in sabbatũ: que postmodum in tertia die cooperiuntur. Siquidem hec denudatio significat primo recessum discipulorum domini seu apostolorum. Unde. Qui iuxta me erant de longe steterunt. Et in euangelio. Relicto eo omnes fugerunt. Altare nanqz christum seu corpus eius significat: vnde de terra altare facietis mihi. Altare de terra facere: est incarnationem eius credere vel sperare. Altaris vero vestimenta apostolos seu sactos dei designat quorum predicatione christus quasi quibusdaz vestimentis adornatur: z per illos magnificatum ẽ nomẽ eius. Altare igitur vestimentis denudatur quia fugientibus apostolis christus solus remansit: tertia die cooperitur: qz post eius resurrectionem discipuli ad eum redierunt. Secundo denudatio altaris designat qz christus fuit nudatus in cruce. Cum itaqz nudum altare conspicimus: illud prophecticum ad memoriaz reuocamus. Ecce vidimus euz z non est ei species neqz decor: z considerauimus eum despectum z nouissimum virorum: quod accidit in passione. Nam antea speciosus prefilijs hominum extitit. Fuit quidem denudatus ad columnam z ad crucem: cum diuiserunt sibi milites vestimenta sua. Tertio altaris denudatio significat christum diuinitatis gloria nudatum. Unde ps. Deus deus meus quare dereliquisti me. Quarto designat qz velum templi scissum est: z liber qui signatus erat apertus est. Unde in prouerbijs. Aperta sũt prata z apparuerunt herbe virentes. i. exempla actionum christi que sunt ab eternitate z ducunt ad eternitatem. Et bene dicit aperta sunt prata: z apparuerũt herbe virentes: quia ea que magis occulta erant in lege: sicut passio: resurrectio: z ascensio patefacta sunt. In plerisqz locis lauantur altaria vino z aqua: z ramis fricantur presertim cum ramis de sauina. Lauãtur ergo aqua z vino: ad notandum qz corpus christi quod est verum altare: sanguine z aqua in cruce aperuit. Nam de ipsius latere exiuit sanguis z aqua: per que genus humanum lotuz est. Uel vino z aqua lauantur ad ostendendum qz non ioannis, sed suo baptismo fuit baptizatus. s. ex aqua z spiritu sancto. Et lauantur cum psalmo penitentiali vel cum cantu ad passionem pertinentem. Plus autez ibi est de vino qz de aqua ponendum: quoniam aque multe populi multi: sicut in apo. habetur: per quod significatur qz sanguis christi sufficit ad redimenduz plures in infinitũ qz sint redempti vel nunqz redimendi. ¶ Rami vero asperſi quibus altare fricatur significat spineam coronam qua christus coronatus est: vel flagella amaram z dolorez z ictus quos in morte sustinuit. Uel lauatio altaris. i. corporis christi cum aqua: significat lachrymas marie. vinum vnguentum rami, eius capillos. Et scias qz quidam hac feria quinta hora iaz ad vesperascente denudant altaria z lauant: alij vero solum denudant: sed in parasceue lauant: quod magis congruit rationi. ¶ In quibusdam etiam locis pauimentum ecclesie etiaz mundatur per quod pauperes christi significantur: prout in prima parte sub ti. de ecclesia dictum est. Pauimentum ergo ecclesie mundat qui pauperibus vel fratribus propter deum pedes lauat: z illis cetera misericordie opera exhibet. Unde ẽ qz parietes domus quãuis vocabulum ecclesie habẽt pro eo qz continent ipsam: non tamen ipsi seu homines sunt ecclesia z pauimentum est quasi hominuz pedes pauimentum quoqz mundatur ad notandum qz a vicijs mundari debemus. ¶ Statutum est in canonibus. de con. dist. quarta non licet. z. c. se. ne hac quinta feria ieiunium soluatur. Quia enim dominus surgẽs de cena lauit discipulorum pedes: z iterum rediit ad cenam: ideo quidaz ad instar ipsius volebãt post prãdium pedes alijs abluere: z iterum post ablutionem cenare: quod fieri non debet. Hec dies in plerisqz locis capitulanium vocatur: qz tunc capita infantium qui vngendi sunt lauantur ne obseruatione qdragesime sordidata ad vnctionẽ accedãt. ¶ Rursꝰ hac die

symbolum competentibus traditur propter confinez
dñice paschalis solēnitatē: vt qui iam ad dei gratiam
percipiendum festinant: fidem quam confitent agno
scant. Hec ergo quinta feria in quattuor principaliter
priuilegiata est. Primo quia tunc penitentes recipiun
tur. Secundo in ea nanqz nouum testamentum inci
pit z vetus terminatum fuit. Tertio quia in eo fit olei
consecratio. Quarto quia in ea sacramentū sacramē
torum institutum est.

¶ De die parasceue. ¶ Rubrica.

SEquitur de parasceue: que quare sic dicatur i
phemio septime partis dicet. ¶ Sa
ne hac die ecclesia artissimum ieunioz
z silentium agit: nullū tamen officioz so
leniter celebrat: sed hora nona cōuenit
ad orandum crucem: nō ad misse officiuz quo hec di
es caret: sed quasi ad funeris obsequium dicendū. Et
hoc ideo: qz hora nona mortuo domino centurio fa
ctus est preco fidei nostre z perfidis recedentibus li
cuit ioseph z nicodemo disponere de funere: z mulie
ribus accedere ppius. Dicit autē officiuz tacita z hu
mili voce: z absqz principio: ꝓut in precedenti titulo
dictum est. Super altare vnica dūtaxat toballia dis
ponitur per quā sydon qua corpus christi inuolutum
fuit significat. ¶ In quibusdam ecclesijs in hora sex
ta ignis extinguitur z in nona accendit: qz tunc sol in
sexta lumen abscōdit: z in nona reddidit. ¶ Incipit
hoc officium a lectionibus qz in primitiua ecclesia ois
missa a lectionibus inchoabat. Sed hoc hac die spe
cialiter fit: pro eo qz passio domini hodie celebrata ē
in cuius memoriam omnis missa cantatur: z leguntur
lectiones sine titulis: qm̄ tunc amisimus xp̄m caput
qui nos illuminat sicut tituli illuminant libros. Legū
tur autem due lectiones: qz pro duobus populis xp̄s
passus est gentili videlicet z hebreo vel pro salute car
nis z anime. Una sumpta est ex lege alia ex ꝓphetis:
qz christi passio a prophetis fuit pronunciata: z a lege
z patriarchis prefigurata. Abrahām enim carnē xp̄i
figuratiue immolauit quando arietez immolauit. Si
militer z abel quando agnum sacrificauit. Unde do
minus: assimulatus sum inquit ꝓphetis. Rursus ideo
due lectiones dicuntur. qz sicut in quarta feria mortē
nostram duplicem manifestauimus: pro qua xp̄s pa
TErtio loco circa lectões ⁊ circa tract⁹ sciendũ q̃ lectiones que christi gloriam ⁊ doctrinaꝫ significant: iccirco carẽt titulo: quia cathecumini nondum sunt ciues hierusalem ⁊ scripturas ignorant: ⁊ nomina ciuium hierusalem ignorant. Vnde si eis nominarent̃ nomina doctoꝝ veteris vel noui testamenti forte potius contemnerent quam venerarentur. Carent etiam titulo: quia christus caput nostrũ nonduꝫ redditũ est nobis Leguntur quoq̃ sine tono: q̃m in eis insipientes ⁊ cathecumini simplices instruuntur. Lectiões autẽ in q̃busdam ecclesijs legunt̃ quattuor: in q̃busdaꝫ. sex i q̃busdam. xij. ⁊ in q̃busdaꝫ. xiiij. Qui quattuor legunt ideo faciunt q̃ doctoꝝ cathecuminoꝝ debet esse continuatoꝝ eoꝝ: debet enim eis parare cõuiuium in mensa sacre scripture: q̃ per mensam q̃ in tabernaculo domini fuit significat̃. q̃. iiij. pedes habuit q̃ sacra scriptura quattuor modis exponit̃: videlicet historie allegorice: tropologice: ⁊ anagogice: quod plenius dictuꝫ est in ꝓhemio huius libri. Prima lectio Jn principio creauit deus celum ⁊ terrã: q̃ est Gen̄. i. c. historiã mõstrat. Ad litteraꝫ enim facta sunt q̃ ibi dicunt̃ de creatione celi ⁊ terre ⁊ aliaruꝫ reꝝ de boie qui factus est ad imaginẽ ⁊ similitudinem dei ⁊c. ⁊ sic de alijs. Secunda lecto. s. Factuꝫ est in vigilia ⁊c. q̃ est Exo. xiiij. ca. pertinet ad allegoriam. Tertia. s. Apprehendent septeꝫ mulieres ⁊c. q̃ est Jsa. iiij. ca. ad tropologiam. Quarta. s. hec est hereditas seruoꝝ q̃ est ibidẽ. lv. c. ad anagogem: ꝓut infra patebit. Veruꝫ si diligẽter attendere volumus prima lectio ⁊ secunda tam ad p̃muꝫ q̃ ad secundum pedẽ pertinent: tertia potius ad secunduꝫ quã ad tertiũ. Prima pertinet ad secunduꝫ pedeꝫ sicut ad primum: nã q̃ in ea historice dicunt̃: allegorice exponunt̃: verbi gratia. Factus ẽ homo xp̃s ad imaginem ⁊ similitudinem dei: masculũ idest xp̃m ⁊ feminam. i. ecclesiam creauit eos. Vel etiam partit̃ ad secundum. partit̃ ad tertium refert̃: q̃ opera sex dieꝝ coaptant̃ operib⁹ lucis spiritualis: q̃ iterius reformamur ⁊ illuminamur. Nempe opus primi diei fuit lux q̃ significat̃ illumiatio fidei: opus secũdi diei fuit firmamentuꝫ quod diuidit aquas superiores ab aquis inferioribus: hoc est fundamentum sacre scripture qui diuidit aquas superiores. i. angelos: ab aqs inferioribus. i. hominibus qui eo non indigẽt. Opus tertie diei fuit segregatio aquarum ab arida. i. segregatio eoꝝ qui dediti sunt fluxi carnalium voluptatum: ⁊ qui quẽadmodum aque se ⁊ alios quatiũt: ab his qui admodum aride sitiunt fontem aque vite vt possint fructificare dicentes. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum ⁊c. Quare diei opus est luminaria ⁊ infirmamento: hec luminaria sunt doctores qui inherentes firmamento sacre scripture inferioribus lumine scientie lucẽt. Quinti diei opus est creatio piscium ⁊ auium ex aquis per que intelliguntur renati ex aquis baptismatis: quoꝝ quedam beneficio baptismatis vtuntur ad modum piscium vt paruuli. qui dam vero alijs gemine charitatis ad instar auiuꝫ volant ad superiora vt boni adulti. Vnde in ꝓia lectione dicitur. Spiritus domini ferebatur super aquas. s. baptismum. Jn aquis remanent pisces. i. curiosi. aues vero. i. baptizati ad celestia volant. Sexte diei opus est creatio animalium de terra. Siquidem terra caro nostra est: ex qua creãtur animalia cum ex⁹ pro-

cedant opera viua: ⁊ ita interior homo noster reformatur vt in eo imago ⁊ similitudo dei reluceat sm qđ dictum est: ibi Factus est homo ad imaginē ⁊ similitudinem nostram. ¶ Rursum per primas lectionem instruunt̄ batizandi ne credant manicheis: qui dicūt omnia hec visibilia a rege tenebrarum fore creata.

Post istā primam lectiōez nullus sequit̄ canticū: sunt enī quattuor cantica sicut quattuor lectiōes post duas primas sequitur vnus canticus: ⁊ post vltimas duo cāntica, sequunt̄. Post primam ergo nō sequit̄ canticū qz in eo agitur de primo homine qui creatus deum non laudauit sz peccauit: ⁊ in eo oēs peccauerūt: ideoqz potius deberet sequi luctus qꝫ canticus quod est exultatio mentis habita de eternis. Quia vero primus homo per oblectamenta peccati a gloria cecidit: ⁊ ad eā redire possumus si ratione contra peccatum steterimus: iccirco orat sacerdos post lectionez dicens. Deus qui hominem mirabiliter collocasti: ⁊ mirabiliter creasti. et mirabilibus reformasti: da nobis cōtra oblectamenta peccati ratiōe persistere: vt ad eterna gaudia peruenire mereamur. Et in eo etiam qꝫ ipse dicit qui hominem mirabiliter creasti: ⁊ mirabilius reformasti innuit qꝫ in precedenti lectione hist̄orice agitur de hominis creatione ⁊ allegorice de eius redemptione. i. de illo per quem est facta redemptio. In secunda quoqz lectione est hist̄orica narratio: sed ipa pertinet ad secundum pedem mēse: quia quod ibi hist̄orice dicitur allegorice intelligitur. Nam sicut in mari rubro submersis egyptijs liberati sūt hebrei: ita ⁊ in baptismo submersis vicijs ⁊ peccatis liberaī populus dei. Unde post illam lectionem sequitur canticum leticie ⁊ exultationis videlicet Cantemus domie Exo. xv. ca. in quo exultat populus christianus: qui a spiritualibus egyptijs per baptismuz est liberatus: sicut iudei a corporibus: ⁊ ideo sacerdos orat vt dominus salutem gentium operetur in aquis baptismatis ministerium quo ipse priorē populum ab egyptijs liberauit. Per egyptios quidē peccatores per mare rubruz baptismus intelligunt̄ ex qbus egyptijs neqz paruus neqz magn⁹ remāsit: nec etiā in baptismo magnū vl' paruuz peccatū remanet: qđ in penitētia facile nō contingit. Recte igit̄ subijcit̄ canticū illud. Cantemus dño quia licet quādiu homo in peccato est deum laudare non potest: quia non est speciosa laus in ore peccatoris tamen cum liberatus potest cantare dño primum canticuz. s. de liberatione sua. Tertia lectio q̄ est Isa. pertinet ad secundū pedē mense. s. ad allegoriam licz ad tertiuz. s. ad tropologiaz: vtcūqz valeat coaptari. In ea enīz continent̄ sacramenta xp̄i ⁊ ecclesie. Sacramentum xp̄i ibi notatur vbi dicitur Apprehēdent septē mulieres virum vnum. Mulieres septem sunt septem dona spiritus sancti in baptismo collata: que apprehenderūt vnum virū. i. xp̄m vt in eo plene quiescerent: quod in alio homine facere non poterāt vicijs ⁊ peccatis impendientibus. Sequitur ibi panez nostrum comedemus: quod ad ipsum spiritum scm̄. cuius hec dona sunt referī. Nā spm̄ scm̄ panē suū comedere ⁊ vestimētis suis cooperiri: nihil aliud é qꝫ ipz equalitatē patris ⁊ filij possidente nullo indigere. Postea subiungit̄. Tantūmō inuocet̄ nomē tuū sup nos. i. illi in qbus erit habitatio tua a noie tuo christiani dicāt̄. Aufer opprobriū nostrū quod. s. malis hominibus passi sumus a quibus sepe per vicia ⁊ peccata expulsi sumus. Hec é ergo allegoria. Moraliter aūt p septē mulieres intelligunt̄ homines septiformi gratia repleti. s. sapientes: intelligentes: cōsulentes: fortes: scientes: pij: timorem domini habentes: qui apprehendent vnum virum. i. christum ei per fidem ⁊ charitatē adherendo. ibi dicant qꝫ in lectiōe ipsa sequitur. s. Panem nostrum comedemus. i. corpus tuum quod é noster panis: quia nobis ad refectionem datus vestimētis scilicet bonorum operuz contra frigus peccati cooperimur. Inuocetur tantūmodo nomen tuuz super nos: vt videlicet a te christiani dicāt̄. Aufer opprobrium nostrum scilicet ne serui diaboli nominemur: in eo vero quod sequitur. Si abluerit dominus sordes filiarum syon ⁊ lauerit sanguinem hierusalez de domo eius in spiritu iudicij ⁊ spiritu ardoris: notat̄ sacramentum ecclesie. per sordes notat leuiora peccata. per sanguinem graviora. Leuiora enīz peccata luat dominus in spiritu iudicij id est leuioris correctionis: graviora i spiritu ardoris. i. grauioris satisfactionis. Notat igitur in hoc effectum baptismi: quia dominus tam graviora peccata qꝫ leuiora tollit per baptismum. Post hanc lectionem sequitur canticuz qđ est primum canticum synagoge. s. Facta est vinea dilecto meo. Isa. quinto capitulo. Vinea enim ad litteram synagoga est: sepes circa ea sunt observantie legales. turris in ea est templū. torcular altare holocausti: ⁊ in eis sacramenta ecclesie nihilominus intelligūtur. Vinea enim est ecclesia que facta est in cornu illo scilicet de quo scriptuz est. Exit cornu salutis nobis hoc cornu est christus: ⁊ vinea facta est in loco vberi. christus est locus vber. de quo dictum est. Mons dei mons pinguis. Circa hanc vineam sepes est diuina protectio. fossa timor domini. turris est christus de q̄ dictum est Esto nobis domie turris fortitudinis: torcular crux christi. de quo dictum est. Torcular calcaui solus. Et quia in lectione in cantico exprimunt̄ sacramenta ecclesie ⁊ synagoge: iccirco sacerdos orat dicens. Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramentum vtriusqz testamenti paginis instruis: vtriusqz testamenti dicit vtrunqz testamentum: ⁊ subdit: da nobis intelligere misericordiam tuaz vt perceptione presentium munera firma sit expectatio futurorum. Misericordia domini quam nos intelligere optat est remissio peccatorum in baptismo: presentia igitur munera sunt spiritualia dona que in presenti p cepimus. Quarta lectio est. Hec est hereditas seruorum domini: iusticia eorum apud me dicit dominus ⁊ pertinet ad quartum pedem scilicet ad anagogen. Nempe sicut ex predictis patet in prima lectione instruitur homo de sua formatione. in secunda ⁊ in tertia de reformatione que fit in baptismo per Ihesum christum. vnde iaz non restat nisi qꝫ instruatur catheciminus de vita beata ⁊ de bonis moribus per quos. ad eam venitur que in hac quarta lectione docentur Si quidez vita eterna est hereditas que seruis domi

ni debetur: ⁊ iusticia eorum est apud eum. Nam meritis eorum iuste debetur: vt apud eum eternaliter gesceant. Ea vero que sequuntur ad bonos mores pertinent: vt illud. Audite audientes me ⁊ comedetis bonum ⁊ delectabitur in crassitudine anima vestra: per bona intelligit ipsum christum vel verbum eius quo omnia reficiuntur. Unde notans delicias anime nō carnis. dixit Delectabitur in crassitudine anima vestra. Hanc lectionem sequuntur duo cantica in quibusdam ecclesijs. In ea enim agitur de hereditate eterna que erit in duobus idest i gloria anime ⁊ corporis: sed conueniētior est ratio: quia in ea agit de duobus scilicet de bonis moribus ⁊ vita beata vt dictum est. Primum canticum scilicet Attende celum. quod est Deutro. xxxij. ad bonos mores pertinet: vnde verba cantici huiusmodi verbis lectionis in plerisq; respondēt. In lectione igitur dicitur. Feriam vobiscuz pactum sempiternum misericordias dauid fidelis: ⁊ in cantico dicitur. Deus fidelis ⁊ absq; vlla iniquitate: ⁊ ibi dicitur. Quomodo descendit imber ⁊ nix de celo ⁊ illud vltra non reuertitur: sed inebriat terram ⁊ germinare eam facit. hic dicitur quasi imber super herbam: ⁊ nix super fenum ⁊c. Et quia bona opera que facimus sunt ad dei gloriam referenda. iccirco circa finem lectionis dicitur. Date magnificentiā deo vestro. Attendens vero sacerdos cathecuminorum animos esse deuotos: ⁊ ad baptizanduz esse paratos orat q dominus quos aqua baptismatis abluit continue protectione tueatur. Postea sequitur canticum in persona cathecuminorum respondentium se affectare baptismum: vt per hoc ad visionem dei perueniant. Unde cantatur. Sicut cervus desiderat ad fōtes aquarum: ita desiderat ania mea ad te deus. Super quo dicit Augustinus quod hoc i persona cathecuminorum dicitur desiderantium ad fontem baptismi peruenire: sicut cervus desiderat ad fontes aquarum venire post exponit desiderium suuz cathecuminus dicens. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. q. v. ⁊ appa. a fa. domini: quasi dicat: si non in ingressu si non in progressu satiabor in prouentu. Hoc desiderium confirmat sacerdos orans ⁊ dicens: vt ꝺ fideriȷs celestibus accensi fontem vite sitiamus. Qui autem sex lectiones legunt hoc faciunt: quia per christi passionem ⁊ resurrectionem mundus sex diebus perfectus redemptus ⁊ reparatus est: vel propter senarium numerum qui perfectus est: vel quia cathecumini ad sex opera misericordie inuocantur. Nunc tāgamus consuetudinem ecclesiarum duodecim lectiones legentium: quod faciunt in honorem duodecim apostolorum: a quibus post christum omnis doctria christianitatis processit aqua cathecumini illuminantur: ⁊ bi quandoq; legunt sex grece ⁊ sex latine quia christus a iudeis ad gentes translatus est. Greca enim ⁊ latina lingua sunt principaliores inter alias ⁊ per eas aperte totum genus omnium gentium reparatarum per christum intelligimus. Verum ⁊ si p̄miss si legant duodecim lectiones: non tamen cantant nisi quattuor cantica predicta. Post quartam nāq; lectionem cantant primum canticum post octauam secundum. post vndecimam tertium. post duodecimam q̄rtum. Prima lectio est In principio creauit deus celum ⁊ terram. in qua homo ad imaginem dei factus docetur. Sed hec imago pene amissa per peccatum restauratur per baptismum. Unde sequitur secunda lectio. Hoc vero cū esset ⁊c. que est Gene. v. in fine. ⁊. vj. vij. ⁊. viij. capi. in qua ostenditur q̄ omnes perierunt in diluuio: exceptis his qui in archa saluati sunt diluuium est baptismus. archa est ecclesia omnes enī qui extra ecclesiam baptizantur periunt: ⁊ illi soli qui sunt in ecclesia merito saluātur: ⁊ quia post baptismū debet esse paratus ad tentationem: iccirco sequit̄ tertia lectio. Tentauit deus abrahaz: que est Gene. xxij. capi. in qua Isaac legitur a patre oblatus: ⁊ aries p̄ eo immolatus: ⁊ ita filius dei pro nobis oblatus est ꝛ non eius diuinitas: immo eius corpus pro nobis est immolatum. Et quia in passione dñi maiorem efficatiam baptismus recipit: iccirco sequitur quarta lectio scilicet. Factum est in vigilia matutina in qua ostenditur q̄ in mari rubro submersi sunt egyptij ⁊ liberati hebrei. Sacerdos enim est Moyses. baptism⁹ mare: cereus colūna ignis. cathecumini egyptij. baptizati hebrei. Tres prie lectiones sūpte sūt de gene. quarta de exo. quam sequitur canticum similiter de exo. sumptum quod est canticū victorie. Quinta lectio est: hec est hereditas: sumpta de Isa. de qua agitur ꝺ baptismo: ibi Sitientes venite ad aquas. vbi inuitantur ad baptismum. Sexta lectio est Audi israel. sumpta de baruch. capi. iij. sed conuenientius dicitur sumi ꝺ hieremia: quia quicquid scripsit baruch de ore hieremie sumpsit. in ea agitur de christi resurrectione que i baptismi immersione significatur. ibi Post hec in terra visus est ⁊ cum hominibus conuersatus est. Septia est. Facta est super me manus domini: sumpta de eze chiel. xxxvij. capitulo. in qua agitur de generali resurrectione cuius causa precessit resurrectio Christi. ibi Ossa arida reuiuiscunt. Octaua est Apprehendent septem mulieres virum vnuz. sumpta est de Isa. i qua christi ⁊ ecclesie sacramentum exprimitur ⁊ etiam baptismus: ibi Cum abluerit dominus sordes ⁊c. Post quam sequitur canticum Isa. in persona ecclesie: videlicet: vinea facta est Mona est. Dixit dominus ad Moysen. Exo xij. capitulo. in qua sub figura agni i molati christi passio pro nobis immolati exprimitur. Decima est. Factum est verbuz domini que est ione. iij. capi. Sub figura enim ione in mari proiecti ⁊ a cete absorpti ⁊ tertia die euomiti: significantur passio. sepultura: ⁊ resurrectio christi. Undecia scripsit moyses ⁊ est Deutero. xxxj. capi. in fine: quam sequit̄ suū canticū. Attende celuz in quo p̄mittit̄ premia renatis qbus in lectiōe lex domini p̄ponit̄. Duodecia est Nabuchodonosor Bañ. iij. ca. in qua figurate ostenditur q̄ sicut angelus in camino ignis flāmam extinxit: ita spūs scūs per baptismū flammam peccati extinguit. Unde cathecumini baptismū desiderantes cantāt canticū. Sicut ceruꝰ desiderat ad fontes aquarū qꝺ sumptū est de psalmista. Ad orationez aūt q̄ post hanc lectionem sequit̄ non dicit̄ flectamus genua i detestationem eius q̄ nabuchodonosor rex i cōtemptū

dei coegit populum genua flectere ante statuam aurem quam erexerat. Romani vero dicuntur legere viginti quattuor lectiones: duodecim grece & duodecim latine propter causam scriptaz sub sabbato quarte ebdomade aduentus. Primo legunt duodecim grece: iuxta trãslationem septuaginta interpretum que ẽ autentica apud grecos. postea duodeciz latine iuxta nostraz: & vt significent catbecuminos fundari supra fũdamentum apostolorum & prophetarum: postea descendunt ad baptismum cum cantico. Debent enim esse fontes in ecclesia & nõ alibi: quia mater est ex qua noua progenies generatur. Quicũqz ergo numerus fuerit in lectionibus quattuor tantum sunt cantica. Est autem canticum sanctorum intercessio facta pro catbecuminis vt ecclesie iungantur: sicut & cãtus post baptismum est gratiarum actio de comunctis: & intercessio vt perseverent. Ideo autem cantica cantantur quia catbecumini quorum est huius diei officium. futuri sunt in proximo de cetu centum quadragintaquattuor milium cantantium canticum nouum. Cantantur etiam propter futuram renouationem in veram innocentiam quasi iam factum sit quod cito futurum sit. Ex persona enim eorum cantores cantica canunt que ceteri cantare nequeunt: quasi immaculati iteruz post baptismum. Vocentur autem cantica quia cantantur: vel quia libri vnde excerpta sũt cãtica siue carmina vocantur. De primo scriptum est. Hunc cecinit moyses & filij israel carmen hoc domino. de secundo sic. Cantabo sic dilecto meo canticum patruelis mei. de tertio sic: Scripsit Moyses canticuz. de quarto & de omnibus ita dicit Augustinus in prefatione cantici. Sicut cervus. Ideo quattuor cantica dicuntur: quia scripture de quibus catbecumini instruuntur quattuor habent intellectus. Primum canticum habet intellectum historicum. Secundum allegoricũ. Tertium moralem. Quartum anogogicum: quorum vnumquodqz subditur lectioni in codez dogmate cõsistenti: ac ideo vltimis quattuor lectiõibus que de bonis moribus & celesti patria disputant coniunguntur duo cãtica que de eadẽ materia loquunt vt pmissũ ẽ.

¶ Illud quoqz notabile est qz quotcunqz fuerint lectiones semper orationes sequentes ad lectiones: & tractus respiciunt precedentes: & est preposterus ordo. alias enim primo sacerdos orat. secundo legit lector: & exinde succinit cantor. hic vero primo legitur vt neophitis doctrina fidei preponatur. secundo cantatur in persona illorum vt recognoscatur quanta sit deuotio & bilaritas baptizandorum: qua cognita sacerdos orat confidenter: vt eorum deuotio non deficiat: sed incremẽta suscipiat: & sicut in lectiõibus tituli supprimuntur: sic eadem ratione orationibus dominus vobiscum subtrabitur. ¶ Et nota qz in hoc officio lectiones sunt quasi spes magistrorum cantica quasi beniuolentia auditorum. Oratio sacerdotis & responsio populi scilicet amen. sunt quasi confirmationes beniuolentie precedentis. Item hodie in lectionibus & letanijs senes precedunt & iuuenes subsequuntur: vt infra dicetur.

¶ De benedictione baptismi seu fontium vbi etiaz agitur de cereis catbecuminorum. ¶ Rubrica.

Quarto loco de benedictione fõtium seu baptismi dicturi premittimus. Ideo enim fit hac die baptismus: quia in eo consepulti sumꝰ christo: & propter hoc baptizandus ter immergitur prout infra dicetur. Secundo ideo quia baptismus partim a passione & partim a resurrectione vim suam accipit a passione ablutionem a peccatis. a surrectione gratie innouationem. Tertio quia sicut dominus tunc liberauit antiquos patres a carcere infernali. vnde Isa. Habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. ita & hac die liberantur a peccato originali. ¶ In fontium benedictione & in catbecuminorum immersione: quidam vtuntur simplicibus & lineis indumentis: propter rationem scriptam in prima parte sub titu. de altaris dedicatione. De letania que in benedictione baptismi dicitur infra dicetur. ¶ In benedictione baptismi sunt sex: quoniam sacerdos orat: aquam manu tangit: vocem mutat: cereus immergitur: & alij cerei illuminantur: insufflat sacerdos: & crisma miscet. Primo ergo orat deum patrem vt per Jesum christum implorat spiritum sanctum vt in fontes descendat. ideoqz in modũ orationis legit: sed ante omnia ab astantibus sibi captat beniuolentiam salutando eos dicens. Dominus vobiscum: & illi respondent & cum spiritu tuo: quasi diceret: dominus sit tecum in tanto sacramento perficiendo: quia sine eo nihil potes. post sacerdos alloquitur dominum: quasi longe posituz rogans vt velit adesse presens dicens. Omnipotens sempiterne deus adesto magne pietatis tue mysterijs. adesto sacramentis & cetera. Sed quia videtur sacerdoti qꝰ insufficiẽs sit & indignus ad inuocandum tam magnum dominum. ideo iterum circunstantes monet & vocem mutans dicit. Sursum corda. & ipsi respondent: habemus ad dominum. Iterum: quia dominus dicit adhuc te loquente ecce assum. intelligens iam dominuz esse presentem monet alios secum gratias ei agere dicens. Gratias agamus domino deo nostro: & ipsi respondent dignum & iustum est. postea sacerdos domino tanquam presenti familiariter loquens dicit. Vere dignum & iustum est equum & salutare & cetera. & postea addit. Qui inuisibili potentia tua sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum & cetera. Postea ponit duo in quibus significatum est baptismum. Primum in exordio mundi nascentis. Secundum in purgatione mundi innocentis. Primum est cum dicit. Deus cuius spiritus ferebatur super aquas: vt iam tunc inter ipsa primordia mundi virtutem sanctificationis aquarum natura conciperet. id est ex conceptura magnificetur. Secundum cum sub

inngit. Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione signasti: vt vnius eiusdēq; elementi mysterio & finis essz vitijs & origo virtutibus: respice in faciem ecclesie tue &c. & terminat hanc orationem vt tue maiestatis imperio sumat vnigeniti tui gratiam de spiritu sancto. Deinde ter tangit aquam manu. Primo dividens aquam in modum crucis. per quaz vt premissū est baptismus maximā efficatiaz recipit: vt aqua spū sancto fecundetur: & spiritus immundus expellatur. De fecundatione spiritus dicit. Qui hanc aquam regenerandis hominibus preparatam archana sui luminis admixtione fecundet &c. De expulsione demonis dicit. Procul ergo iubente te domine omnis spiritus immundus abscedat &c. vsqz ibi. Nō inficiendo corrumpat. Secundo aquam manu tangit: vt eaz per inuocationem sancte trinitatis muniat: ne hostis ab illa expulsus redeundi habeat potestatem. Unde tāgendo dicit. Sit hec innocens & sancta creatura libera ab omni impugnationis incursu &c. quod ex adiectiuis ibi positis conuincitur: quia fons viuus ad patrem: aqua regenerans ad filiuz vnda purificans ad spiritum sanctum refertur. Tertio aquam tangit: cuz eam in quattuor projcit partes: vt iam dicetur. Trinus igitur aque tactus: trinam sancte trinitatis operationez figurat. Hac oratione finita benedicit aquā dicens. Unde benedico te creaturam aque per deuz viuum &c. vbi tantum vtitur verbo prime persone. dicens: benedico te qui primo vtebatur verbo secūde dirigens sermonem ad deum. vel tertie loquens de ipo vel de re benedicenda. vtitur ergo nunc verbo prime persone vt ostendat se hoc facere ministerio quod dominus facit auctoritate: & sicut in baptismo domini affuit trinitas: ita & in nostro baptismo tria adesse ostēdit: patrem adesse ostendit cum dic. Benedico te creatura per deum &c. & filium dicit: Benedico per iesuz christum & spiritum sanctum circa finē cum dicit: Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus spiritus sancti. ¶ Sed nota q in benedictiōe que est per patrem ponuntur quinqz miracula in aqua facta ante aduentum christi: & in benedictione que fit per filium alia quinqz miracula: in aqua facta post aduentuz q̄ licet non omnino eodem ordine facta sint quo ponuntur. tamen quantum ad mysterium rationabiliter ordinantur: & posteriora congrue prioribus coaptātur. Priora hoc ordine ponuntur. primo qui te seperauit verbo ab arida: secūdo cuius spiritus. s. ferebatur sup te. tertio qui te de paradiso manare precepit: quarto qui te in deserto amaram suauitatez nitida fecit eē potabilem. quinto & sitienti p̄ opulo de petra produxit Posteriora sic ponūtur. Primo qui te in cana galilee mutauit de aqua in vinum. Secundo qui pedibus super te ambulauit. Tertio qui in te a Joanne baptizatus est. Quarto qui te vna cum sāguine de latere suo produxit. Quinto qui in te omnes gentes a discipulis baptizare precepit. In omnibus enim his baptismus exprimitur: & posteriora prioribus per anthitosim respondent. Ibi nanqz in primo miraculo aqua scilicet baptismi verbo seperato ab arida accedēte verbo ter renitatem peccatorum a nobis separat: & hoc in p̄mo. Similiter in baptismo aqua mutatur in vinum: quia tristicia peccatorum expulsa mens nostra quadaz spirituali leticia inebriatur que per vinum intelligitur: vnde vinum letificat cor hominis. Aquam in vinum mutari est timorem de peccatis conuerti in exultationem mentis. Item ibi dicitur. in secundo miraculo cuius spiritus ferebatur super aquas & hic similiter in secundo dicitur qui pedibus super te ambulauit: & hec duo bene conueniunt: quia in baptismo sicut in alijs indiuisibilis est operatio patris & filij & spiritus sācti. & vtrobiqz dicitur super: quia gratia que confertur de supernis est: & vt notetur q̄ dominus potentiam suaz non alligauit. Item ibi dicitur in tertio qui te de paradiso &c. hic qui in te a Joanne baptizatus est: q̄ gratia de paradiso manans aquis in baptismo est infusa vnde de baptismi gratia ecclesia perfluens in quattuor partes orbis dilatata est q̄ quodammodo factum est quando dominus baptizatus est a Joanne. quia tunc omnes aque vim regenerativam susceperunt. Rursus ibi dicitur in quarto: qui te in deserto amarā suauitate nitida fecit potabilem. hic dicitur qui te vna cum sanguine de latere suo produxit: quia in gentilitate que prius erat a domino deserta: aqua baptismi reficiendi mentes & sanandi habet effectum. Dulcorata autem fuit aqua: quia per passionem crucis maxime baptismus plenam recepit efficatiaz. vnde & cruce de latere domini aqua profluxit. Item etiam ibi in quinto dicitur & sitienti populo de petra produxit: hic vero dicitur qui in te omnes gētes per discipulos baptizare precepit: quia baptismus a petro christo originem habens. populum eum desiderantez reficit. Nō enim prodest baptismus nisi sitienti cum ideſt desideranti vel in se vel in alio. Unde discipulis preceptum est vt baptizarent omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti: sicut in vltimo Math. dicitur. ¶ Hic est notandum q̄ ibi dicitur: qui te de paradiso manare & in quattuor fluminibus exire & totam terram rigare precepit. ibi sacerdos aquam manu i quattuor partes effundit: vt ostendatur q̄ gratia baptismi in quattuor partes orbis sit dilatata. Ceterum sacerdos ipse sepe vocem mutat. In primis enim orat deū vt dignetur mundare mentem eius ad suscipiēduz spiritum sanctum & deprecatur eius aduentum: & ideo voce humili. s. in moduz orationis legit: que vocis humiliatio est ad spiritus sancti aduentum: & ad eius dignam receptionem mentis preparatio. Postea vero indicans se illum habere legittime in modum prefationis agens gratias quia tam magnus hospes dignatus est ad tam humile hospitium descendere: & recolens miracula iam per aquam facta. Deinde post benedictionem que fit per filium que terminatur in nomine patris & filij & spiritus sancti. mutat vocem iterato. Cum enim vsqz tunc in modum prefationis cātauerit. postea legit in modū lectionis voce. s. humiliori: q̄ vocis humiliatio ē signū humilitatis. hūilitas. n. nr̄a p̄ baptismi regenerationē ad alta poloz reddit.

Dicit ergo sacerdos hec nobis p̄cepta seruantib⁹ ⁊c. quasi diceret nō auderem tantā ⁊ tam altā rem. s. spūm sanctum: vt in creaturā aque descendat inuocare: nisi q⁊ tu precepisti nobis baptisma exercere. Et addit sacerdos. Tu deus oīpotens clemens adesto tu benignus aspira ⁊c. vbi illud ozat: vt sicut in predictis miraculose in aqua operatus est ita modo faciat: videlicet vt preter naturalem emundationem quē p̄stat aque adhibere corporibus: sunt etiā purificandis mentib⁹ efficaces. Post hoc alta voce clamat sacerdos. Descē dat in hanc plenitudinē fontis virtus spiritus tui: iō alta voce vt altum mentis desiderium designet: ⁊ tūc deponitur cereus in aquā: q̄ cerei īmersio est spūs sācti aduētus seu missio. que in aqua baptismi in specie columbe descendit. Secundo ideo cereus in aquā deponitur: qm̄ corpus xp̄i per ceram significatur in baptismo aquas sanctificauit ⁊ vim regeneratiuaz illis cōtulit. Tertio baptismus cerei remissionem peccatorum significat: quā per xp̄i mortem consecuti sumus. Habent quoq⁊ neophiti cereos suos extinctos: qui ⁊ si plures sint pro vno reputant. Et in quibusdā ecclesijs statim cū cathecumini baptizati sunt illuminātur. In q̄busdam vero differtur eoz illuminatio vsq⁊ ad agnus dei: qō cantat in letania: ⁊ in quibusdaz etiam vsq⁊ ad missaz: qm̄ videlicet alij cerei ecclesie illuminātur. Sane cerei q statim post baptismū accendunt: significant q̄ p turbationem peccatoz comitat illuminatio gratiaz. Qui differūt vsq⁊ ad agnus dei: significat q̄ per agnum q tollit peccata ⁊ tenebras mundi renati ⁊ fideles illuminantur. Qui vero differunt vsq⁊ ad missā: ideo faciūt: q⁊ missa illa ad noctē ptinet resurrectiōis dñice: vt sicut nox illa irradiata fuit splēdore dñice resurrectionis: ita ⁊ a lumine nostro irradietur: ⁊ vt neophitos nostros xp̄s cōsurrexisse significemus. Et ꝓpter eandez causā alij cerei ecclesie ad missam illuminant. ⁊ p̄m hoc cerei cathecuminoz sunt sine lumine vsq⁊ dū alij cerei ecclesie iluminētur: ad notandū q̄ postq̄ spūs sanctus purgauerit coꝛda eoz eos ⁊ introduxerit ī societatē ⁊ vnitatē ecclesie tūc illuminabit coꝛda eoꝛum. De cereis etiā neophitoruz dicetur in titulo de septem diebus post pascha. Post īmersionem cerei in quibusdam ecclesijs sacerdos insufflat in aquam dicens. Que totam huius aque substantiam regenerandi fecūdet effectu. Primo vt sicut in exoꝛcismo cathecumini spiritus īmundus insufflatur: vt ab homine recedat: vt infra dicetur: ita ⁊ in exoꝛcismo aque vt ab ea expellatur: ⁊ adipleatur qō dominus inquit. Nunc principes mundi huius eijcient foras. Secundo vt intelligat sathanas quātus habeatur q̄ tam leuiter: vz per suauem exsufflationem pōt expelli. Tertio vt sacerdos ostendat quasi ignominia dyabolus dignus sit ab aquis expelli. Insufflat autez sacerdos ter: q⁊ spūs sanctus tria in baptismo operatur: a vitijs purgat: virtutibus oꝛnat: ⁊ tandem p̄mio eterne coꝛonat eos: in quibus fit hec insufflatio: vt dicetur vbi de īmundi spūs expulsione agetur. Post exsufflationem munitur aqua iterato crucis signaculo per inuocationem sancte trinitatis ne habeat potestatem dyabolus ad eam amplius redeundi. Postremo fit admixtio crismatis in aquā: sicut dictum est. vnde dicitur in burcardo. li. iij. Benedicimus fōtes baptismatis oleo vnctionis. ⁊ Augustinus eisdē verbis vtēs subijcit q̄ hoc magis tacite siue sine scriptura ac mystica ratione introductū est q̄ per aliquā scripturaz. Per huiusmodi ergo admixtionē vnio xp̄i ⁊ ecclesie significat. Nā crisma est xp̄s: aqua pplus: ⁊ dicit sācificetur fons iste. ex quib⁹ verbis ad qd fiat admixtio satis datur intelligi. ¶ Et nota quattuoꝛ esse genera sacre aque benedicte: ꝑut in quarta parte dictū est. vbi agitur de aque benedicte aspersione.

¶ De baptismo vbi etiā agit de vestibus quas neophiti quarto die deponunt: ⁊ de patrinis. Rubrica.

Quinto loco est de baptismo dicendum. De scrutinijs vero que precedunt baptismum solēnem ⁊ de multis ad baptismuz pertinentibus dictuz est sub quarta feria tertie ebdomade quadragesime. ¶ Primo notāduz est q̄ baptismus grece interpretatur vnctio latine vel lotio. baptismus quidem per aquam confertur: vt res inuisibilis per illud visibile elementum conferatur. super quo spiritus sanctus in principio ferebatur. Sicut enim aqua coꝛpus visibiliter purgat exterius ita baptismus latenter animam. vnde Augustinus. i. q. i. de trahe. Aqua coꝛpus tangit ⁊ mentem abluit. ¶ Et ē notandum q̄ pagani siue gentiles circa fontes templa sua facere solebant: vel saltem ibi semper aquam habebant per cuius aspersionem purificari credebāt ⁊ inde delubra vocabātur: quasi purificantia. ⁊ ita q̄ quodāmodo figuraliter ad baptismum tendebant. Nos vero ab eodem consuetudinem baptismi non sumpsimus: imo a tribus que in veteri testamento fuerunt. s. a cathaclismo idest diluuio. ⁊ a mari rubro. ⁊ a fozdane que baptismi figura fuerunt. Baptisma dominus instituit cum de latere suo sanguinem ⁊ aquaz produxit: quem post ea quasi lege edictali sanxiuit dicens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sācto: nō intrabit in regnum celoꝛum: ⁊ ipse dominus baptizatus est in sua passione. Unde inquit baptismo habeo baptizari quo coarto⁹ vsq⁊ dum perficiatur. Fieri debet baptismus in aqua: quia illa copiosius īuenitur: ⁊ hanc spiritus in principio legitur fouisse: ⁊ quia sozdes abluit: sitim comprimit: imaginez reddit sicut cantatur de narcisso: ignem extinguit: sic in baptismo a peccatoꝛum sozde lauamur: a fonte vite potamur imaginem perditam restauramus. vnde ignis penarum extinguitur. Debet autem aqua esse viua ⁊ pura. posset tamen fieri etiam in re soluta siue a nive siue a glacie siue a lachrymis terre: siue etiam ex institutione victoris pape: idest in mari siue in flumine siue in lacu siue in fontibus. Non autem licet baptizari in aqua condita: vt in ceruisia vel medone: nec etiaz in aliquo liquoꝛe. vt in vino vel oleo: sed si aliquis liquoꝛ aque admisceatur bene fit baptismus. dum tamen aqua prevaleat. Quotidie enim mari nouus liquoꝛ vel sputum vel vrina additur: ⁊ tñ ibi baptizat.

aliqui tamen contradicũt. hoc notatur de cõ. di. iiij. c. i. & i. q. i. de trahe. Porro ꝺm canonicã traditionem: de conse. di. iiij. duo. & c. se. Solẽne baptisma in duobus dũtaxat sabbatis celebratur: vz in isto & pẽthecostes Quare in isto premissum est. in secundo q̃ spũs scũs in die penthecostes donatur nobis per quem facta ẽ remissio peccatorum: vt dicetur ibi. Alio vero tẽpore non licet baptizare nisi necessitatis causa que est quadruplex. de con. di. iiij. hi qui. & ca. se. Prima est causa munitionis: vt si rex obsidet aliquam ciuitatẽ vel oppidum. tunc enim pueri illius loci baptizari debent ne imbaptizati decedant. Secunda est gentilium persecutio. Tertia naufragium. Quarta egritudo. Potest tamen egritudo hic large accipi pro infirmitate nature: que facile dissolui potest: ita q̃ nescimus diez neq̃ horam. & ob hanc causã singulis diebus & horis fit baptismus non solẽnis. v. dist. baptizari. Solennitas tñ baptismi saltem in paucis ad premissos duos dies p̃ pter similitudinem & memoriam reseruatur. Greci vero baptismum celebrare solent in epiphania: pro eo q̃ tunc fuit dominus baptizatus: prout sub ipso festo dictũ ẽ. Celebrari etiam debet baptismus solẽnis hora nona: vt dicetur sub sabbato pẽthecostes. ¶ Sciendum autem est q̃ baptizandus cum primo ad ecclesiam venit priusq̃ immergatur interrogatur vtrum abrenunciet ꝺyabolo & ẽ. quod potius p̃ vsum q̃ per aliquam scripturam introductum est ꝺm Augustinũ & ecclesia ñdet abrenuncio. Et iterũ vtrum credat in patrem & filium & spũm scũm: & ipsa respondet credo In his aũt diebus de vita & fide istruitur. De vita cũ docetur abrenunciare ꝺyabolo & omnibus pompis siue operibus eius. De fide cum docetur credere i trinitatem: & propter hoc due sunt ei consequẽter vnctiones. s. in scapulis & in pectore. Ideo autẽ fit huiusmodi interrogatio & responsio: vt vacua domus a priseo habitatore deserta. fide ornetur. & dei habitatio prepararetur. Augustinus dicit q̃ etiaz hec fiant iuxta saluatoris imperium qui ad patrem in celum ascensurus discipulis suis. i. apostolis dixit. Euntes docete omẽs gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Interrogatur etiam si credit in sanctam ecclesiam: remissionem peccatorum: & carnis resurrectionem. Non tamen ꝺm ipsum Augustinum eodez modo interrogamus: vt quomodo in deum credim⁹ sic & in sanctam ecclesiam catholicam credamus: sed propterea sancta & catholica est: quia recte creditur i deum. Non ergo diximus vt in ecclesiam quasi in deum crederitis: sed vt in ecclesia sancta & catholica cõuersantes in deum credentes & credetis etiam resurrectionem carnis que futura est. Innuit ergo Augustinus ex premissis verbis q̃ prepositio in. repetitur dum dicitur in sanctam ecclesiaz: & sensus mutatur. ꝺ quo dictum est sub quarta parte sub ti. de symbolo.

Planior tamẽ intellectus est vt prepositio ista pretermittatur nec repetatur: vt sit sensus. Credo ecclesiaz sanctam catholicam. i. fidem catholicam tenentẽ esse sanctam. i. iustam & bonam. Vel ecclesiam sanctaz. i. sanctificatam & firmatam & semper perseueraturam ita q̃ nunq̃ deficiet. Vel credo sanctam & catholicaz ecclesiam esse vnam & in vnitate consistere. Patrinus autem pro baptizando interrogatur: vt iam dicetur. Post interrogationem & responsionem sacerdos ter i faciem baptizandi exsufflat: ad notandum q̃ seua potestas. i. malignus spiritus ab eo exsufflatur. i. exsufflando expellitur seu in primo expellenda significat̃ vt per pium sacerdotis mysterium spiritui sancto cedat fugiẽs spiritus malignus. Hinc autem ait Augustinus: ergo paruuli exsufflantur & exorcizantur. i. increpantur seu adiurantur: vt expellatur ab eis ꝺyaboli potestas inimica que decipit hominez vt possideat homines. Hec autem exsufflatio siue exorcizatio: & si non prosit aliquid ad vitam: quia adhuc in eis mors manet: prodest tamen vt inimicus minus ei nocere possit. Adest enim spiritus sanctus non solum verbis que dicuntur in nomine suo: verum etiam significationibus que fiunt in honore suo. ¶ Et est notanduz q̃ exorcismus grece: latine dicitur adiuratio: vt est illud. Exi ab eo immunde spiritus. Cathecismus autẽ & exorcismus neophitorum sunt: precedunt enim baptismum & magis debent dici sacramentalia q̃ sacramenta. i. ad sacramentum baptismi pertinentia vel p̃ludia noui baptismi: sine eis tamen potest esse baptismus. Cathecismus vero grece latine dicitur instructio. inde cathetizare. i. instruere in symbolo & fidei rudimentis. Inde etiaz dicitur cathecuminus grece qꝺ est latine audiens vel istructus: quia adhuc doctrinã fidei audit. nondum tamen baptizatus est licet sit in fide instructus. Qui & competens vocatur ea. di. symbolum. xxxiij. di. audire palea est. quia post fidei instructionem: & post acceptam penitentiam competit gratie christi recipiendum. Neophitus vero grece: latine nouellus & rudis vel nuper renatus interpretatur. ¶ Hoc quoq̃ sciendum est q̃ sicut sunt septem dona spiritus sancti: ita etiam sunt septem dona baptismi. xxx. q. i. ca. Primum est salis collatio. Datur enim ꝺm Rabanum & Bedam de conse. di. iiij. ex hinc. & c. se. sal benedictum: in os baptizandi: vt per sal typicuz ideſt figuratiuum sapientie sale conditus iniquitatis fetore careat. i. carere significetur ne a vermibus peccatorum vltra putrescat: sed magis illesus seruetur ad maiorem graciam percipiendam. Sal quoq̃ significat prima fidei documenta sine quorum condimento insulsus est omnis homo. De quo & de sale dictum est in prima parte sub ti. de cõsecra. altaris & ecclesie. Secundum est aurium & narium cuz sputo linitio: quod fit primo exemplo christi qui lutum cum sputo faciẽs mutum & surdum sanauit: & oculos ceci nati liniuit: & expuens linguam eius tetigit & digitos in eius auribus imponens. dixit effeta quod est aperire. xxiij. q. iij. §. his ita. Secunda secundum Rabanum. e. di. ãte baptismum. & c. postea tãgunt. & c. i. & ca. propter. hoc sacramentum ideo agitur: vt per salium typicam. i. figuratiuum sapientie domini: & per sacerdotis tactũ sapientia & virtus diuina salutem eiusdem cathecumini operet̃: vt aperiantur ei nares ad capiendũ odorẽ noticie dei: vt aperiant̃ ei aures ad audiendũ mãdata dei: vt apiant̃ ei sẽsus in ultimo corde ad rñdendũ sacerdoti de articulis fidei interrogãti. Digiti ergo q̃ in

aures mittũtur sunt verba siue dona spũs sãcti. Tertio per hoc q̃ aures saliua tangunt̃ significat̃ & petit̃ q̃ doctrina que ō ore altissimi fluxit per aures eius i trer: eiq; suaue redoleat: saliua nempe xp̃i. i. dulcedo verboꝝ ex ore eius defluẽtiũ & ipsa xp̃i diuinitas nos sanat. Quarto etiã nares tangunt̃: vt diuinã suscipiant virtutẽ: per quã bonum a malo discernant: odorẽ & sanã doctrinã separare valeãt a fetore heretice prauitatis. Vñ i ecclesiastico dicit̃. Nasus tuus sicut turris libani q̃ respicit cõtra damascũ. Quinto ad notandũ q̃ q̃diu sputũ naribus trahet i fidei perceptа manere debet: & vt aures verbis euangelicis pateãt & varias & inutiles fabulas a se repellant. Sexto ẜm Ambrosiuz. ca. di. ꝓpter. ꝓpter gloriam siue dignitatẽ muneris & operis nõ tangit̃ os cũ saliua sed nares: vt bonum odorem accipiant pietatis eterne. Tertiũ & quartum est in pectore & iter scapulas cũ oleo facta signatio: de quibus dictũ est in prima parte sub ti. de consecrationibus. Quintũ est baptismi absolutio. e. di. venit. ¶ Circa quod notanduz q̃ trina fit imersio seu lotio in baptismo in noĩe trinitatis. i. in noĩe patris & filij & spũs sancti. e. di. postq̃. & c. de trina. & c. sequẽti. q̃ in fide trinitatis fit baptismus: in qua trina ũmersione triduana dñi sepultura significatur. fuit enim tribus diebus & tribus noctibus in corde terre. Trina quoq; fit imersio: q̃ in baptismo a triplici peccato. s. cogitationis: locutionis & operationis mundamur: & e triplici trãsgressione legis. s. legis nature: legis mosayce: & legis euangelice. Non igitur dz quis tantum semel immergi: ꝓ eo q̃ xp̃s semel moxuus est. e. di. ꝑoyter. debet tñ semel baptizari tantum: q̃ semel tñ xp̃s moxuus est & sepultus: & resurrexit: que tria i baptismo significant̃. Et licet trina fit immersio: tamen vnum est baptisma. e. di. eodem. Itez quia tantũ vna est fides: iccirco vnum debet esse sacramentũ eius iuxta illud: Una fides vnum baptisma. Immersio etiaz fit in modum crucis: q̃ qui baptizatur mundo crucifigitur & cruce xp̃i affigitur: Tria quoq; ab aqua eductio: triduani temporis exprimit resurrectionem. Si autem quis ita eger sit vt non possit ter sine lesione i mergi. sufficit illum aqua aspergi: vt probatur multipliciter in canone Cypriani. e. di. ne quicq̃. licet quidam illud intelligant de aque benedicte aspersione: & si magna corporis pars preter caput infunditur vel saltem caput baptizatus quis reputatur & non aliter. licet quidam etiam si super pedem aqua ceciderit reputent baptizatum. ¶ Pueris baptizatis nomẽ imponitur in baptismo quod inde est: quia baptismus ẽ vicarius circuncisionis: in qua nomina pueris impo nunt hebrei eo q̃ tempore circuncisionis abrahe nomen fuerit immutatum. cum eniz prius dicebat̃ abrã postea vocatus fuit abraham. Sed si baptizato oblitione nomen non imponitur: vel forte errore masculi nomen femine vel econuerso imponitur. tenet quidem baptismus nec iterabitur. xxix. q. i. ¶. i. ff. de contra. emp. in venditionibus. C. de testa. si in nomine & nomen in confirmatione frontis denuo imponetur: extra de sacra. non ite. ca. i. Sextum est in vertice. i. in sũmitate capitis super cerebrum cum crismate facta perunctio: de quo in prima parte sub ti. de cõsecrationibus dictum est. Septimum est in fronte crismatio: de qua infra dicetur. ¶ Datur autem in quibusdaz locis baptizatis candida vestis in signum sacerdotij & quedam rotunda mixta in signum corone regni vite: q̃ ipse est membrũ xp̃i qui est rex & sacerdos. Omnes enim vere xp̃iani reges & sacerdotes dicũtur. vñ Petrus apostolus ait. Vos estis genus electuz regale sacerdotium: reges q̃ seipsos & alios regunt sacerdotes: q̃ seipsos domino offerunt. Juxta illud apl̃i. Obsecro vos per misericordiaz dei vt exhibeatis corpora vestra &c. Secundo crismale seu vestis cãdida que super caput baptizati ponitur significat ẜm Rabanum. e. di. post baptismum. & c. se. interioris & exterioris hominis castitatem & innocentiam & puritatez christianam quam post ablatas veteres maculas studiose seruare debet. Juxta illud. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Tertio renati albis induunt̃ vestibus ad designandum mysterium ecclesie & resurgentis. Designatur enim per hoc corporum & animarum futura resurrectio gloriosa: & etiam resurrectio a peccatis atq; angelicus nitor. Recte igitur baptizati albis vtuntur vestibus: & quorum prime natiuitatis faciem vetusti erroris pannus fuscauit. habitus secũ de regenerationis preferat glorie indumentum. Unde vestis ipsa duplex est quasi in modum cappe manicate: quia sancti duplicia. s. beatitudinem & gloriaz possidebunt. Ipse autem vestes sunt stole albe: de q̃bus dicitur. Et date sunt illis singule stole albe. Stole enim baptismum palme vero triumphum insinuant. Quarto hec alba vestis corpus. ipe vero albatus animam significat. In prouincia narboñ. hec alba vestis linea in summitate cuz filo rubeo supersuitur: aut alia varietate insignitur: quandam quodammodo pretendens coronam. Nempe alba vestis innocentie stolã que nobis in baptismo redditur significat rubea fimbria que supersuitur christi passionem per quam baptismi sacramentum impletur designat. Coronã pretendit in signuz corone regni vt premissũ est. ¶ Rursus ideo crismale candidum filo rubeo insignitum baptizatis datur vt sint solliciti seruare candorem virtutum quam in baptismo per passionem domini rubricatum receperunt. Juxta illud. Quare rubruz est vestimentum tuum. vnde in Apo. Beatus est qui custodit vestimẽta sua ne nudus ambulet. Sane albati seu neophiti huiusmodi albam vestẽ per septem dies portant: quia hoc tempore quod septem diebus agitur innocentiam per bona opera exercere oportet: iuxta illud quod ait Salomon. Omni tempore vestimenta tua candida sint: & oleum de capite tuo non deficiat. In octaua vero die illam deponunt: quia in octaua etate quam dies octaua significat ab omni opere vite presentis cessabimus. Tunc enim aduenientе verita te omnis figura cessabit que per candidam vestem innuitur. nam tunc erimus vtroq; hoie. i. aia & corpore glorioſi. Rursus hec vestis candida corpus significat q̃ omni tempore vite nostre quod per septenariũ agitur mundum seruare conuenit. In fine vero vite nr̃e illud deponimus aliud glorioſũ resũpturi: quod erit.

N.

octaua etate. Merito ergo illaz septem diebus seruamus ⁊ in octaua deponimus. vñ Salomon. Da partem septenam ⁊ octauam. Seruatur quoqz hec alba vestis de sabbato in sabbatuz: quãdo in sancto sabbato vel penthecosten baptizati sunt ad notandum q̃ si munditiam corporis seruauerimus de sabbato pectoris transituri sumus depositis corporibus ad sabbatum eternitatis. Et exuitur in alio sabbato ad notandũ q̃ anima illius de corpore exiens sabbatum: idest requiem ueniet. si eius vestis fuerit alba. Pari quoqz rõne confirmati siue in fronte crismati vsqz ad septimam diẽ lauari non debent. Cũ enim ecclesia tãto tẽpore celebret aduentuz spũs sancti sup̃ apl̃os: merito vnusqsqz spũm sanctũ accipiens tanto tẽpore celebrare dz illius aduentuz in se singulos dies p̃ singulis donis celebrando. Hec aũt vestis vni iposita alteri põt iponi si necesse fuerit: put iam de pãno quo caput confirmati alligatur dicẽ: q̃nis melius sit nouã habere In quibusdã etiã locis baptizatis dant̃ calciamenta que sunt dñice mortis insignita vt exẽplo eius q̃ p̃ nobis passus ⁊ mortuus est. carnẽ suã vitijs ⁊ cõcupiscẽtijs mortificet baptizatus. Datur quoqz candela illuminata in manu baptizati: vt cum dñs ad nuptias venerit sit semper paratus ei in aula celesti occurrere cũ luminarijs virtutum: ⁊ bonoz operum. De cereis etiam neophitorum supra dictũ est. ¶ Sane legitur in canone Grego. ea. di. neqz absit q̃ iudeis baptizãdis quadraginta dierũ abstinentia indicenda est: ⁊ si post q̃ baptizati sunt apostauerint cogendi sunt fidez seruare: ⁊ filij quos circũciderunt ab eorum consortio separentur: serui eoruz circuncisi ab eis pro iniuria corporis sui libertati tradãt. e. di. plerisqz. ⁊ extra ò bap. maiores. Et in concilio agathẽsi. ea. di. iudei. statutuz est q̃ iudei baptizandi qui de facili ad vomitum redeunt: nouem menses sint prius inter catheczumenos.

costen vocaī quinquagesima q; cōtinet quinquaginta dies p qō tempus iubilei significatur: vt dicet sub pēthe. Duas enī quadragesimas celebramus cui numero addit decimus numerus ⁊ fit quinquagenarius primam ante pascha in qua labores miserie huius tēporis significant. vñ tunc ieiunamus ⁊ cantica leticie subticemus. Secundā post pascha que significat statum eterne felicitatis: ⁊ in ea tēpus glorie nostre: post hanc vitam representamus. tunc enī ab omni labore quiescemus: ⁊ in dei laude erimus quare tunc cātica leticie multiplicamus: ⁊ ianua penitentibus aperitur q; nullius peccati improperium erit. totum enī erit absortum a gloria prout in collecta huius diei habetur: vt dictum est in prohemio huius partis. Nec ieiunamus nec genua flectamus: imo stantes oramus. tum q; non erit pro quo flectātur: sed domus dei gloria replebitur. tum etiam vt libertatem quam nobis dñs resurgendo acquisiuit profiteamur: tum q; mulieres ad monumentum venientes nō flexerunt genua sed erecte inspexerunt in sepulchrum: sicut dicit Ambrosius in fine Luce. tum q; p̄m eum in his quinquaginta diebus quibus dominus nobiscum fuit gaudendum est ⁊ iugis festiuitatis est in eis tanq; si dies dominica. lxxv. di. scire. tum etiam q; hoc tempus paschale significat octauaz resurrectionis in qua nec ieiunabitur nec genua flectentur: sed perfectum gaudiuz omnibus erit. In festiuitatibus etiam beate Marie ⁊ diebus dominicis ⁊ festiuis ⁊ in diebus pēthecos. nisi in presentia corporis ⁊ sanguinis christi genua flectenda non sunt de hoc in .v. parte sub ti. de prima dictum est: ⁊ sub sabbato post penthe. dicetur. Genua enim in ecclesia flectere cordis contritionem significat. Et est notanduz q; in genuflexionibus vtenduz est oratione dominica vel oratione quam scripsit August. seu approbauit. s. Deus propitius esto mihi peccatori vel peccatrici: vl illa quam quidem sanctus heremita composuit ⁊ docuit thaydem meretricem docens illam quottidie genuflectere ⁊ in terram discumbere oculos sursum nō attollere ⁊ dicere. Qui me plasmasti miserere mei deus. Ceterum festiuitas paschalis ebdomadaria est: prout in ti. se. dicetur. In paschali septimana salutare nos adinuicem hoc modo debemus. s. resurrexit dñs ⁊ saluratus debet respondere deo gratias: vel ⁊ apparuit Simoni. ⁊ postea debemus dare osculum adinuicem in signum pacis ⁊ charitatis vsus tamen hoc nō habet. Romanus tamen pontifex hac die missam celebraturus cardinales prelatos. notarios ⁊ familiares suos hoc modo salutat ⁊ osculatur. ⁊ etiā omnes premissi se inuicem hoc modo salutant ⁊ osculantur. Salutans enim dicit. Surrexit dominus vere: salutatus ⁊ osculatus rñdet. Et apparuit simoni.

SEquitur videre de diurno officio huius diei. Incipit autem ecclesia inuitatorium alleluia. Surrexit dñs vere ⁊ ē q; nti toni propter quinq; apparitiones dñi in illa die que dicta sunt in quarta parte sub ti. ō salutatiōe ad populum vel propter quinq; sensuz reparationem que fit per resurrectionem. In quibusdā tamen ecclesijs dicitur inuitatorium cum triplici alla ⁊ septimi toni: ppter quietem que datur in resurrectione. Apoc. xiiij. ammodo iam dicit spūs vt requescant a laboribus suis: ⁊ indigemus inuitatorio: q; vie syon lugent: eo q; non sunt qui veniant ad solēnitatē. Hymnus aūt non dicitur in quibusdaz ecclesijs: q; in resurrectione non cantabimus hymnos huiusmodi: sed in plateis hierusalem cātabimus alleluia: vt habetur. c. pe. tobie: sed loco hymni cantatur alleluia propter spē quam habemus de gloriosa resurrectione. Alie vero ecclesie cantant hymnum quia semper laudandus ē deus: ⁊ cantant illum ad tertiam sub duplici cantu: videlicet vnum versum sub vno cantu: ⁊ alium versum eiusdem hymni sub alio: ⁊ vnum altiori voce q; alium ad significandum duplicem stolam glorie q; christus assumpsit. s. corporis ⁊ anime. Quia vero virtute trinitatis in qua est perfectio facta est resurrectio. ideo dicuntur tres lectiones: tū q; sopor nostra paruula est ⁊ vbera non habet: tum quia baptizati non indigent labore quasi modi geniti infantes. de quo in sequenti tractatu dicetur. Hac etiam die ⁊ hoc tempore cantātur tres psalmi cum tribus antiphonis. Obseruatur autem ideo iste trinarius numerus. Primo quia partitur hominibus propter precedens ieiunium attritis. Secundo ne neophiti multitudine onerentur: vt premissum est. Tertio propter triduanam domini sepulturam que precessit dominicam resurrectionem.
Quarto ad notandum q; tria que dominus p̄m lucā promisit in hoc seculo perficere. s. demones eijcere. sanitatem perficere: ⁊ tertia die consumari in resurrectione consumata sunt. Primum operatus est dominus cum fecit vt relicta creatura rediremus ad creatorem. Secundum cum per fidem nos sibi tanquam membra capiti vniuit. vt de eius spiritu viueremus. Tertium cum in hoc confirmauit nos ne liberemur. vel consumatio est nostra resurrectio. Hec etiam in nostra conuersione apparent. Eijciuntur enim a nobis demones per exorcismos: sanamur per catheciznz: ⁊ consumamur per baptismum ⁊ confirmationem.
Primum notatur in primo psalmo ⁊ in sua antiphona: vbi dicitur. Et consilium meum non est cum ipijs In quo psalmo ostenditur quid vitare debeat quis ad hoc vt sit beatus. s. non ire in consilio impiorum: ⁊ quid facere debeat. s. habere voluntatē domini i corō ⁊ in ea die ⁊ nocte meditari. Primus ergo psalmus cū antiphona sua monstrat impios. i. demones eijci a cōsilio filij dei. In hac demonum eiectione fit quod dominus in euangelio Joannis dicit. Nunc iudiciū est mundi nunc princeps hui mūdi eijcietf foras. Hoc iudicium est discretio qua fideles per fidem separant ab impijs demonibus: quod iudicium factū est i multis milibus credentium. Sed in hoc iudicio impij. i. i impietate perseuerantes nō resurgunt. sed hi qui per fidem xp̄i vniuntur ⁊ hoc est p̄m quod notatur in. ij. psalmo ⁊ sua antiphona vbi dicit. Postulauī patrez meū alleluia. Dedit mihi gētes alleluia. in hereditatē sibi alla. Hoc factū est cum fideles per fidem ei tanq;

capiti vniti sunt. vt per ipsū ad modū hereditatis fructificent. vñ in psalmo irridēdo dicit. Quare fremuerunt gentes ꝛc. dicentes dirumpamus vincula eoꝝ ⁊ pjciamus a nobis iugum ipsoꝝ: stulte dicunt. Qui habitat in celis irridebit eos ꝛc. ⁊ christus dicit. Ego autē cōstitutus sū rex ab eo: qui dicit. Postula a me dabo tibi gentes hereditatē tuam ꝛc. Et aduerte quia in ātiphona dicit dedi in psal. dabo vt in ātiphona ostēditur impletum esse qō in psalmo est ꝓmissum. Tertium notatur in tertio p̄s. ⁊ in sua antiphona quo tangitur consumatio quā dñs ꝓmisit se perfecturū i tertia die: vbi dicit Ego dormiui ⁊ somnuꝫ cepi ꝛc. Hoc enim licet de passione ⁊ morte ⁊ resurrectione saluatoris intelligatur. moraliter tñ conuenienter intelligitur de eo qui diu in peccato dormiuit: ⁊ tandeꝫ per dei adiutoriū surrexit. Quinto etiam potest dici ꝙ qz per opera istoꝝ triū dierum fiunt cathecumini membra xp̄i. s. per exorcizationem per abrenunciationem dyaboli. per fidem qua vnitas in eis perficitur. ⁊ per ipositionem manus ep̄oꝝ siue resurrectionē dñi que ē iustificatio nostra: ideo ꝓpter hanc iustificationeꝫ canimus tres antiphonas in nocte resurrectionis. Prima distiungit nos ab ipsis. Secunda cōiungit nos capiti xp̄o. Tertia facit nos resurgere ꝓpter iustificationem. Sexto etiam p̄t dici ꝙ per tres p̄s. tria tēpora significantur tres antiphone cantant: in quibus patriarche ꝓphete ⁊ apli significant. tres lectiones legūt qz lex psalmi ⁊ ꝓphete resurrectionem dñi ꝓfitentur. Tria responsoria subsequunt: qz tres ordines. s. Noe Job ⁊ Daniel xp̄i resurrectione saluant. Singulis responsorijs gloria patri subiungitur in quibusdam ecclesijs: qz trinitas ab oibus ordinibus collaudatur. In quibusdam vero nō nisi vnum gloria tribus respōsorijs ꝺm generalē consuetudinē continuat. ad notandū ꝙ in trinitate vnū deū glorificamus. Septimo ternariū in omnibus frequentamus ꝓpter sacramentū baptismi in trium personaꝝ noīe celebrati. Octauo paucitate vtimur lectionum ꝓpter paucitatem que tūc aderat p̄dicatoꝝ. Nam apli erant in numero pauci metu iudeoꝝ muti de morte dñi mesti. de audita resurrectione quasi deliri qua paucitate volunt quidam vti vsqz in penthe. qñ facti sūt predicatores numero plures ⁊ spū sancto feruentiores: vt iam dicetur. Alij vo solēnitatem potius attendentes integrum ⁊ solēne seruant numerū: qz ⁊ si apli muti fuerunt: tamē alloquiū angeloꝝ ⁊ frequens visitatio dñi nō defuerunt: q̄re in sequēti ebdomada cantat tñ vna antiphona cum tribus p̄s. vt in se. ti. dicet. Sane tertio rñsorio cū gloria patri decantato cum cereis ⁊ solēni ꝓcessione de choro ad aliquem locū tendimus vbi sepulchrum imaginariuꝫ coaptat: ⁊ vbi itroducunt personе sub formis ⁊ habito mulieꝝ ⁊ duoꝝ discipulorum. s. Jo. ⁊ Petri qui ad sepulchrum xp̄m q̄rentes venerunt: ⁊ q̄dā alie p̄sone in personis ⁊ forma angeloꝝ qui xp̄m a mortuis resurrexisse dixerunt i personis quorum recte cantari p̄t illa secunda rñsorij p̄mi particula. Nolite timere ꝛc. vsqz ad finem rñsorij tunc redeunt ad chorum quasi fratribus referētes q̄ viderunt ⁊ audierūt ⁊ vnus redit citius alio: sicut Jo. cucurrit citius. Pe. In personis quoꝝ cōuenienter cātatur illud rñsorium. Congratulamini sine versu. Si q autē habēt versus: de hac representatione cōpositos licet nō autenticos nō improbamus. Tunc chorus audita resurrectione ꝓrumpit in vocem altissone cantans. Te deum laudamus: quidā vero hanc p̄sentationē faciūt anteq̄ matutinum inchoent: sz hic est ꝓprior locus eo ꝙ te deū laudamus exprimit horā q̄ dñs resurrexit: quidā etiā eam faciunt ad missā cū dicit sequētia illa. Victime paschali. cū dicit versus. Hic nobis ⁊ sequentes Adhuc in die resurrectionē nostrā repsētamus q̄ xp̄o cōsurreximus: ⁊ ideo de die dicimus. Hec dies ꝛc. Et i nocte sepulturā q̄ ei cōsepulti sumus: ⁊ iō illud non dicimus de nocte. vñ dicit apls. Consepulti sumus cuꝫ illo ꝙ baptismū in morte. Trina enim̄ersio in aqua baptismi triduanā dñi sepulturā representat. Ille gdē cōsepultus est xp̄o q peccare gescit ille cōsurrexit cuꝫ xp̄o qui celestibus intendit: ⁊ aduerte qz in duabus p̄cedentibus noctibus triduanā dñi sepulturā repsentamus ꝺm ꝙ dñs latuit in sepulchro. vñ tunc alla nō diximus. in hac vero nocte sepulturā dñi representamus in eo ꝙ xp̄o cōsepulti sumus: sz ꝓpterea allelui cantamus qō xp̄o cōsepeliri gaudiū est nobis. Ad primā vero nō dicit hymnus ꝓpter rationē in. vi. parte sub ti. de nocturnis assignatā nec Quicūq; vult: gdaꝫ tñ dicunt p̄s. Cōfitemini sicut in se. ti. dicet. Non fuit etiā petitiones: obsecrationes: ⁊ postulatiōes: qz dicit dñs, in die nō rogabitis me quicq̄: ⁊ qz cuꝫ glorificati resurrexerimus nō indigemus istis. Nō ergo dicunt p̄ces: qz vbi erit miseria nō erit petenda misericordia vbi nā erit tentatio nō erit dicēdū. Libera nos a malo. non dicit etiā capitulū qō est refectio ne post lōgaꝫ psalmodiā homo tedio afficiat. confortat enim̄ fessos sicut electuarium mēbra: tum qz ibi nullum erit tediuꝫ tum qz in hoc officio breuis est psalmodia. ⁊ qñ capitulum in horis non dicitur: iō nec rñsorium debet dici qō respondet capitulo siue lectioni in missa tñ dicitur: qz respondet epistole ⁊ in laudibus: qz respōdet lectionibus ⁊ dicitur tunc capituluꝫ. xp̄s resurgens. ad ro. vi. c. De vesperis in se. titulo dicetur.

¶ De diurno officio huius diei. ¶ Rubrica.

Nunc de diurno officio videam⁹. Et quidez hac die fit statio apud sanctā Mariam maiorem qz cū beatus Grego. hac die ibi celebraret ⁊ pax dñi ꝓnunciaret: angelus dñi alta voce respondit: ⁊ cum spiritu tuo: ⁊ ꝓpter hoc cuꝫ papa ibi hac die celebrans dicit pax dñi in testimonium huius ꝓmiraculi nil sibi respondetur. Ceterum āte missam fit processio quod ex euangelij auctoritate extrahitur eo ꝙ angeli dicunt mulieribus. Ite dicite discipulis. quia precedet vos in galileam. Et dominus ad eas nunciate fratribus meis vt eant in galileam: ibi me videbitis. hec ergo significat processionеꝫ apostolorum vt viderunt dominum in galileam euntem. ¶ Rursus galilea transmigratio interpretatur. In galileam ire fuit de iudeis ad gentes transire: de qua

transmigratione postea dixit. Euntes docete oēs gentes baptizantes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūs sācti. in significationē ergo huius transmigrationis hodie solēnez agimus ꝓcessionē sive in signū ꝙ nos oportet de vicijs transmigrare ad virtutes siue ꝓficiscī de virtute ad virtutē: ad hoc vt videre dñm mereamur: qđ fit spāliter in baptismo in significationē baptismi nos ⁊ loca nostra aqua bñdicta aspgimus cantātes. Vidi aquā. alijs vero tēporibus cantatur Aspges. Verum tñ nec hodie nec in pēthe: aq̄ bñdicitur q̄ latius ꝓsecuti fuimus in q̄rta ꝓte sub ti. de aqua bñdicte aspsione ab hac ꝓcessione oēs ꝓcessiones dñicales p annū originē traxerūt: vt videamus dñm in galileā. i. in trāsmigratione de vicijs ad virtutes. Dies enī dñica ē dies resurrectionis natiuitatis ⁊ spūs sācti missionis ⁊ in oībus de nouo dūtaxat est testamēto cātandū. De ꝓcessione dictū est in q̄rta parte sub ti. de accesſ. pon. ad alta. Sed ad qđ fuit dictū aplis vt irent in galileā ad videndū dñm: ꝑut legitur. iij. Mathei. cuz eadē die eū viderunt in hierusalē. Rñdeo hoc dicitur maxime ꝓpter allegoriā ꝛz ad lr̄am factum sit. allegorice. n. transmigratio illa significat transmigrationē de iudeis ad gētes in qua maxime videtur xp̄s: qz in hoc maxime apparet xp̄i deitas ꝙ totus ad p̄dicationem famulox xp̄i credidit. Dixerunt enī apostoli iudeis: qz verbum dei repulistis: ⁊ vos indignos fecistis vite eē ne ecce conuertimur ad gentes. In hac ꝓcessione ꝓcedunt luminaria: vt illud ēuāgelicuz ipleatur i nobis Sint lumbi vr̄i precincti ⁊ lucerne ardentes in manibus vr̄is. Crux. n. ꝓcedit in carnē nostrā crucifigam⁹ cum vicijs ⁊ cōcupiscentijs: ⁊ post cruces ⁊ vexilla q̄ sunt victorie iesu xp̄i ī signia: sequuntur sacerdotes de albati exultātes i laudes resurrectiōis q̄ p̄cedunt cuz tacita ꝑsōn̄ sequētis expectatiōe p̄ distictas ⁊ morosas expectatiōes: vt corporaliter illud ꝓphēticuz qđ tunc cantaī ipleri videaī cum iocunditate exhibitis ⁊ cuz gaudio deducemini. Mā ⁊ mōtes ⁊ colles expectātes vos cum gaudio. Itē in ea maior sacerdos p̄cedit: qz dixit dñs: p̄cedā vos in galileā. Itē in ea nihil resonet qđ sit veteris historie: ꝛz ea solum cantanī q̄ gloriam psonent ēuāgelij: iter q̄ illud p̄sertim in ḡbusdaz ecclesijs admittitur virtute magna reddebāt apl̄i testimonium resurrectiōis iesu: qz sicut diximus i galilea trāsmigratio est, apl̄ox p̄dicatio. cum autē ventum est ad medium tēpli vtriusq̄ sexus ppl̄o circunstāte totis viribus chorus i vocē exultatiōis erumpit dicēs ānph. Sedit angelus. q̄ exprimit qđ apl̄i docuerunt aut docere debuerunt. s. xp̄m viuere. ⁊ est totis viribus ꝓcinēdum: ⁊ i auditu circunstātiuz efferēdu⁹: qz quē queritis viuit: ⁊ vita hoiuz cum eo surrexit. Vel hodierna ꝓcessio illud nobis recolit ꝙ rex gl̄ie cum exercitu rediēntox de ifernalibus claustris ad celestia regna migrauit. Post ꝓcessionē sequtur missa. ⁊ incipit p̄centor loco magni p̄cētoris. i. christi. Resurrexi ⁊ adhuc tecum sum. post quez cantat chorus ad significandū ꝙ ad christi similitudinem alī sancti qui erant in patria deum laudabunt. Quod vero sequitur ⁊ adhuc tecuz sum. in hoc notatur eternitas in qua semp est cum patre. Cantamus ergo hac die in persona xp̄i resurrexi

tē. sz tunc illud dicer̄ in psona nostra qñ resurgēs trāsibimus de hac mortalitate ad imortalitatē: qđ significar̄ in hoc qđ dicer̄ in ēuāgelio ⁊ trāsiens ministrabat eis. Ministrauit. n. nobis cibū spūalē seipsū sicut iudeis dedit māna in deserto. Pōt etiaz dici ꝙ dñs per ora ꝓphetax dirigens sermonē ad patrē ait. Resurrexi ⁊ adhuc tecū sum tē. in quo tria notat. s. suā gloriosam resurrectionē: ⁊ patris in passione ꝓtectionē: ⁊ cognitionē eius p scie sne dilatationē per orbē. Resurrectionē eius notat cū dicit. Resurrexi ⁊ adhuc suz tecū tē. q. d. nō est ita sicut iudeus cogitauit ꝙ a te oīno sim derelictus ⁊ abiectus tanq̄ imundus. Unde deridēdo dicebat iudeus. Si filius dei est liberet euz. q. d. nō liberabit eum: qz de eo non curat. Protectionē patris in passione notat cum dicit. Posuisti sup me manum tuam. q. d. ꝓtexisti me non a passione sed ab eo ꝙ iudei intendebant videliez ab extinctione nominis mei ad quam intendebant. Unde dicebāt. Si dimittimus eum sic oēs credent in euz: sed in hoc ꝙ me occiderūt hoc ꝙ ipsi timebant consecutum est. Nam ego qui sū granū frumenti cadens in terrā multū fructum attuli ⁊ tam de isto q̄ de illo. primo laudandus est pater. vñ post vtrūq̄z cantaī allelui. Scientie patris dilatationem notat cū dicit. Mirabilis facta est tē. q. d. ex hoc cognitō tua pater nō tantū ad iudeos: sed etiā ad gentes dilatata est. nā prius tantū in gēre iudeox cognoscebaris. Juxta illud Notus in iudea deus: ⁊ quia ab vtroq̄z populo cognosceris: ab vtroq̄z tibi laus offeretur. ⁊ iccirco duplex alleluia sequitur: ⁊ ad id pertinet versus Domine probasti me tē. sessionez meam. i. bumilitatem in passione. ⁊ resurrectionem meam. i. gloriam meam in resurrectione. in quibusdā tamen ecclesijs tacetur verbum illud sessionem: ⁊ solum dicitur resurrectionem meam. potest tñ vtrunq̄z dici per quod duplex christi natiuitas designatur. Segtur hymnus trinitatis. s. Gloria patri: qui in precedentibus diebus intermissis fuit ꝓpter ignominiam illaram trinitati in tertia persona. s. in filio. Nunc autem qz sublata est ignominia illa hymnus ille cantatur. Hec etiaz in quibusdam ecclesijs per cereos repr̄sentātur vbi tres cerei ante altare ardere consueuerunt sed in tribus diebus ante pascha non ardent nisi duo in signum ꝙ tertia persona sublata est. hac vero die tertius cereus reaccenditur in signum ꝙ ipsa christi persona gloriose redditur nobis. Post hoc dicitur collecta in qua ostēditur quis sit resurrectionis ⁊ mortis effectus: quoniam appertio ianue regni celestis est effectus. Qualiter autem illam ianuam intrare debeamus dicitur in epistola que est prima ad Corin. v. ca. scilicet Expurgate vetus fermentum. i. abijcite vetustatem a vobis ⁊ hoc est ire in galileam. i. de vicijs ad virtutem. ⁊ de virtute in virtutem: sicut estis azimi. i. esse debetis vel estis per baptismum. Quare. Etenim pascha nostrū immolatus est christus: quasi diceret coctus est agn⁹ ⁊ paratus: itaq̄z epulemur ⁊ determinat quis sit agn⁹ cum dicit christus. Christus autem ⁊ est pascha nostrum. idest agnus paschalis ⁊ festum paschale.

Alia etiam ratione ipse est pascha: quia per ipsum ⁊ ab ipso: ⁊ ad ipsum est nobis transitus predictus

Non in fermẽto veteri neqz in fermẽto malicie.i.male voluntatis ⁊ nequitie.i.prave intelligentie. Nequã enĩ est q̃ de deo male intelligit: sz in azimis sinceritatis ⁊ veritatis.i.in accenso affectu ⁊ purificato intellectu: vel in sinceritate charitatis ⁊ puritate fidei. Sed etiã plus dicit veritas q̃ fides: cõprehendit.n.sapientiam ⁊ intelligentiã. Sed videt̃ lra epistole in se contraria. Si.n.sumus azimi.i.sine fermento quomõ expurgabimus vetus fermentũ: quõ etiam dicit̃ vt sitis nova cõsparsio. videt̃.n.dicere vt sitis azimi sicut estis azimi. nã nova ꝓsparsio nihil aliud est q̃ farina aqua cõsparsa.i.pascha nondũ fermentata. Sed ẽ notãduz q̃ duobus modis dicit̃ quis peccare.s.peccato ꝓprio vel peccato alieno cui cõsentit. Erant enĩ illi gbus loquebat̃ apl's azimi.i.sine ꝓprij peccati fermento: sed erant alieno peccato infecti dũ nõ reprehendebant illum cũ possent: qui patri suo ꝓpriã noverca abstulerat qui iter eos erat. Unde dicit̃ eis. Expurgate vet⁹ fermentũ.i.abijcite illum a vobis p excõicationem: vt sitis nova cõsparsio.i.sine fermẽto alieni peccati. Sequitur graduale quo vtitur ecclesia sãcta ꝓpter nos: q nõ habemus adhuc nisi resurrectionẽ anime ⁊ expectamus resurrectionẽ corporis.s.hec dies quam fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. qz exultãdo ⁊ letando itur in paradisũ: sed cũ labore ⁊ angustia ⁊ cũ maxia afflictiõe itur ad infernũ: qz nõ est pax ipijs dicit dñs sed bonis ẽ iocunditas pax ⁊ qes maxime ꝓpter spẽ gloriose resurrectionis. Cantat̃ aũt gradu ꝛle licet sit luctus laborantiũ ꝓpter baptizatos q arripuerunt laborem militie vt perueniant ad alleluia eterne letitie. Grandis enĩz labor eis supest vt partẽ habeant in secunda resurrectione. ¶ Et est sciendũ q̃ est dies tẽporis: vnde hodie: si vocẽ eius audieritis.i.si in tẽpore quo viuitis: ⁊ ẽ dies eternitatis. vñ melior ẽ dies vna in atrijs tuis sup milia: hanc diẽ hodiernã festiuitatis inchoat: ⁊ ideo recte demõstratiue dicit̃. hec dies quã fecit ⁊ hodie surrexit dñs. sed hec dies dũ est in aurora vel in ascensu vocat̃ dies salutis ⁊ gratie: cũ fuerit in meridie vocabit̃ dies eternitatis ⁊ glorie. Hec declinium non sentit: ⁊ ideo solẽnitas ista vesperũ non habz vt dicet̃ in ti.se. Postmodũ sequit̃ alleluia: cantus quidam angelicus. s. pascha nostrũ imolatus est xp̃s. primo ad Corin. v.c. qz ipse est panis angelorum in quẽ desiderant angeli ꝓspicere: etiã in quantum est homo q.d. laudate dñz deũ: qz Pascha nr̃m imolatus ẽ xp̃s Deinde sequit̃ euangeliũ Marci. xvi.c. q habet figura leonis: qz ⁊ xp̃s fuit leo in resurgendo: ⁊ qz ꝑm ordinem leguntur euangelia: prout in se.ti.dicetur. est autez euangelium. Maria ma. maria iacobi ⁊ salomee. e. aro. ⁊c. Similiter oportet nos emere aromata bone voluntatis. Esayas. Venite ⁊ absqz argento ⁊ absqz vlla cõmutatione emite vinum ⁊ lac. i. aromata virtutum quibus vngit̃ deus qz delicie sunt ei esse cuz filijs hominum. Et sequit̃ ibi q̃ angelus apparuit mulieribus in vestibus albis: sed in euangelio Mathei. qõ legitur in vigilia dicitur q̃ aspectus eius erat sicut fulgur: ⁊ vestimenta eius sicut nix: ⁊ per hoc notatur sicut dicit Greg. q̃ dominus in iudicio terribilis apparebit reprobis ⁊ blandus iustis vna facie hoc enĩ erit ex diversitate conscientiarum. Quia ergo blãdus apparebit iustis: ideo ne nimis de resurrectione exultemus: sequitur in offertorio. Terra tremuit ⁊ quieuit. In postcõione q̃ sicut ⁊ alleluia sumitur de epistola. Hortat̃ ecclesia filios suos vt cum fide veniant ad cõmunionẽ dicens. Pascha nostrũ ⁊c. Aliu t quidaz q̃ illud qõ dicit̃ in itroitu Resurrexi. vox est spõsi ad spõsam eam de morte sua in presenti tẽpore consolantis. cui sponsa respondet. Posuisti ⁊c. vel est vox generis humani quod in Adam cecidit: ⁊ per christum resurrexit. Cetera sunt concentus angelorum ⁊ hominum de christi resurrectione gaudentium.

¶ De septem diebus post pascha. ¶ Rubrica.

Hec prima septimana paschalis tẽporis licet cõiter voceꝫ septima in albis: tamen sequens magis proprie vocatur in albis propter causas i prece. ti. positas. ⁊ est cõis huic tempori ⁊ precedenti. Est autem tota de septuagesima q̃ terminatur in sabbato in albis. Unde est q̃ tractus i sabbato paschali ⁊ graduale per totam ipsaz ebdomadã dicitur q̃ laborẽ significat. alleluia vero ⁊ cetera cantica leticie cantantur: vt dictũ est sub dñica septuagesime: ⁊ hoc ꝓpter tẽpus regressionis: qõ icipit ꝑm quosdam in pascha: prout ibi dictum est. Isti ergo septem dies computantur cũ septuagesima quia hec septima est septima a quadragesima per quaz idẽ significatur: qõ per septuagesimã in cuius septima decade filij israel acceperunt licentiam redeundi ⁊ tam q̃si liberi erant. ideoqz diebus istis cantica leticie inclinãtur. ¶ Porro oẽs isti dies septem sunt quasi vna dies dominica. vnde semper cantatur in eis. Hec dies ⁊c. ⁊ i prefatione dicitur. Te quidem dñe omni tempore: sz in hoc po. di. glo. prece. ⁊c. ⁊ in eis semper agitur de resurrectione ad ostendendum q̃ per septem dona spiritus sancti venitur ad verã resurrectionez vel potius: quia in tota vita ista que per septem dies currit debemus anhelare ad gloriam resurrectionis quantũ possumus: sic ⁊ pascha in veteri testa. per septem dies celebrabatur: ⁊ cenofegia.i.fixio tabernaculorum. Quecunqz enim hac die fecimus. ideo facere debemus: vt in celo tabernacula nostra figamus: quod erit per gloriam immortalitatis: vt ille qui crucifixus est ostẽdat nobis suam deitatem cum dicit in officio nocturno. Ego sum qui sum: ⁊ cum dicit̃ se esse illum qui dixit Moysi: qui est misit me ad vos. Exo. iij. Siquidem pascha est ebdomadaria festiuitas: quia qualibz die ebdomade mutantur officia. In veteri enim testamẽto tres habuerunt ebdomadarias festiuitates scilicet pascha ⁊ pentheco. quas etiam nos habemus: licet ad aliud q̃ illi habuerunt: ⁊ cenofegiam quã non habemus nisi quod ammodo: vt dicetur in prohemio septem partis. Quidam vero scripserunt q̃ festum pẽtheco non fuit in vete. testamen. festum ebdomodale: ⁊ q̃ in no. testa. habet. vij. officia propter septem spiritus sancti dona: nõ qz sit festum ebdomodale: quia tres vltimi dies non habent omnino propria officia

Ad hoc notandū est q̄ cū in vrbe romana esset magna aeris pestilentia. Beatus grego. in tp̄e paschali ordinauit: vt imago beate virginis q̄ in ecclesia sancte Marie in ara celi seruat̄ q̄ beatus Lucas pinxisse dicit̄: t eidē virgini similima phibet̄ ꝓcessionalit̄ portaret̄: t dū ante ꝓcessionē reuerēter portaret̄: ecce tota aeris infectio t turbulentia cedebat imagini fugiēs ac si eam ferre nō possz sic t post imaginē mira sereni tas remanebat. Tūc aūt iuxta imaginē audite dicūt̄: tres voces āgelox canētiū. Regina ce. le. alla: q2 quē meruisti portare alla: rsurrexit sic dixit alla. Statiqz btūs Greg. adiunxit. Ora p2o nobis deū alla: que antiphona ideo hoc tp̄e frequentat̄. t tunc Greg. vidit supza castrū crescentij angelū dñi qui gladium cruentatum tergēs in vaginam reponebat. Intellexit ergo Grego. q̄ pestis illa cessasset: quod t factuz est. vnde castrū illud exinde castruz sancti angeli vocatum est. premissa imago in ecclesia beate Marie in ara ce. in vrbe super limen baptisterij seruatur quā romani reginam vocant. Per hos aūt. vij. dies tres tantuz dicūtur psal. sicut in dñica resurrectionis. in hoc tñ iterest ꝑm aliquas ecclesias: q2 tunc dicunt̄ cum tribus antiphonis. in his vero diebus cū vna sola. Siquidem tñ ideo tres psalmi per hos septē dies baptismales dicūtur: q2 qui pure baptizant̄. vij. spūs sancti dona suscipiunt qui per hos. vij. dies significantur. Suscipiunt etiā tres virtutes. s. fidem spem t charitatē q̄ per tres ps intelligunt̄ que nobiscū vsq3 in finē manere debēt Canimus ergo tres ps vt recolam9 nos hec tria habere. antiphona vero vna est: quia vnus est a quo hec omnia sunt. Rursus vero q2 vt p̄missuz est hec tota ebdomada est quasi vna dies dñica: ide est q̄ per oēs hos. vij. dies canimus ps. de nocturno dñice dici vel eis adiacētes. Quedā tñ ecclesie pretermittūt. ps. maiores t laboriosos. s. Confitebor: t diligam te: q2 neophitis omnia breuia debent ꝓponi: t soror nostra paruula est t vbera nō habz. t apls Lac dedi vobis potum non escā. xxxv. q. v. qō scripsi. extra de pe. t re. bis qui. sed numeruz supplemus per illos duos. Cuz invocarez. Verba mea. t ita. xviij. ps. perficimus. vsq3 in sextam feriā. In sabbato autē sūmimus tres de adiacentibus quos in die dñica ad primā cantare solemus. s. Bñs regit me. Bñi est terra. t Judica me. sz t illos duos. Deus deus meus re. t Ad te dñe leuaui propter causam predictam pretermittimus. In sequēti vero tempore multiplicandi sunt psalmi: sicut t boni mores qui per ps. intelliguntur: per quos ad gloriā peruenitur q̄ per totū tps istud figuramus. In gbusdam tñ ecclesijs nō dicunt nisi tres ps. vsq3 ad pēthe. t hoc ex institutiōe alcuini: put dicet̄ sub dñica de trinitate. Sed hoc non bene fit hodie. Primo q2 causa quare illud institutum fuit hodie cessat. Secundo qa contra canonem Grego. faciunt: ꝓout dictum est in quinta parte sub titulo de nocturnis. Tertio q2 inter canonicos regl'ares t alios clericos qui vsurpato nomine seculares dicuntur: nulla debet esse quo ad hoc differentia: nam t ipsi magna ex parte antiquitus regulares fuerūt. xij. q. i. qui a. t. c. scimus. t. c. se. t c. certe. extra de vita t ho. cle. quoniā t certum est q̄ canonici regulares in octaua resurrectionis dicunt in nocturnis ix. lectiones cum nouem responsorijs. t etiaz ecclesia romana. Qui enim dicunt q̄ omnia facilia ō bent esse eo tempore ꝓpter neophitos illaz facilitatē nimis extendunt. Nam due tantum sunt ebdomade neophitorum. s. in pascha t penthe. t ꝓpterea cōcluditur eis in ascēsione vbi sunt nouem respōsoria t nouem psalmi cum suis antiphonis. Nulla enim est sufficiens ratio quare in sequenti die post ascensionez dicamus tantum tres psalmos cum vna antiphona: de hoc dictum est in ti. precedenti. Nempe ꝑm romanuz ordinem in oibus dñicis. ix. lectiones dicunt̄. de cōse. di. i. in die. licet maguntiñ. cōsiliū a pascha vsq3 ad pēthe. tres tantum instituerit esse legendas: vt seruitiuz matutinum in die cantet̄ q2 in futuro trinitas cōprehendetur t a sanctis in luce dño seruiet̄. Ad primam aūt dicunt quidā per totam ebdomadā totū psal. Cōfitemini tē. in quo precipue de xp̄i resurrectione agitur. Alij vero solū versū Hec dies tē. quē in prima t in alijs horis p2o capitulo dicunt: q2 vitā illaz figuram9 in qua doctrina nulli necessaria erit. sed omnes docti gratulabimur t exultabimus. Psalmus vero Quicū qz vult tē. toto isto tp̄e nō dicitur: qm̄ ad fidem ptinet hoc enim tempus significat octauā etatē vbi non erit fides que euacuabit̄: sed res q̄ cōprehendetur nō erit figura sed veritas. In gbusdā tamē ecclesijs aliter obseruatur q2 vbi fides nō est supedificari nō pōt. xxiij. q. i. vbi sana. i. q. i. cum paulus. Minus tñ symbolum. s. Credo in deū. ob candē causā subticet̄ ad primam Nam cū venerit: qō perfectuz est euacuabitur qō ex parte est. vnde in condenſ. i. condensitatibus populi vsq3 ad cornu altaris. i. ad cōionem nō dicit̄ capitulū neqz preces: vt dictum est in ti. precedenti. Vesptinū officium est huius festiuitatis claritate illustratū: nō enim per Deus in adiutoriū: qm̄ in illa vita non sicut hic adiutorio indigebimus: sed p kyrieleison inchoat̄ q2 vespertina hora sabbati paschalis baptisma fuit p kyrieleison inchoatū: t in trinitatis noīe celebratum. t propterea eadē hora t in eisdem verbis per totā ebdomadam banc in festiue regenerationis iocunditatem sancta trinitas adoratur: vel per kyrieleison incipitur vt quasi non existens per se officium misse officio continuet̄. Nam vt in ti. prece. diximus. Dies hec vesperā non habet: q2 declinium eternitatis nō agnouit. Tres ps. sub vno alleluia. i. gaudio cantant̄ in qbusdā ecclesijs: q2 per fidem trinitatis ad vnū eternitas gaudium peruenitur. vel hi tres psalmi resurrectiōi que tertia die facta est cōueniunt Jesu xp̄o. P2o capitulo sequit̄ Hec dies sicut in alijs horis: q2 ibi nō erit necessaria doctrina sz exultatio. Vel vt notetur solicitudo baptizatorum adhuc peregrinantium: t laborātium: q2 nondum habent gaudium nisi spei quo peruenitur ad alleluia rei. Proinde p2o hymno sequit̄ alleluia: qō est ꝓpius illox ciuiū hymnus. Sane descēdimus ꝓcessionaliter ad fontes cū cereo p totam ebdomodā cantantes canticum exultatiōis: t ppls sequit̄ s. viri per se t mulieres per se qō fit in memoriaz eius q̄ hebrei pharaone t suis in mari rubro submersis fecerunt qui in gratiax actiones de submersiōe hostiū

per totam ebdomadā redibant ad mare: viri per se ⁊ mulieres per se: cantantes illud canticū moysi. Cantemus dño. Siquidē hostes nostri sūt demones: mar rubrū est baptismus in quo submergunt oēs hostes. i. vicia ⁊ peccata ⁊ demones: ⁊ inde etiā est q̄ neophiti baptizati in sabbato sancto p̄cedente suo lumine. s. xp̄o redeunt ad fontē baptismi: bis septem dieb⁹ gratias agentes: q̄ inimici eoꝝ submersi sunt. s. vitia ⁊ peccata: ⁊ tūc circa fontes cantant psalmi. Laudate pueri. s. nouit baptizati. ⁊ In exitu israel. de egy. quia per baptismū de tenebris peccati eximus. Duo ergo psalmi circa fontes cantant: q̄ per geminam dilectionem ad fontem vite pertingit: q̄ baptizatis ⁊ baptismo conuenit. Baptizatis: vt Lau. pue. dñm ⁊c. ⁊ est āmonitio laudis ad neophitos: q̄ facti sunt pueri. i. a vicijs puri: p̄o quibus mater ecclesia iubilat ad fontes in laudem eius gratie: per quaꝝ meruit esse quod in cantico amoris audiuit. Fons ortoꝝ puteus aquaruꝝ viuentiū. Postea transit ad aliquod oratoriū cuꝝ psalmo. In exitu israel. q̄ conuenit baptismo cuꝝ dicitur. Quid est tibi mare q̄ fugisti: ⁊ fit statio ad crucifixum ⁊ reddunt ei grates: q̄ ipse ē qui baptizat: vnde in euangelio Super quem videritis spiritum descendentez ⁊c. Hic est qui baptizat ⁊ salutat: quia per crucem ⁊ in cruce nati sumus animarū nostrarū redemptionem. Rursus per bos dies septem baptismales neophiti quottidie ad ecclesiam ducunt: sicut eni filij israel licet transissent mare rubrum in quo baptizati sunt: non tamen peruenerūt ad terram promissionis nisi sub ducibus dño illos pascente ex manna ⁊ colūna ignis eos precedente: sic ⁊ ipsi bis septem diebus sub ducibus id est presbyteris patrinis ⁊ matrinis ducunt ad ecclesiam ⁊ pascunt corpore dñi ⁊ cereꝝ p̄cedunt eos: ⁊ sic tandem in sabbato quasi peruenerunt ad terram promissionis. Cereos autem quos in sabbato sancto dum baptizarent habuerunt per hāc ebdomadam in quibusdam locis ad missas ⁊ vesperas accendunt: ⁊ in sabbato in albis ⁊ in sequentis dominica illos accensos offerunt sacerdoti. Si quidem luminaria accensa bona opera sunt quibus toto tempore presentis vite q̄ per septenariū ducitur lucere debent offerunt sacerdoti q̄ post hanc vitam ad summū sacerdotem. i. ad xp̄m cū luminaribus bonoꝝ operū veniūt iuxta illud. Venientes aūt venient cū. e. p. m. s.

¶ Potest etiam dici q̄ p̄cessiones vespertinales huius ebdomade reuersionem significant de captiuitate babylonie. Hec est eniꝝ ebdomada reuertētiuꝝ qui in fine sue captiuitatis reuertunt ad deum: ⁊ vespere trina statione complent: sicut ⁊ baptismus in trinitatis noie celebrat. Qui vero fontes non hūt nō exeāt: sed quinq̄ psalmos quottidie dicant: ⁊ post collectaꝝ diei de cruce collectam adiungant. Eadem vespere quottidie repetunt: q̄ p̄o vna ⁊ eadem die tota hec ebdomada reputat. In quibusdam etiam ecclesijs i bis septem diebus quando descendit ad fontes ante ferr quidam serpens imaginarius super virgaꝝ: ⁊ cādela nouo lumine accensa super caput serpētis retorta affigit: ex qua cereus paschalis ⁊ oēs alie ecclie cādele accendunt. Circa q̄ sciendū est sicut legit̄ numeri. xxj. capitu. Moyses in deserto erexit super palum serpentē eneū vt q̄ p̄cussi erant a serpentib⁹ per illius sanarent aspectū in quo xp̄i passio p̄figurata fuit. Unde ⁊ dñs ait in euangelio io. Sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita ⁊ exaltari oportet filium hominis. Ideo ergo serpens imaginari⁹ ferr ⁊ aspicitur: vt xp̄i passio memoret: ⁊ per hoc a vulneribus peccatoꝝ sanemur. Nam serpens in palo est xp̄s in patibulo. Itē iō in benedictione baptismi ⁊ cū ad fontes descenditur: quia baptismus a xp̄i passione virtutem accepit in quo etiam a peccatis sanamur ⁊ mundamur. Fit hoc in vesperis: quoniā ip̄e xp̄s fuit sacrificium vespertinum. Unde psalmista. Elevatio mā. m. s. ve. Ignis nouus ex silice excussus xp̄s passus est qui est lumen de lumine: ex quo cetere cādele in ecclesia illuminant: quia ipse illuminat omnez hominem venientem in hunc munduꝝ. Candela in capite serpētis retorta: est spinea corona i capite christi posita. In completorio vero in quibusdam locis p̄termittitur p̄s. Qui habitat: sicut in prima p̄s. Quicūqꝫ. ¶ In his autem sex diebus dicitur ad missam responsoriuꝝ ⁊ alleluia vt infra dicetur: ⁊ dicitur primo responsorium ⁊ post sequitur alleluia: ⁊ hoc triplici de causa. Primo quia enim in laboribus vite presentis exultandū est: iuxta illud. Hilarem datoreꝝ diligit deus. xxiij. q. vj. §. ex his. ideo nunc post graduale ⁊ versum conuenienter sequitur alleluia: quod est vox leticie. Secundo responsorium actiuam. Alleluia vero contemplatiuam vitam significat. Responsorium eniꝝ significat actionē quā sancti exercebunt in resurrectiōe corpoꝝ que erit in omni leticia: put verba responsoriū huius temporis declarāt: q̄ oia sine versus eoꝝ excepto. eo qui cantat in tertia feria: p̄out ibi dicet: sunt de psalmo. cxvij Confitemini dño: qui p̄s. sonat confessiōeꝝ laudis: ⁊ est ō eterna leticia: q̄ igit̄ omnis illa laus cōfessionis sine actio ad gaudium ⁊ dei glorificationeꝝ tendit merito ab alleluia concludendum est: ⁊ quoniā eadem actio nihil aliud ē q̄ laus dei ideo ad hoc ostēdendum post hos sex dies cōtinue canitur sine respōsorijs alleluia. Tertio ideo in bis sex dieb⁹ hoc fit: q̄ senarius numerus ad opera sicut septenarius ad requiem refert: qui enim vult peruenire ad requiē oportet eū primo toto tempore presentis vite bene operari. ¶ Circa hoc sciendum est q̄ ecclesia bis diebus sanctoꝝ actū in corpore cū fine leticie recolit: sic incipiēs actū vt ptingat ad quietē: primus dies mādat septimus requiē. gestat octau⁹ glorificat: nēpe responsoriū illā actionē significat quā sci in resurrectione corpoꝝ exercebūt: aie q̄ppe sanctoꝝ añ resurrectōeꝫ corpoꝝ inquicte sūt: sed dū illa recipiēt in actiōe erunt ⁊ tūc sic erit actio vt nō desinat quies: inquiete quidem erūt: q̄ nō laborāt: nec cogitatiōibus fluctuabūt: nec erit etiā ingete illa segnities desidiosa: sed sic ab hui⁹ vite opibus i fine quiescēt vt in alteri⁹ vite actiōe gaudeāt. Hec aūt actio ideo nobis per numerū senariuꝝ in memoriā reducit̄: q̄ sicut septenarius numer⁹ requiem: ideo senarius opera respōsoriū significat. Per responsoria eni intelligimus scoꝝ actiōs q̄ erūt cū oī leticia: vt ita dictū est. Et nota q̄ p̄dicti versus qui ca-

nuntur his sex diebus cum responsoriis dicuntur eo ordine quo positi sunt in ps. Confitemini vnde sūpti sūt exceptis duob⁹ qui in quibusdā ecclesijs preposte re ponunt: nam in quinta feria dicunt versus. Benedictus qui venit in noīe tē. qui ibi ponit vltimo: t i feria. vj. ver. Lapidē quē reprobauerūt edificantes tē. t hoc ideo. q⁹ in illo plenius agit de passione, saluatoris q̄ i alijs versibus ibi positis t iō merito illa die cātatur in qua passus fuit. Nec est omittēdū q̄ in q̄busdaz ecclesijs in his septez dieb⁹ duo in albis superpellitijs incipiunt responsoriū. Hec dies: t in alijs quosdam tropos retro altare quod representat sepulchrū pro eo q̄ corpus ihesu in eo sacramentaliter collocatur t consecratur gerentes typum duorū angelor̄ q stantes in sepulchro christum resurrexisse retulerūt. Verba enim illa hec dies tē. ad resurrectionis diem pertinere noscuntur. Rursus cantando post alta rep̄ sentant apostolos t mulieres timentes t christum resurrexisse dicere publice formidantes. Fit autem hoc ad landes ad tertiam t ad vesperas. Primo eo q̄ in his tribus specialiter horis xp̄i passio ē expleta. Naz mane captus t illusus: in tertia flagellat⁹: t lignis crucifixus: in vesperis de cruce depositus t sepultus est. Secundo in signum q̄ resurrectio tribus vicib⁹ nunciata est. Primo secundum marcū t matheū p̄ vnuz angelum: qui fm aug. stabat in monumento non directe sed quasi ad ostium. Secundo per duos angelos qui fm io. stabant intus. Tertio per ipsuz xp̄m iuxta monumētū. Fit etiā hoc in quibusdā ecclesijs ad missam: eo q̄ illa in altari celebrat̄ super quod xp̄i corp⁹ consecrat̄. ¶ Ideo aūt a pascha vsq; ad octauam pēthe. canit̄ alla fere i oibus antiphonis t responsorijs nocturnoꝝ lib⁹: t in offerendis: t post cōmunio⁹: vt celebratio tēporis post resurrectionez reducat nobis ad memoriā vitam cōtemplatiuam sicut tēpus q̄ō est ante pascha reducit ad actiuaz. Tempus. n. ante pascha q̄ō in ieuunijs t orationib⁹ agimus significat erūnas hui⁹ vite: t tribulationē captiuitatis in qua dum simus cātica leticie subticem⁹. Tēpus vō post pascha significat beatitudinē t ppetuā exultationē in qua p⁹ resurrectionē erim⁹: t ideo relaxatis ieuunijs canēdo alla: q̄ō iterpretat̄ laudate dn̄m frequētamus: ō quo dictum est in ꝓmio hui⁹ partis. ¶ Illud tamē notandū est q̄ in q̄busdaz ecclesijs in hac ebdomada alleluia cantat̄ in missa sine finali melodia: t vsus t antiphone sine neuma: sed in sequentib⁹ cantat̄ cū illa: t hoc ideo q⁹ in hac cantam⁹ p̄ dn̄o nr̄o qui in ania t corpore p̄ resurrectionē taz factus est glorioſus: ac illa finalis melodia expectationē nostraz significat vel etiaz sanctorū secunde stole expectationem. Taceamus ergo q⁹ habemus q̄ō optamus. Paruuli nanq; plorant cuz panez nō habent: sed cuz habent q̄ō desiderant tacent: ita t nos quasi ploramus alio tēpore: q⁹ nō habem⁹ q̄ō desideramus: t sancti quasi in desiderio sunt expectationis. In quibusdam ecclesijs in magnis solēnitatibus tacet illa melodia: in signuz q̄ sancti p̄ q̄bus celebramus certi sunt q̄ secundā stolā quā expectant amittere nō p̄nt. Jubilus quidē diuersa notat: vt dictum est sub natali. ¶ Porro in istis. vij. diebus cantatur pro memoria neophitorūz: t singulis diebus singula denotata sunt officia: quod non fit in toto tēpore vsq; ad penthe. t in primo die. i. sabbato sancto t in octaua duplices laudes ponunt. In primo eni dicit alleluia. Cōfitemini t tractus. Laudate dominum omnes gentes. In octaua vero dicit duplex alla q̄ō ideo fit: q⁹ prima vita nostra q̄ fuit ante peccatū beata fuit sed nō sempiterna: sz vita q̄ erit i septima quietis erit beata t sempiterna. Quia ergo prima vita fuit beata: iccirco cantatur primo alleluia q̄ō est vox angelica in lingua hebraica: q⁹ dignior est: sed q⁹ non fuit sempiterna: ideo humiliori lingua latina cantat̄ tractus. Laudate. q⁹ vero vita q̄ erit in septima etate erit beata t sempiterna: ideo in sabbato in albis qui est dies septimus duplex alleluia cantat̄ ꝓpter duplicem stolaz: vt ibi dicet̄. Naz vita illa que in septima quietis dabit̄: non tollet̄ in octaua etate q̄ per octauum officiuz intelligitur: sed potius cōsumabitur. ¶ Circa cātica leticie notandū est q⁹ quattuor sūt status ecclie. Primus est culpe: secundus culpe t pene: tertius pene t gratie: quart⁹ gratie t glie. Primuz rep̄sentat ecclesia i septuagesima: ideo subticet. Te deū laudamus t alla: q⁹ non est speciosa laus in ore peccatoris: t gloria in excelsis deo: q⁹ positus est inter deū t homes paries inimitiarū. Secundum rep̄sentat in aduētu: ideoq; t supradicta cantica subticētur preter alla: q⁹ lex data deū itelligere docuit t laudare. Tertiū representat in estiuo tempore ideoq; ꝓpter gratiā acceptam in festiuis ista cantātur: sed ꝓpter penam ista in ferialibus subticent̄ preter alleluia: quod etiam quottidie frequentat̄: q⁹ spes de resurrectione futura nō infirmat̄. Quartū representat inter octauas pasce t penthe. ideoq; supradicta cātica leticie frequentant̄ t multiplicantur: q⁹ tamē nondū habemus gloriam quam expectamus ideo. Te deuz laudamus: t gloria in excelsis i ferialibus subticem⁹: t in dn̄icis in q̄bus quasi in duplicem resurrectionem representamus: t etiam in festis sanctorum in missa duo alleluia cantamus: sed in ferialib⁹ vnuz vt iaz dicetur. Nec te moueat q⁹ non rectum sed preposteruz ordinem ecclesia representat. eo q⁹ erant nouissimi primi: t primi nouissimi: sic ergo varietas dierū t statuū humanoꝝ varietatē inducit officiorum. ¶ Queren dum tamen est quare diuina officia ita distinguunt̄: vt alia celebrent̄ cuz solo responsorio: alia cuz solo alleluia: t hec q̄nq; cuz simplici alleluia q̄nq; cuz duplici. alia simul cum responsorio t alla t alia cum respōsorio t tractu: t alia cū alleluia t tractu. ¶ Dici pōt q⁹ dies ieuniorꝝ q̄bus rūsoriū sine alleluia canit̄ recolūt actus eorꝝ qui p̄ si byteris grauia ꝓfitent̄ vt ab illis ꝓsiliuz accipiāt penitendi. ¶ Ipsi ergo dies agunt̄ cū solo rūsorio per q̄ō vita actiua intelligit̄ que in labore ducit̄ sine alla q̄ō est canticū leticie: q⁹ eccl̄ia dolet pro talib⁹ tanq̄ p̄ membris vulneratis t nondum sanatis. exo. n. q⁹ alla dimittit̄ ro⁹ ut eccl̄ie mōstratur quē habet de suis vulneribus nondū sanatis. Preterea ideo tūc nō dicit̄ allelnia: q⁹ nō est pulchra laus i ore peccatoris. In diebus vō ꝓfestis q̄ sunt ab octaua pasce vsq; ad octauā pēthe. simplex alleluia sine respon

sorio canitur. Primo q2 dies illa vitā ꝓtemplativaz̄ significat q̄ erit post resurrectionē in qua rñsoriuz non erit q2 penitētie actus ibi superfluus erit: sed tantū alleluia canet de percepta imortalitate. Secūdo q2 tūc ꝑ illis canimus qui iaz̄ sūt in patria: ad quos iam nō pinet actio laboriosa quā rñsoriū notat: sed sunt i dei ꝓtemplatione t exultatiōe q̄ intelligit̄ ꝑ alleluia. Tertio q2 ante resurrectionē corporū nostroruz̄ anima sine corpore deū laudabit. Quarto q2 sancti ante diez generalis resurrectionis simplicē tantū recipiunt stolaz̄ s. animē. Rursum in priuatis ferijs Gloria in excelsis: t duplex alleluia non dicit̄: quia nonduz̄ habemus perfectā iusticiā nec gloriā quā expectam⁹. Sz q2 ecclesia iaz̄ primā habet resurrectiōez̄ ideo alio tempore semp alleluia canit̄ preterq̄ in septuagesima. vt dictū est in ꝓhemio huius partis t sub ti. de tempore aduentus. In octauis vero pasce t in sabbato i albis duplex alleluia dicit̄: q2 tūc tempus resurrectionis representamus t in requie q̄ erit in resurrectione duplicez̄ stolā. s. aie t corporis pcipiemus: q2 erimus vtroq3 bone. i. in aia t in corpe glorioſi crim⁹ eniz̄ in corruptiōis gloria vestiti. In dñicis quoq3 q̄ sūt ab octaua pasce vsq3 ad octauā penthe. duplex alla dicit̄: tuz̄ q2 in resurrectiōe quā ipsi dies significāt corpus simul cū aia laudabit deuz̄: tuz̄ q2 duo sunt vnde letari debet a nima in die sempiterna: vnū de percepta leticia aliud de percipiēda in resurrectiōe: tuz̄ q2 resurrectio domini q̄ facta est in die dñica: est causa nostre resurrectionis future: t ideo in oibus dñicis quasi octauaz̄ dñice resurrectiōis repsentamus in ferialibus vnuz̄ qm̄ añ resurrectionē aia vna duntaxat fruitur beatitudine.

¶ Rursus ideo vsq3 ad octauā penthe. q2 in octaua etate in qua erit corpor resurrectio crim⁹ vtroq3 homine glorioſi. In oibus quoq3 festiuitatibus illo tpe occurrentibus duplex alla dicit̄: t hoc primo propter requiē t fruitionē: secundo q2 illi iaz̄ de duobus gaudent. s. de eterna quiete t diuina visione: tertio q2 duz̄ iam habeant gloriā aie secure sunt de gloria corporis: quarto q2 tunc vnuz̄ alla canit̄: q2 quiescunt: aliud q2 deuz̄ videt. Sex vero dies paschales videlz̄ inter sabbatuz̄ scm̄ t sabbatuz̄ in albis t dñici dies atq3 festiui quos celebramus ab octauis penthe. vsq3 ad septuagesimā in qbus rñsoriuz̄ t alla canit̄ recolunt actū⁹ eorum qui elemosynas largiendo infirmos visitādo: t soluz̄ que bona sunt opando per seuerantiā habendo in sanctitate quā in baptismo receperunt: sine dubio ad ꝓtemplationē dei perueniunt. Inde est q̄ responsoriuz̄ qō vitā actiuā significat: sequit̄ alla qō significat ꝓtemplatiuā sed tunc vnuz̄ tm̄ siue simplex alla dicit̄ ꝓpter causas supradictas: prius autē dicit̄ respōsoriuz̄ t postea sequit̄ alla: ꝑut supradictuz̄ est. Dñici autē dies t festiui a septuagesima vsq3 i pascha quoruz̄ respōsorijs nō alleluia: sed tract⁹ subdit̄: recolunt eos qui sunt in bonis opibus: sed videntes laborē vitiment casuz̄: naz̄ tentationibus tonduntur: sine quibus hec vita nō ducit̄. Inter responsoriū enī t alla tract⁹ est medius: qui neq3 in tanta leticia est sicut alleluia: neq3 in tanto ope vt responsoriū. In sabbato vero sancto gaudentes ꝑ neophitis nostris: q2 ab omni pecco liberari sūt canimus alleluia: sed q2 eos trahēdos varijs videmus laboribus tractū adijcim⁹ per quez labores intelligunt̄: de quo dictū est sub ti. de septuagesima t in ꝓhemio huius ptis. Quomō officia istoruz̄ septē dierū t officia dominicaruz̄ q̄ sunt inter pascha t penthe. adaptent̄ septē dona spūs sci sub vigilia ascensionis t sub sabbato in albis dicet̄. Circa euangelia q̄ hoc tēpore legunt̄ sciendū est q̄ oia pertinent ad resurrectionē: t iuxta ordinē scriptorū ponūtur. Matheus eniz̄ primo scripsit secundo marcus: tertio lucas: vltimo eniz̄ iohānes. Unde primo ponitur euangelū matthei in vigilia pasce. In ipso vero die pasce euangeliuz̄ marci in secunda t tertia feria euangeliū luce: in quarta t quinta feria t in sabbato euangeliū iohānis: in sexta feria interponit̄ euangeliū matthei. ¶ Sanc i euangelijs vigilie t dieī tāz̄ agit̄ de annunciatione resurrectionis facta ꝑ angelum: in alijs de visione. Conueniebat enim vt pri⁹ annunciaretur domini resurrectio: t postea ad maiorem fidem faciendā corporaliter ipse ab hominibus videretur. Tria vero iohannis euangelio omnino p̄ postere posita sunt. Primum nanq3 fuit quod legitur in sabbato postea quod legitur in quinta feria: t aliquanto tēpore post qō in quarta feria legitur. Nam maria magdalena cuz̄ venisset ad monumentū t nō inuenisset corpus domini sublatuz̄ credidit t cucurrit t nunciauit petro t iohāni qui cucurrerūt ad monumentū t iohannes precurrit sed nō statim introiuit sz petrus tandez̄ veniens intrauit: t postea iohannes i trauit: t cum non inuenissent redierunt ad propria: hoc legitur in sabbato. Illis redeuntibus maria remansit ad monumentum t inclinans se in monumentum vidit vnum angelū sedentem ad caput aliuz̄ ad pedes qui dixerūt. Maria qd ploras: que dixit. Qz tulerunt dominum meum t nescio vbi posuerunt eū: t tunc conuersa retrorsum vidit ihesum qui dixit ei. Mulier quid ploras: quem queris: t illa respiciens t ortulanum eum credens dixit. Domine si sustulisti eum dicito mihi: t ego eum tollam: hoc legitur in quarta feria. Aliquando tempore post petrus iuit piscatū cum sex alijs ad mare tyberiadis: vbi dominus apparuit eis in littore: t hoc legitur in quarta feria. Sed quare hec omnia. Solutio in quarta feria cantatur hoc quod cantabitur sanctis in die iudicij. Venite benedicti patris mei ꝛc̄. t in illo euangelio quod eadem die legitur dicitur q̄ dominus apparuit discipulis in littore maris t hoc bene conuenit. Maz̄ per littus maris: vt dicit beatus gregorius super illum locum: finis intelligit̄ mundi in quo dominus apparebit suis gloriosus: t tunc petrus trahet ad littus rethe plenū magnis piscibus centūquadragintatribus: nec tamē scidetur rethe. Per petrum intelligitur ordo sanctorum prelatorum qui de fluctu huius seculi ad littus stabilitatis eterne ducent eos: qui per ipsos conuersi sunt: sz hoc attribuitur soli petro propter ecclesie vnitatē. Sz quare legitur in sabbato in albis euangelium: quod tunc legitur. Respondeo q̄ officium illius sabbati cū officio precedentis sabbati sancti in multis conuenit. Nam in precedenti sabbato duplex laus cantatur: si

cut ⁊ in hoc ⁊ etiam lectioni conuenit: qz in lectione p̄
cedentis ſabbati dicitur: q̄ ſurſum ſunt ſapite nō que
ſuper terram: ⁊ in lectione ſequentis dicitur. Deponē
tes omnez dolū ⁊c. ⁊ ita tanq̄ lapides viui edificami
ni: qō nihil aliud eſt q̄ ꝙ ſurſum ſunt ſapere. Con
ueniebat igitur vt euangelium correſponderet euāge
lio quod fit in eorum principijs. Naz in euangelio p̄
cedentis ſabbati dicitur. Veſpere autem ſabbati que
luceſſit in prima ſabbati. i. diluculo. Dēit maria mag
dalena: ⁊ in euangelio ſequenti dicitur. Una ſabbati
maria magdalena venit ad monumentum cū adhuc
tenebre eſſent quod idem eſt. In hoc tamen videtur
differentia: qz dicitur ibi ꝙ venit maria magdalena
⁊ altera maria: hic non fit mentio niſi de maria mag
dalena. Sed vt ait aug. in libro de concor. euāgeliſta
rum: ideo io. ſolam mariam magd. nomiat: qz fuit ce
teris feruentior nec tamen ideo ceteras non excludit
Euangelium vero. Matth. legitur in ſexta feria: qa
dominus per paſſionez meruit ſibi dare poteſtatē i ce
lo ⁊ in terra: vel potius data⁊ notificari: ⁊ qz domin⁹
in ſexta feria paſſus eſt: iccirco legitur euāgeliū mat
th. in ſexta feria: in qua dñs ait diſcipulis. Data ē mi
hi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra. Unde aplus. Chri
ſtus factus eſt ꝓ nobis obediens patri vſq̄z ad mor
tem: morte aūt crucis: ꝓpter quod ⁊ deus ⁊c. Ubi er
go poneretur euangeliū in quo agitur a iobāne de p̄
ma viſiōe dñi que facta fuit ma. magdalene. niſi i qui
ta feria. In prima enim die non poterat poni pre
dictis de cauſis: nec in ſecūda nec in tertia nec i quar
ta nec in ſexta nec in ſabbato. Unde reſtat ꝙ in qnta
feria neceſſario poni debuerit. Aiunt quidā ꝙ licet i
ſecunda feria legatur euangelium de apparitiōe dñi
facta diſcipulis euntibus in emaus: non tamē illa fa
cta fuit in ea die ſed in precedenti. Decem etenim ap
paritiones poſt xp̄i reſurrectiōez in euangelijs inue
niuntur ad fidem noſtrā cōfirmandā: qnqz in prima
die: ⁊ quinqz poſtea: ſed in apoſtolo dicit ꝙ in die re
ſurrectionis apparuit. Ja. ⁊ quingentis fratribus ſi
mul. Et ſicut quidam dicunt in ipſa etiā die primo ap
paruit matri: vt dictum eſt in quarta parte ſub ti. ō ac
ceſſu pontificis ad altare: ⁊ etiaz Ja. qui votuz vone
rat non comedere: ſed ⁊ ioſeph qui ꝓ eo tenebaī i car
cere. ¶ Verū qz de viſiōe angelorz ⁊ de maria mag
dalena euangeliſte diſcordare videtur. Ideo aliqua
ſuper hoc preter ꝓpoſituz dicamus. Naz matthe. di
cit ꝙ mulieres viderūt angeluz ſedentē ſuper lapidē
qui tamen erat extra monumētuz. Marcus dicit ꝙ i
troeūtes ipſe in monumētuz viderūt eū ſedentē a dex
tris. Johānes dicit ꝙ maria mag. vidit duos angelos
vnū ad caput ⁊ aliuz ad pedes ſedētes. Lucas dicit
ꝙ duo angeli ſtantes dixerūt marie mag. ⁊ alijs cur
queritis viuentē ⁊c. Jo. dicit ſolaz vnaz veniſſe. ſ. ma
riaz magdalenā. Matthe⁹ duas. ſ. eā ⁊ aliā. Marcus
tres. ſ. eam ⁊ mariā matrē iacobi minorīs: ⁊ ma
riaz filiam ſalome q̄ fuit mater filiorū zebedei. ſ. iaco
bi minorīs: ⁊ io. euāgeliſte ſm criſo. tantuz ſalome fi
lia fuit. Lucas plures dicit. dicit eni. Erat aūt maria
mag. ⁊ iohanna ⁊ ma. ia. minorīs: ſubaudi mater: ⁊
cetere q̄ cuz ipſis erāt: ⁊ alie quas nō numerāt euange
liſte. Eccleſia tamē tres marias repreſentat. Rurſus
matth. dicit ꝙ mulieres certificate per angeluz: inter
quas erat precipue maria magdalena: denūciauerūt
apoſtolis dñm reſurrexiſſe. ⁊ io. dicit ꝙ maria mag.
nunciauit petro ⁊ io. eum ſublatū fuiſſe. Vera qdam
ſunt oīa q̄ dicūt euangeliſte in his: ⁊ non ſūt aduerſa
ſed ꝙ vnus minus dicit alius ſupplet. Verū enim eſt
ſicut narrat matth. ꝙ primo viderūt angelū ſedentez
ſuper lapidem quez reuoluerat ab oſtio monumenti
qui ⁊ dixit eis eū reſurrexiſſe: ⁊ adiecit venite ⁊ vide
te locum vbi poſuerunt euz: ⁊ tūc ipſe ſurgens preceſ
ſit eas in monumentuz ⁊ ſedit in dextris: ſicut narrat
marcus poſt ma. mag. vidit vnum ad caput ⁊ aliū ad
pedes ſedentes ſicut dicit io. Qui dixerunt ei. Mulier
quid ploras ⁊ nunciauerunt euz reſurrexiſſe: ⁊ tūc
ſurrexerunt ipſi vt apparerent ei ſtantes ſicut dicit lu
cas: vt in hoc quod ſurrexerunt dominum ſurrexiſſe
oſtenderēt: ⁊ cum ſtarent dixerūt ei ⁊ alijs. Cur que
ritis viuētez cū mortuis. i. eū qui reſurrexit. Cur que
ritis in ſepulchro qō eſt locus mortuorū. Ambro. di
cit duas fuiſſe marias mag. vna q̄ ſm matthe. ſciuit
dñm reſurrexiſſe: alia q̄ ſm io. neſciuit: ſz corpus ſub
latum credidit. Augu. vero de concor. euangeliſtarū
ſic ſoluit. dicit. n. ꝙ magd. cum alijs veniret dicendo.
Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti:
cum adhuc aliquantulū longe eſſet vidit lapidem re
uolutū: ⁊ ſtatim cōcurrit ad petrum ⁊ iohannem ⁊ ſi
gnificauit eis corpus dñi fuiſſe ſublatum qui venien
tes inuenerunt monumentum vacuum: ⁊ credentes
ꝙ fuiſſet ſublatū redierūt. Maria aūt iteruz adiun
xit ſe alijs: ⁊ ꝓpius accedēs cū eis vidit angelū ſedē
tem ſup lapidē: ſicut dicit. Cur queritis in ſepulchro
qō ē locus mortuoꝝ matth. ⁊c. ſicut ſuperi⁹ dicta ſūt.
zacharias q compoſuit vnuz euangeliuz ex quattuor
aliter ſolvit. dicit. n. ꝙ ma. mag. ⁊ alie venerūt ad mo
numētuz ⁊ viderunt angeluz ſedentē ſup lapidē: ſicut
dicit matth. ⁊ poſt in monumēto ſicut dicit mar. ⁊ in
de duos ſtantes: vnuz ad caput aliuz ad pedes: ſicut
lu. dicit. ſ. illuz priores cuz alio: vel eo diſperante alios
duos qui dixerunt. Cur queritis viuentē cū mortuis
⁊ ſignificauerunt eū reſurrexiſſe. Alij crediderūt ver
bis eoꝝ: maria remanſit incredula. Unde alie nūcia
uerunt diſcipulis dñm reſurrexiſſe: illa nunciauit pe.
⁊ io. euz ſublatuz fuiſſe: q̄ poſt aduentum ⁊ receſſum
eoꝝ ſola remanſit ad monumentuz: ⁊ inclinans ſe in
monumētuz vidit duos angelos ſedentes: vnum ad
caput ⁊ alium ad pedes: ſicut dicit io. qui dixerunt ei.
Mulier quid ploras. Et illa rādit: qz tulerunt domi
nuz meuz ⁊ neſcio vbi poſuerunt eum: ⁊ querſa vidit
dñm qui dixit ei mulier qd ploras: quez queris: ⁊ illa
putans euz ortulanuz eſſe dixit. Dñe ſi tu ſuſtuliſti eū
dicito mihi ⁊ ego euz tollā. Et tunc dñs eā ex noie no
minauit: ⁊ ipa tūc euz cognouit: ⁊ poſt plures locutio
nes angelorz tunc primo credidit ⁊ voluit procidere
ad pedes dñi: ⁊ domin⁹ dixit ei. Noli me tangere nō
dum enim aſcendi ad patrem meum: ſubintelligitur
in corde tuo. q. d. Quem queris tāq̄ mortuuz: nō cre
dis patri eſſe equalē: ⁊ adiecit dñs. Vade ⁊ dic fratri
bus meis. Aſcendo ad patrē meuz ⁊ patrē veſtrū ⁊c.

i.in proximo est vt ascendaz. Et ipsa cepit ire iam certificata: ꝛ inuentis alijs mulieribꝫ iuit pariter cuz eis hoc nunciare aplis: ꝛ in illa via apparuit eis dñs dicens. Auete. q̃ accesserunt ꝛ tenuerũt pedes eiꝰ. Predictuz autẽ modum loquẽdi i quo generaliter dictuz est q̃ mulieres iuerant nunciare dominuz resurrexisse: cuz tñ maria que erat vna de illis tunc incredula fuit sepe in scripturis inuenimus: sicut ꝛ dominus dicit discipulis: ꝛ me scitis ꝛ viam meam scitis cum tñ q̃ dem essent inter eos qui hec nescirent: vnde dominus tanto tẽpore vobiscuz sum: ꝛ non cognouistis me ꝛc. sed illud primo dictum est scientibus istud ignorantibus. Ita etiã dicit q̃ dñs in ascensiõe apparuit discipulis ꝛ exprobrauit icrudelitatem ꝛ duriciã cordis eorum: quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt: cuz tñ aliqui inter eos fuerint q̃ iaz crediderant: sicut petrus ꝛ alij plures: sed illud primo dictum est de incredulis: hec opinio videtur ꝓbabilior q̃ secunda. Et qõ dixit ambrosius nõ est credendum q̃ dixerit asserendo: sed alioꝝ opi. referendo licet eam argumentis ꝓbare videaꝫ: quibus iuxta p̃dictaz opi. leuiter respondeꝫ: ꝛ fere totuz qõ ipse inducit per interpretatiõez soluitur: verbi gra. qõ ipse dicit q̃ vna maria fuit ꝑm matthe. qui sciuit dñm resurrexisse hoc est falsum: q̃ alijs credentibus verbis angeli ipsa remãsit icredula. Augustinus vero nõ sic fuisse dicit vt narrat: sed narrat ita potuisse fuisse: vnde probabiliori sẽtentie non preiudicat.

¶ De secunda feria post pascha. ¶ Rubrica.

Quia per gloriam resurrectionis ipleuit dominus q̃ pmisit i veteri testamẽto vt videlicet introduceret nos in terrã fluentẽ lac ꝛ mel: ideo dicit ecclesia in introitu hui⁹ secunde ferie. Introduxit nos dñs in terram fluentẽ lac ꝛ mel. exo. xiij. q̃ xp̃s iaz introductus est: ꝛ ecclia triumphans i re. ecclesia vero militãs in spe. ¶ Epistola sumiꝫ de actibus apl'oꝝ. x. ca. Stans petrus in medio ꝛc. ꝛ intendit ꝓbare passionẽ xp̃i ꝛ resurrectionẽ: vnde dicit huic oẽs ꝓphete testimoniuz ꝓhibent. ¶ Euangeliuz duo ex discipulis. Luce. xxiiij. ca. concor. epl'e ꝺ apparitiõe dñi discipulis euntibꝫ in emaus ibi. n. habeꝫ q̃ cognouerunt euz in fractiõe panis. Quid est fractio panis nisi expositio scripture. ibi enĩ cognoscitur dñs. Responsoriuz ꝺo cõcor. cuz introitu. Dicat nunc israel. All'a nõne cor nostruz erat ardẽs ꝛc. est de scripturaruz expositionẽ. ¶ In alijs ecclesijs dicit all'a Angelus dñi matthe. vi. ca. Offertoriuz Angelus dñi ꝛc. est de testimonio apostolorũ. Post cõio. Surrexit dñs ꝛc. Luc. vlt. ca. est de apparitiõe que facta est petro. Multiplicat igit apparitiões: vt dictuz est ad cõfirmãduz fidẽ. ¶ Sane ex hodierno euãgelio sumitur alleluia nõne ꝛ offerenda. Angelus dñi ex eo qõ ibi dicit mulieres visiões angeloꝝ videsse qui dicũt eum viuere: similiter ꝛ cõio. Surrexit dñs ex eo q̃ ibi dicit: surrexit dominus vere ꝛ apparuit symoni. Ad pietatẽ ergo ptinet hoc officiuz in quo continet remoratio scripturarũ: ꝛ per pietatẽ accedit ad mansuetudinez: mansuetis aũt terra ꝓmittitur illa de qua dicitur. Beati mites: qm̃ ipsi possidebũt terrã fluentem lac ꝛ mel: vnde in introitu dicit. Introduxit nos dñs in terrã fluentem lac ꝛ mel. Et sunt hec ẏba moysi populum post esum agni de egypto ducentis. Introduxit inquã spe. sed in illa postea introducet re quam caleph dedit axe filie sue irrigatam: irriguo superiori inferiori. Irriguuz inferius timor est: superius amor: caleph etenim qui quasi cor interpretatur: dat anie deuotionẽ cuz timore pariter ꝛ amore. ¶ In hac secunda feria fit in vrbe statio apud sanctuz petrũ. propter hoc qõ in euangelio habeꝫ: ꝛ apparuit symoni: ꝛ q̃ ibidẽ dicit: nõne cor nostrũ ardẽs erat in nobis: q̃ ipse pre ceteris magis arsit dñm diligendo. Hac die pisces viuos ispicimꝰ recolẽtes cũ gaudio q̃ dominꝰ ad ꝓbationez resurrectionis partem piscis assi comedit ꝛ in tertia feria ad fontes imus: vt ibi diceꝫ: ꝛ mulieres verberabant viros: ꝛ iam in his tribus diebus est feriandum: prout sub pascha dictum est.

¶ De tertia feria post pascha. ¶ Rubrica

In tertia feria ostenditur per qõ habeatur hereditas celestis patrie. Ostenso vero in secũda feria q̃ i terrã fluentẽ lac ꝛ mel. iaz introduxit nos deus in spe. ꝛ postea introducet in re. mõ ostendit per qõ habeaꝫ: q̃ per diuinã scientiam siue cognitionẽ dñi nostri: vñ hec tota feria est de cognitione sine sapientia dei ꝛ inde introitus est. Aqua sapiẽtia ꝛc. eccl'ie. xv. c. ꝛ est septimi toni: q̃ in septez donis spũs sancti est ista sapiẽtia. In epl'a. Surgẽs paulus act. xiij. c. ostendiꝫ passio xp̃i ꝛ resurrectio per quam hec sapiẽtia habeꝫ. Qui enĩ verã fidem habet de his habet saporẽ dei hec aũt cognitio est dies quam fecit dñs. De graduali ergo patet: ꝛ nota q̃ cũ oẽs gradua les ẏsus huius ebdomade sumanꝫ de p̃s. cxviij. s. Cõfitemini q̃ est nonus post dixit dñs: hodiernus sumiꝫ de p̃s. cvj. s. Cõfitemini q̃ est decim⁹ in matutinali cãtate eo q̃ iste p̃s. exhortaꝫ fideles ad laudes dei q̃ per sapiẽtiam suã redemit ꝛ liberauit eos de quadruplici tẽtatione: q̃ liberauit eos de necessitatibꝫ eoꝝ. i. ab infidelitate ꝛ q̃ liberauit eos de necessitatibꝫ eoruz. i. a prana cõsuetudine: ꝛ liberauit eos a tedio bone actionis: ꝛ eduxit eos a versutijs heretice impugnationis. Alleluia est. Surrexit dñs ꝛ apparuit mulieribus: vl' ꝑm alios ecclesias oportuit q̃ sumiꝫ de euangelio: in alijs etiã dicitur. Surrexit dñs vere. Luc. vl. ca. i euãgelio vero: stetit ihe. ꝛc. Lu. xxiiij. ca. ostẽdit dñs ꝛ ꝓbat resurrectionem suaz discipulis suis p̃ quattuor p̃mo per consuetum modum loquendi: cum dixit. Pax vobis: loquebaꝫ enĩ eis sepe de pace: ꝛ amator pacis erat: vñ ipse dñs iquit: in me pacẽ habebitis in mũdo autẽ pressuram. Pacẽ relinquo vobis pacẽ meam do vobis: secundo per hoc qõ ostendit se palpabilez: tertio q̃ cũ eis comedit: quarto q̃ eis sensuz aperuit scripturarũ ꝛ q̃ hãc sapientiã dñs dedit per se ꝛ p̃ apl'os ideo dicitur in offertorio. Intonuit de celo dñs. i. de

apostolis: vt oēs crederēt in illū. Hec enī iquit io. scripta sunt vt credatis: ⁊ credētes vitā eternā habeatis. ¶ In postcōione q̄ est ad collo. iij. ca. inuitamur ad h̄ ne sapientiā si cōsurrexistis cū xp̄o q̄ sursuz sunt sapite ecce de sapientia. Et q̄ de sapiētia habet in hac secunda feria: ideo fit statio ad scm̄ paulū q fuit sapiētior oibus aplis: seu cui dñs singulariter aperuit itelligentiā scriptur arū: de q̄bus legit in euangelio ⁊ introitu. Unde ipse dicit nō a me nec ab homīe accepi euangelium meum: sed per reuelationē dñi mei ihesu xp̄i: vel q̄ per euz maxime adimpletū est qō in euangelio legitur scilicet oportuit p̄dicare penitentiam in oēs gentes: ideoq̄z ⁊ eius predicatio legitur i hodierna lectione actuū apl̄orū. Hac die viri verberāt mulieres: put sub pascha dictuz est. Hac etiam die ad fōtes imus: p eo q̄ hodie i introitu viri bri aqua sapiētie potati referunt: ⁊ in offertorio fontes aquarū apparuisse memorentur.

¶ De quarta feria post pascha. ¶ Rubrica.

Ostenso in tertia feria de celesti p̄ria: ⁊ p̄ quod habeatur: ostenso etiam in. ij-feria q̄ i errorem fluentez lac ⁊ mel introducimur: ideo nūc in hac quarta feria inuitamur ad illaz. Unde introitus est. Venite benedicti patris mei ⁊c. matth. xxv. ca. quia vero dicit dñs penitentiā agite appropinquabit enim regnum celorum: ⁊ quia ibi nō intrant nisi purificati per penitentiaz: ideo beatus petrus in epl̄a Aperiens. act. iij. inuitat indeos ad penitentiā: ideo autem ad penitentiā inuitatur homo: vt de filio dyaboli fiat filius dei: ⁊ hec mutatio dextre excelsi: propter qō in rūsorio habet. Dextra dñi fecit virtutez. ¶ Sequit alla de resurrectione. Surrexit dñs ⁊c. ⁊ in alijs ecclesijs est. Xp̄s resurgens ⁊c. Sēp enīz in his diebus aliqua de resurrectiōe dicunt. In alijs. n. dicit. Cuz sederit. matth. xxvj. c. ¶ Quia vō hec mutatio fit etiā q̄n hoīes fiunt filij dei ꝑpter predicationē: ideo in euāgelio manifestauit se ihesus io. xxj. c. dicit dñs: mittite in dextrā nauigij rethe. hoc facit qui tm̄ p̄dicat ꝑpter deuz: ⁊ tūc trahunt magni pisces: postea dedit eis piscez assum. Piscis assus xp̄s passus hec erit refectio in patria cuz comedemus panem angelorum: de quo in offertorio. Portas celi ⁊c. Post cōio est xp̄s resurgēs. Ro. vj. ca. Et q̄ btūs laurentius fuit vnus de magnis piscib⁹: ⁊ fuit assat⁹ pro xp̄o: ideo fit statio ad beatum laurentium.

¶ De quinta feria post pascha. ¶ Rubrica.

Quinta feria est de conuersione gentium ꝑpter passionē ⁊ resurrectionē: vnde introitus est. Vi etricez manuz tuaz laudauerunt parit xp̄iani q̄ sapientia aperuit os mutoz Uñ isa. xxv. c. Tūc claudus saliet sicut ceruꝰ: ⁊ apientur lingue mutoz: qō factū est q̄n xp̄s demōes ejciebat ⁊ faciebat hoīes mutos log. Uñ i euāgelio. Erat ihesus ejciēs demoniū ⁊ illō erat mutū. ¶ In epl̄a vō. Angelus dñi. act. viij. significat conuersio ista gentium. Uñ dicit ibi de eunucho q conuersus ē a philippo q interpretat os lāpadis siue os illuminās: q̄ q̄n q̄ ꝑ scripturaz ispectiōez vl̄ p̄dicatiōez querit hō: vt ḡti les q signant ꝑ eunuchū: q̄n q̄ vō ꝑ ispiratiōez quertitur ad dñm: vt habet i euāgelio qō appuit ma. mag. ¶ Quia vō p̄ conuersiōez gentiū fact⁹ est xp̄s lapis āgularis: iō in vsu rūsorij habet. Lapidē quē reprobauerūt edificātes ⁊c. Et q̄ va conuersio fit p penitentiā: ideo sequit alla matth. xxvj. In die resurrectōis mee dicit dñs. Precedā vos in galilea. i. intrā migratione de vicijs ad vtutes. ¶ Euāgeliū. Maria stabat. Jo. xx. c. est de apparitiōe dñi. Ma. mag. in specie ortula ni siue pegrini: q̄ peregrin⁹ ē deus hōi q̄diu est i peccato. ¶ In offertorio i die solēnitatis. exo. iiij. ⁊. xiij. c. silr ꝑmittimus quertentib⁹ vera beatitudo. ¶ In post cōione vō ppls ⁊c. i. Regis. ij. c. ad laudandū in uitamur. Et fit statio ad scōs aplos q̄ in philippo q interpretat os lāpadis itelligunt oēs apli: ꝑ quoz p̄dicatiōez conuersio gentiū facta est. Itez q̄ fratres dñi ō quib⁹ in euangelio legit sunt apli: per quos os muti apertū est ⁊ deserte lingue infantiū: iō statio fit ibi.

¶ De sexta feria post pascha. ¶ Rubrica.

Sexta feria est de institutione baptismi: vnde introitus est. Introduxit eos dñs. s. de egypto. i. ō tenebris peccati ⁊ inimicos eoz operuit mare. i. baptismus ⁊ subijcit ibi ter alleluia ꝑpter liberatiōez ab hostibus ⁊ donū gratie. ¶ Postmodū legit epistola xp̄s semel i. pe. iij. c. in qua btūs pe. agit de baptismo ⁊ de archa noe sicut in diluuio per archā salue facte sunt aie liczpauca. s. viij. similiter ⁊ in baptismo: q̄ sicut in aquis diluuij q̄ inundauerūt totū mundū mūdus a peccatis purgatus est: ⁊ per archā aie salue facte sunt: ita ⁊ in aq̄is baptismi in quo oīa peccata mundata sūt p ecclesiā saluati sumus. ¶ Sequit graduale. Hec dies quā fecit dñs. versus. Bñdictus qui venit in noīe dñi. Est enī hō qui ꝓsecrat baptisma: sed deus est q inuisibiliter baptizat. Uñ sequit deus dñs ⁊ illuxit nobis. s. per illuminatiōez baptismi ⁊ p illuminationē legis dñi. Alleluia est Angelus dñi cū duplici versu sic in die pasce in q̄busdā ecclesijs: q̄ in hac die agit de institutiōe baptismi. vnus vsus est ꝑpter xp̄i resurrectionē in corpore alius ꝑpter stolā aie q̄ in baptismo suscipiūt baptizati. ¶ Euāgeliuz vero est de institutione baptismi ꝟm matth. vlt. c. vndecim discipuli abierūt i montē quē ꝓstituit illis ihesus: ⁊ sequit ibi. Euntes docete oēs gentes baptizantes eos in noīe. pa. ⁊c. ¶ Et q̄ i mēoria debem⁹ hāc festū diē ꝑpter institutionē baptismi: iō sequit in offertorio: erit nobis mēorialis dies ista ⁊c. Exo. xij. ⁊. xiij. c. mēorialis quidē esse dies i qua de vicijs ad vtutes trāsimus: hec enī dixit moyses ō die pasce. ¶ Postcōio. Data est mihi oīs ptās matth. vl. c. Q̄ vō btā vgo credit interfuisse institutiōe baptismi: q̄ vt hiero. ait ih̄s apō nazareth i domo eius actū est: iō hac die fit statio in ecclesia eius.

¶ De sabbato in albis. ¶ Rubrica.

SEquitur de sab/bato in albis in quo ẽ itroitus: Eduxit dñs pplm suũ in exultatiõe: hoc maxie i extremo sabbato fieri itelligimus qñ erit verũ sabbatũ. sed ne iudei credant hoc dictũ esse de se. sequit in epla pme pe. ij. c. Fratres deponentes oẽm maliciã t dolũ tc. Sequit duplex al leluia sine graduali. Primo qz nũc ẽminat septuagesima postq̃ segt octaua resurrectõis: qñ hẽbit duplex stolã aie. s. t corporis: t cessabit labor opis: de quo dictũ ẽ in ꝓphemio huius ptis. t sub ti. de. vij. dieb⁹ post pascha: t i q̃rta pte sub ti. de alla. scõo qz in die iudicij plenũ erit gaudiũ ꝓ dñica t nra resurrectõe. tertio geminat alla: qz tunc erit leticia sẽpiterna: qz. n. erit leticia vnũ alla qz sẽpitna scõm ꝓcinit alla. q̃rto qz i octaua resurrectiõis oĩs sollicitudo ꝓponet: qõ significat in hac. viij. die in qua vestis cãdida siue chrisimale deponit. iõ i albis nõ cãtat graduale sz duplex alla quia tunc erimus i albis. Itẽ q̃tũ ad resurrectionẽ dñi non dz graduale cãtari: neq; q̃tuz ad baptizatos: t iõ cantat vnũ alla ꝓ baptizatis. s. Laudate pueri dñz t aliõ de resurrectione dñi. s. Hec dies. Preterea iõ post alla hec dies: sequit alla: Laudate pueri. qz de leticia aiarũ trãsient ad gloriã incorruptibilẽ corpoz. Euãgeliuz vero: vna sabbati. Jo. xx. c. est de duobus discipulis q currebãt ad monumentuz Pe. s. t Jo. q significãt duos ppl̃os: cucurrit tñ citius Jo. i. Judaicus pplus: qz babebãt ꝓphas. s. Hieremiã Jsaiã t alios q de passione dñi loquunt. sz Pe. citius itrauit. i. gẽtilis ppls nõ tñ itrauerunt iudei i multitudie. q eni credit itrat: sicut dicit aug. Et attẽde qz epla t euãgelium huius sabbati cõcordãt cuz epla t euãgelio sabbati sci: put dictũ ẽ sub ti. de. vij. diebus post pascha. In offertorio vero ỏ illuminatiõe post baptismuz agnit grates. Bñdictus q venit tc. Postcõio ẽ: Oĩs q i xpo baptizati estis xpz iduistis. Gala. iij. Die ista fit statio ad eccliaz bti Jo. i laterano. qz. n. ibi i pcedẽti sabbato baptizati sunt pueri: t i. viij. die in lege circuncidebãt: iõ recte hac die ibi queniunt vt hoc spũaliter agat i baptizatis. t hoc est qỏ dr i epla deponẽtes oẽz maliciã t oẽz doluz tc. q̃si mõ geniti infãtes: ne p fenestras gnq; sẽsuum intret mors. Br autẽ ad horas caplm. Xps resurgẽs. Ro. vi. c. t illud: expurgate vetus tc. ad Cor̃i. v. c. t illỏ: Xps pascha nr̃ ẽ. i. pe. ij. Quia vero i tota septuagesima q̃ vsq; ad hãc diẽ ꝓtẽdit pniaz egimus: iõ eccl̃ia hodie celebrat i albis: vt magis ac magis albi simus: sicut dñs ait in euãgelio Mat. iij. agite pniaz appropiq̃bit eni regnũ celoz: q̃re hoc sabbm dr i albis dcm ẽ i l̃b pascha. Hac die dñs papa distribuit agn⁹ dei. Alicubi ẽt distribuit cereus paschalis: de quo dcm ẽ sub sabbato sancto.

¶ Alia expositio dictoz. vij. dieruz. ¶ Rubrica.

PRotest etiã alit dici q iõ in pmissis. vij. diebus baptisma lia celebrant officia. vel qz baptizati sapientia septiformi docent. vel qz ipsoz ipis vniuersitas diez septenario volut quibus qz fides spes t charitas ꝑcipue sunt necessaria: ideo tribus psalmis vtimur in nocturnis. Singuloz aũt diez officia sic possumus. vij. spiritibus t bitudinibus coaptare. Officiũ qdẽ dñice resurrectionis ptinet ad timorẽ quo timemus terribilẽ snĩaz iudicis. Cũ eni dicet pat rex t iudex oĩuz: Resurrexi t adhuc in suggillationẽ inimicoz dicentiũ: qñ morietur t ꝑibit nomen eius: tunc magnus erit timor t tremor. vñ t i offertorio: Terra tremuit tc. spũs timoris vt fundamentum ponit: sed q̃re a timore icipiẽtes in sapia terminamus cũ Jsa. cepit a sapia t descenderit ad timorem respõdeo Jsa. saluatorẽ ỏscripsit q carnẽ assumẽdo descẽdit. nos vero de terrenis ad celestia tendere conamur: t ideo gradus ascendẽdo ꝓnumerare ỏbemus: vt a timore ad sapientiã puenire possumus. In scõa feria legit euangeliũ de duobus discipulis euntibus in emaus qbus dñs apparuit t scripturas moysi t oĩum ꝓphetaz aperuit. Et attende qd lz hodie legatur euangeliũ de apparitione dñi nõ tamẽ hodie sz beri appitio fuit. Ad pietatẽ ergo ptiet hoc officiũ i quo cõtinet rememoratio scripturaz: t accedit ad mãsuetudinem: put ibi dictũ ẽ. In tertia feria legit euãgeliũ Stetit iesus. vbi multipharie suã resurrectionẽ ꝓbat. s. p visuz t tactuz p gustuz etiã t p auditũ cum scripturas etiã exponit qỏ ptinet ad sciẽtiã. vñ in itroitu. Aq̃ sapiẽtie tc. Beati viri potati referũt. in offertorio. Intonuit fontes aquaz apparuisse memorant. in postcõione. Si cõsurrexistis q̃ sursuz sunt q̃rere t sapere iubent. t in euãgelio sensus ad itelligendum scripturas discipulis aperit. Scripturaz qppe itelligentia t sciẽtia lamenti t luctus ẽ cã effectiua. Qui eniz legit i scripturis ꝓpheras t coz dñm occisos quoquo mõ dolore mordet: t q̃to qs petã sua itelligit tanto in luctum t penitentie lamentum ꝓrumpit. Licet igitur his diebus sit gaudijs vacandũ: tamen ineptam leticiam removeamus: ne carnes agni sine lactucis agrestibus comedamus: qz beati qui lugent. In q̃rta feria legitur euangeliuz de discipulis piscantibus quos dominus invitauit ad prandium: t dedit eis panem t piscem assum. i. christum cognoscere deuz t hominem passũ est. illa que quidem est saturitas: de qua dicitur. Beati qui esuriunt t sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur: quod ergo dicitur ibi: Venite prandete. hoc ẽ quod cantatur in introitu: Venite bñdicti patris mei perci. reg. Hoc enim regnum est prandium eternum vbi erunt pisces magni: sed vnus super prunas nõ passionis sed amoris. Rationabiliter aũt feria quarta nobis a christo regnũ ꝓmittitur: quia in quarta etate regnauerunt Ba. t Salo. in quorum manibus christi regnum spãlius t plenius significatur. t qz Pe. supradictum rethe traxit in terram. ipsi eniz cõmissa ẽ eccl̃esia ipsi specialiter dictum est: Pasce. o. m. ideo ꝓ epistola sumitur eius predicatio: de acti. apo. Ad saturitatem quoq; ptinet offerenda portas celi aperuit ꝓphetas q̃ predixerunt angelos qui annunciauerunt Mariam que genuit. aplos qui ꝑdicauerunt. doctores q exposuerũt. p os oẽs pluit dñs mãna in ore egẽtium animaz. i. dei verbuz vel corporis sacrm: vt non deficerent in via tendentes ad patriaz vbi comedent

panē angelox. versus gradualis. Dextra dñi fecit virtutē. cōgruit illi verbo cuāgelij: Mittite in dextrā navigij rethe. t ē sensus. dextra dñi fecit virtutē q2 potentia verbi mihi vniti fecit me vicere mortē: iōq3 dextra dñi exaltauit me. i. laudabilē me fecit. Et repetit: dextra dñi fecit virtutē: vt oñdat resurrectiōis q̄litatem. s. eternā. Dñ̄ sequit̄: nō moriar sed viuā. iuxta quē sēsuz canimus cuz ap'o in alla t cōione: xp̄s resurgēs: t p tinet hoc ad fortitudinē. Et q2 btūs Lau. fuit piscis assus fortis in esurie: t esuriens in fortitudine: iō fit ibi statio. ¶ Officium gnte ferie ptinet ad cōsilium t misericordiā: Magnuz enī fuit ꝓsiliuz peccatricis pedes leuātis cuz lachrymis vt misericordiā ꝓsequeret̄ put in euāgelio dr̄. ¶ Officiuz sexte ferie ptinet ad mundiciā cordis t corporis. In baptizato nāq3 de quo ibi agit̄ lauant̄ corpus t alia. Et q2 mundis cordibus visio dei ꝓmittit̄ vt ibi dictuz ē: Beati mundo corō: qm̄ ipsi deuz videbunt. t p̄ imundiciā ad itellectuz puenit̄ iō recte in euāgelio dr̄ q̄ trāsmigrātes deuz videbunt. ¶ In sabbato legit̄ euāgeliuz in quo dr̄ q̄ hz Jo. precurrerit: tñ Pe. sequēs citius in monumēt̄uz itrauit: t postea Jo. Hi ꝓut dcm̄ est ibi: sunt duo ppli. Pe. significat gentes q̄ posterius venerunt ad noticiā passiōis hz tñ ꝓmitus crediderunt. Jo. synagogā q̄ in lege t prophetis p̄us audiuit dñi passionē: hz nōduz credere in mortuū voluit: credet autē cuz israel salus fiet. ¶ Bē bis duobus pplis. s. credētibus t nō credētibus logit̄. Pe. in epla: deponētes tc̄. Be credētibus dr̄ in itroitu Eduxit dñs popu. s. in ex. Eduxit. n. dñs israel de egypto cuz auro t argēto. hz illis i deserto murmurātibus t iō ꝑeuntibus eduxit eos q nō murmurauerunt ō deserto in terrā ꝓmissiōis: t ꝓpter cosdē dimittim9 graduale. t duplicat̄ alla: qa tunc neophiti laborabant: nunc deuz voce t ope laudāt. Ad eosdē pertinet alla. Laudate pueri dñm. totus. n. ipse psalm9 ad lectionē dirigit̄ gētium qō eius illo fine ꝓbatur. Qui habitare facit sterilē in domo. Eisdez pueris cōuenit qō cantur i offertorio. Bñdictus q venit in noie dñi. Hunc. n. versiculum cātauerunt pueri occurrētes dño ad passionē veniēti. Qō sequit̄: Bñdiximus vobis de do. dñi. adiecit mater ecclesie dicēs pueris suis. Bñdiximus vobis. i. significauimus vos baptismo nos qui sumus familia dñi: q2 dñs deus illuxit nobis. Sequens versus Hec dies. ad gaudiuz spectat credentiū ille alius: Lapidē quē reprobauerunt. ad ſuggillationē pertinet indeox. Ad eosdē credētes ptiet postcōio. Bēs q i xp̄o tc̄. ptinet igit̄ officium istud ad pacificos q filij dei vocabunt̄. Bedit enim dñs his qui credunt in noie eius filios dei fieri: quibus datur sapientia perfrui.

¶ De prima dñica post pascha. ¶ Rubrica.

IN octaua pasche icipit tp̄s regressiōis seu recōciliatiōis put dictū est in ꝓhemio huius partis. ¶ Sane in hac die dñica in gbusdaz eccleſijs fiūt octaue pasche: t dicūt rñsoria de die dñica: t itroitus. Resurrexi. t graduale qō derelictū erat resumunt hītes respectum ad generalē resurrectionē ad cuius gloriā per gradus ascendit̄. Xp̄i enī resurrectio in. vij. etate facta est. Sz cum paschalis solēnitas significet illam octauā que sequit̄ septenariū huius vite. Quer̄ quare hz octauas cū etiā eius solēnitas ꝓtendat̄: nō tm̄ p octo dies sz etiā vsq3 ad diez penthe. Rñdeo q2 resurrectio futura significata ē per circūcisionē: q̄ octana die mādata est: cuius vere circuncisionis octo sunt beatitudines: quax octaua redit ad primam: t ideo ad repzesentandū has beatitudines. solennibus. vij. dierum officijs celebramus octauas dominice resurrectionis que, est causa t signuz nostre future circuncisionis. Has beatitudines coaptat Aug. in li. de doct. christiana. vij. spiritibus omittēs vltimā: quia redit ad primam. gradatim enīz a timore peruenitur ad sapientiam. vnde Initiū sapientie timor dñi. de hoc dicetur i ꝓbemio. vij. partis. ¶ Quia ergo nouiter baptizati sunt pueri: t q2 multos nouellos i q̄dragesima genuit ecclesia: t q2 in illo tempore fuerunt apli pueri ꝓpter quod dñs fuit cum eis quadraginta diebus post pascha istruens eos in fide: vt possēt oio fieri spūales: t vt vererentur ignē spūs sancti: propter istas tres causas siue nouitates: instruit nos ecclesia i fide in hoc tempore. Et ideo in prima q̄dena legunt̄ Apoc. t Act. apo. in quibus libris habet̄ de. vij. signaculis: vz de icarnatione: natiuitate tc̄. que xp̄us solus aperuit: que sunt maxima principia fidei nostre. Post modum in alia quindena cantatur in responsorijs ō psalmis: t in lectionibus leguntur epistole canonice vsq3 ad ascensionem domini: vt supza fidem edificent̄ bona opera. psalmi enim t epistole bona opa ōsignāt. ¶ Et attende q̄ ante resurrectionem lex t ꝓphete legebant̄: post resurrectionem vero Apoc. t epistole canonice que sunt ap'ox scripta legunt̄ t cantibus inbilant̄. Lex enim t ꝓphete christi passionem t resurrectionem p̄dixerunt: sed apli iam factam annunciauerunt t testificati sunt: ideoq3 responsoriū illud cantat̄ virtute magna reddebant apostoli testimoniuz resurrectionis. Rationabiliter quoq3 legitur apo. t cant̄: eo q̄ in eo visio xp̄i t angelox collocutio memoratur. In illa enim vita quā pascbale significat tp̄us: anime visione trinitatis t angelox consortio cōgratulabūt. Legitur aūt apo. cum historia dignus es dñe: alla in cipit. Ego sum vitis vera. ¶ Quod autem in quodā responsorio dicitur decantabat populus israel alla: t vniuersa multitudo iacob canebat legitime: t Dauid cum cantoribus cytharam percutiebat in domo domini. illud respicit q̄ regno Saul destructo. i. mortis imperio: arcba. i. humanitas saluatoris in qua fūt māna. i. verbum. t tabule testamenti idest thesauri sapiētie t scientie dei absconditi in hierusalem ducitur: t i tabernaculo collocatur: vt eterna pacis visione fruatur: t ad patris equalitatem glorioſus exhibeatur. Cum autem superius de temporibus infantie saluatoris paululum dixerimus esse legendum. nunc vero scripta ceterorum apostolorum: patet q̄ toto tempore siue ante passionem siue postea quo domini presentia memorat̄: cōgrue p̄cones no. test. loquūt̄ vt q̄si ab vberibus spōsi filij cōsolatōis lacte potent̄. Benanq3

scripture sunt vbera de qbus dr: meliora sunt vbera tua vino de qbus nos sic reficiat: ds cuius misericordia plena ē terra: vt oēs de ipsius plenitudine accipiamus. Et nota q ꝫm romanū ordinē legunt. ix. lectōes in dnicis a pascha vsqꝫ ad pēth. put dictū ē sub tit. de vij. diebus post pascha. ꝓpter nouitatē aūt triplicez q̄ dicta ē icipit introit: q̄si mō geniti ꝛc. i. Pe. ij. c. In epla vera in fide instruimur q̄ icipit: oē qđ natū est ex deo vincit mundū ꝛc. i. Jo. v. c. Ostendit fidē p testimoniuz in celo ⁊ in terra ⁊ in yscia. In terra cū dicit: tres sunt qui testimoniū ꝓhibent in tra: spūs: aqua: ⁊ sanguis. quia enim clamore magno dns emisit spūm. ⁊ q ex eo iam mortuo exiuit sāguis ⁊ aq̄ indiciū fuit humanitatis. ⁊ bi tres vnū sunt. i. vnū significāt. Tres ꝓbent testimoniū in celo: pr̄ in voce: verbū in carne: spūs in colūba: ⁊ bi tres vnū sunt de testimonio yscie sequit in epla: qui credit in filiū dei: iam in se testimoniū dei hz. i. hoc dictat ei cōscientia. sequit duplex alla. in dnicis enim ⁊ festiuis diebus ab hac die vsqꝫ ad pēthe. canit duplex alla: de quo dictū est sub ti. de. vij. diebus post pascha ⁊ sub sabbato in albis ⁊ sub septuagesima. primū alla est post dies octo. Jo. xx. c. Euangeliū: Cū esset sero. Jo. xx. c. est de duabus apparitionibus. prima oībus aplis i ipa die pasche excepto thoma. alia octaua die pñte thoma qui vidit ⁊ credidit ⁊ tetigit ⁊ dixit: dns meus ⁊ deus meus. aliud vidit aliud credidit: vidit humanitatem ⁊ credidit deitatē: ⁊ cōgruit factū iterpretationi nois. thomas enī interpretat abyssus. non ꝓfunde itellexit: q ex eis q̄ exterius vidit deitatis ītima penetrauit: postmodū inuitauit nos in euāgelio beat⁹ Jo. ad credendū ab vtili ⁊ honesto. vtile est enī nobis credere: vñ dixit: Multa signa fecit ihesus q̄ nō sūt scripta i libro hoc. Postcōio ē. Mitte manū ꝛc. Jo. xx. c.

¶ De scda dnica post pascha. ¶ Rubrica.

Sequitur de secunda dnica post pascha: q̄ enī ꝓ xp̄i resurrectionez illuxit deus nobis: nō tantuz paruulis sz etiā pfectis: iō hec dnica de pastoribus ē q debēt plene imitari xp̄m vñ itroitus ē: misericordia dni plena ē tra: ea enīz non tm̄ paruuli sz ⁊ magni repleti sūt: ⁊ ideo sicut añcedēs dnica fuit de paruulis: sic ista est de pfectis. vñ sequit. verbo dni celi. i. apli firmati sunt. ⁊ q̄ Pe. loquitur ad pastores in epla: Christus passus ē pro nobis ꝛc. i. pe. ij. c. ideo nūc fiunt synodi ⁊ fit statio apud sanctū Pe. In fine enī dr: cōuersi enī estis ad pastorē ⁊ episcopū animax vestrax. Duo alla dicunt primū. s. cognouerunt discipuli ꝛc. est de resurrectiōe. in alijs tm̄ ecclesijs dicit: Surrexit dns. Mat. vlt. c. aliud. s. Ego sum pastor bonus ꝛc. Jo. x. c. est de ꝑlatis: euangelium vero. Ego sum pastor bonus. Jo. x. ca. est de bonis ꝑlatis ⁊ mercēnarijs. Offertoriuz est: Deus deus meus ad te de luce vigilo: q̄ ꝑlati debent semꝑ vigilare: vñ in canticis canticox dicit. Inuenerunt me vigiles q custodiunt ciuitatē. postcōio similr̄ ē de ꝑlatis. Ego sū pastor bonus.

¶ De dnica tertia post pascha. ¶ Rubrica.

In pcedentibus duab⁹ dnicis onsū est q̄ parui vl magni ꝓ xp̄i resurrectionē pleni sunt misericordia dni pui cū dr in itroitu pcedētis dnice. Misericordia dni plena est tra magni cuz dr ibidē: Verbo dni celi firmati sunt. In hac vero tertia ⁊ in sequentibus duabus dnicis añ ascensionē hortatur nos eccl̄ia ad iubilum ⁊ exultationez ꝓpter xp̄i resurrectionē ⁊ ascēsionē. vñ itroitus huius dnice incipit. Jubilate deo oīs tra ꝛc. ⁊ ibi sequit alla: q̄ iubilus est exultatio mentis hīta de eternis. soli autē deo iubilanduz est: sequit ps. Dicite nōi eius. i. hilari opatiōe ipsum laudate: ⁊ sequit similr̄ ibi vnum alleluia: q̄ ab vna radice ortum habēt oia talia. i. a charitate. sequit date gloriam laudi eius. ⁊ ibidē ⁊ in fine sequit triplex alleluia: q̄ a potentia pr̄is ⁊ sapia filij: ⁊ a benignitate spūs scī ꝓcessit: qđ nos liberauit per passionē ⁊ resurrectionē suā: ⁊ ideo laudādus est deus. hz autē fit exultatio tamen incutit timor: ne spes sine timore luxuriet in pr̄sumptione. vñ segt̄ versus: Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua dne. dz enim timere nouus ppl's: q̄ iudei excecati sunt q erant ppl's peculiaris dni: qui hz apposuissent custodes tamen dixerunt: venerūt discipuli eius ⁊ furati sunt eum. ⁊ hoc ē qđ dicit ps. Dentient tibi. i. ad honorē tuū: q̄ ex hoc magis cōfusi sunt inimici tui. i. iudei. ⁊ sequit ibi. In multitudie virtutis tue. q. d. hz vidissent multa miracula vz solē obscuratū ⁊ petras scissas. in hoc ē etiā multitudo virtutis dei q̄ mēdacia inimicox vertit in suū honorē. In epla vero monet Pe. baptizatos vt ābulent in nouitate vite abstinentes a carnalibus desideriis dicēs: Obsecro vos fratres tā q̄ aduenas ⁊ pegrinos abstinere vos a carnalibus desideriis. i. pe. ij. c. ⁊ cōcordat cū introitu: gaudete spū desipit oīs caro. q̄daz eccl̄esie dicunt alla: Xp̄s resurgēs. Ro. vi. c. Euangeliuz ē de resurrectiōe. Modicuz ⁊ nō videbitis me. modicuz. i. a morte vsqꝫ ad resurrectionē: itex modicuz ⁊ videbitis me post resurrectionē: ⁊ modicuz q̄ vado ad patrē. Jo. xvi. c.

¶ De dnica quarta post pascha. ¶ Rubrica.

In quarta etiā dnica inuitamur ad iubileum ⁊ spāliter inuitant ad hoc gētes. vñ itroitus sūptus ē de ps inuitāte ad cātuz q icipit: Cātate dño cāticū nouū q̄ mi. fe. Bernard⁹ iquit: Tria fecit dns mirabilia in icarnatiōe sua. Primū q̄ mater esset virgo scōm q̄ deus fieret hō. tertiū q̄ ꝑdicta pōt credere carnalis hō. segt̄ ibi: añ cōspectū gentiuz reuelauit iusticiā suā. i. filiū suum. Sequit versus: Saluauit sibi dexterā eius ꝛc. Et q̄ per fidē vniti sūt duo populi. s. gētilis ⁊ iudaicus: iō in oratione habet. Deus qui fidelium mētes vnius efficis volūtatis ꝛc. Rursus q̄ ista dnica quarta appropinquat ascensioni: iō dicitur euangelium: Vado ad eum qui me misit ⁊ nemo ex vobis ⁊ cetera. Jo. xvi. ⁊ post. expedit vobis vt ego vadam ꝛc. Ostenditur enim causa iubili. s. ascensio. huic

cōsonat principiū epl'e beati Ja.i.c.omne datum optimum:t oē donū perfectū desursū est descendēs a patre luminū. ¶ Sequīt in euangelio. Cuz venerit paraclytus.arguet mundū de peccato.i.de infidelitate. fides enim pctīn excludit.vnde arguere de hoc peccato est arguere de omni peccato:t de iudicio t de iustitia.dicit ergo de peccato.s.quod habent. De iustitia quam non habent.s.sanctoz.qz vado ad patrem.i.in cordibus sanctoz hoium:perducendo eos ad patrez per cognitionem dei bonam:t extollendo eos ad patris conformitatem:t tñ volunt hoies sanctis assimilari. De iudicio qō nō timent:qz princeps mundi huius iaz iudicatus est t adhuc sequunt damnatū t sufficeret de duobus arguere.s.de fide quam nō habent t habere possent si vellent:t de iustitia siue ō bona vita in qua non imitant scōs:t ideo adiecit verbum timoris.s.de iudicio qp debent tales subire.Sequīt ibi: Et quecunqz audiet loquet.t huic cōcordat finis epistole:Suscipite cum mansuetudine insitū verbuz ꝛc. Si enim spūs sanctus audit q̄ loquitur.multo fortius oz homo audire t expectare donec deus in ipo loquatur:qz qui de seipso loquitur mendacium loquitur.

¶ De dominica rogationum. ¶ Rubrica.

Quinto loco sequitur de dñica rogationuz in qua instruct̄os p quattuor dñicas quasi ornatos quattuor cardibus virtutib⁹ monet annūciare alijs:vt q audit dicat vēi t cortina cortinā trahat:extra de sac.vnc.c.vnico.dicens in introitu que est Jsa.lxiij).c.fm aliam translationē vocem iocunditatis.i.no.tes.in quo ,pmissa reddunt non temoris:sicut vetus lex fuit.tnnunciate ꝛc. ¶ Hec aūt dñica dicit rogationum ,ppter ,ppinquam ascensionem dñi quā qz nos sequi nō possumus:ideo in ore docemur petere dño:que petenda sunt.s.vt cognoscamus t faciamus. Dicit enim oratio. Largire qs dñe supplicibus tuis semper spiritum cogitandi q̄ recta sūt ,ppitus t agēdi ꝛc. Unde in epistola redarguit beatus Ja. eos qui volunt cognoscere t non facere dicens. Estote factores verbi t non auditores tantum ꝛc. Ja.i.c. q̄daz ecclesie dicunt alleluia. Nonne cor nostrum ardēs ꝛc. Luce.vlt.c.t vsq; mō ꝛc. Jo.xvi.c. In euāgelio vero. Amen dico vobis ꝛc. Jo.xvi.c. ostendit quid debeamus petere.s.eterna dicens:vsq; modo nō petistis oc q̄.qui enim petit temporalia nil petit qm̄ in eis q̄ non quiescunt quies esse non potest.vñ sequitur: Petite t accipietis qz dextra dñi semper aperta est.

¶ De rogationibus. Rubrica.

In tribus diebus ante festū añ ascēsionis dñi fiunt rogatiōes q̄ dicūtur letanie. Letanie antez grece apud nos supplicatio seu rogatio est. In qua ecclesia sācta deuz rogat:vt q ōstruxit consilium achitofel.destruat consilium eoz qui volūt viuere sup pacem eius:tunc etiā supplicamus deo vt nos a morte subitanea t ab omni infirmitate defēdat rogamus vero scōs vt p nobis apud deū itercedant. Et denoiat̄ greco vocabulo letania ,ppter auētez linguc grece:,put dictū ē sub pascha. ¶ Est aūt duplex letania.s.maioz t minoz. Maioz ē in festo bti Marci q̄ inuenta fuit a bto Greg. ,ppter pestē inguinariā seu ī fiaturā inguininū:cuius institutiois cās Pau. montis cassini monachus lōgobardoz historiographus ita describit dicēs:q; tpe pelagij pape tāta fuit iundatio aquaz p italiā q; aque ascenderunt vsq; ad supiores fenestras tēpli neronis qō erat rome.nec aq̄ itrabant templū:tunc p tyberim effluxit multitudo serpentū inter quos fuit maximus draco:ex quoz flatibus aer ē corruptus:t inde emersit pestis iguinaria:q̄ homines passim t subito morieban̄:t cū pene totus romanus ppl's deleret̄:Pelagius papa omnibus iciunū t processionē indixit. Sz in ipsa ,pcessione ipse cū.lxx.alijs expiranit cui substitutus ē Greg.primus q t magnus dictus est:t hanc letaniā vbiq; terrarū seruari ,pcepit. iōq; hec letania dr̄ gregoriana vel romana. Vocatur etiā cruces nigre:qm̄ in signū merozis ex tāta boium strage t in signū pnie homines nigris vestibus induebant̄:t cruces t altaria nigris velebātur. Tertio etiā mō dicitur ,pcessio septiformis eo q; beatus Greg. septeno ordine iri in ea in maioribus ecclesijs ordinauit Jn primo ordine sunt clerici.in secundo religiosi.i tertio sancte moniales.in quarto pueri.in quinto laici p fecte etatis.in sexto vidue t cōtinentes.in septimo cōiugati. Jn alijs vero ecclesijs q; non possumus in numero psonaz:supplemus in numero letaniaruz. Nā septies letaniam dicere debemus priusq; ī signa ponamus. Cōtigisse aūt dicit romāis ,pmissa iguinaria pestis ,p eo q; cum in quadragesima cōtinenter vexissent:t in pascha corpus dñi recepissent postmodū ludis cōmessationibus t luxuria frena laxabāt. Fuit quidem tam seua hec pestis:vt vbiq; boies subito ,pmeret:ita q; sicut dicitur:cū aliqs sternutabat sepe ,pm emittebat.vñ cum aliqs sternutabat audiens statiz ac currens dicebat deus te adiuuet.t abinde vt dicunt. hec adhuc cōsuetudo seruat̄ v audiens aliquē sternutantē statim dicat:deus te adiuuet. Rursus vt fert̄ cuz tunc aliqs oscitabat:frequēter subito spūm emittebat. vñ cum aliquis se vellet oscitare sentiebat continuo signum crucis sibi ,primere festinabat: que cōsuetudo hūr vsq; hodie obseruat̄. Minoz vero letania q̄ est rogationes t ,pcessiōes vocat̄:fit tribus diebus añ ascēsionem:q̄ sicut legit̄ in burcardo li.xij). ca. exigētibus inuenta est apud vienā,a beato Mamerto epo vienn̄. qui ,ppter pestē lupoz t aliaz ferarū in galijs boies acriter perimentiū:t ,ppter periculosos terremotus illic crebro contingentes indixit ppl'is ieiunium triduanum t letanias instituit.cessante vero illa persecutiōe ieiunium illud in consuetudinem annue obseruatiōis deuenit:t sicut quidā referunt fuit p ecclesiam confirmatū vt vniuersaliter obseruet̄.dr̄ aūt hec letania minoz qz a minozi.s.a simplici epo t in minozi loco.s. in vienna inuenta est. Illa vero dicitur maioz:quia in maioz loco.s.Rome:t a maiozi.s.a magno Grego. t pro

magno ⁊ grauissimo morbo inuẽta est. minor tñ antiquior est tpe. nã istituta fuit tpe zenonis ipatoris maior vero tpe mauritij iperatoris. Fiunt etiã letanie ꝓpter plures alias cãs. vñ liberius papa statuit vt pro guerra ꝓ fame: ꝓ pestilẽtia ⁊ huiusmõi aduersitatib⁹ imminẽtibus sẽp letania fiat: vt sic ista ꝓ supplicationes oões ⁊ ieiunia effugiamus. Quia ergo hoc tpe maxime bella emergere solẽt ⁊ fructus t̃re: q adhuc in teneritate vel flore sunt pluribus mõis facile corrumpi solẽt. iõ hoc tpe fiunt letanie vt rogemus deus q talia nobis auertat: ⁊ ab aeris itẽperie: ⁊ a bellis ⁊ ab hostibus xpiane religiõis nos eripiat ⁊ defendat: sup hoc ꝓcessionia scõꝝ ⁊ spãliter ⁊ generalit̃ iplorãtes: ⁊ iõ rogationes vocant̃. dicunt̃ etiã ꝓcessiones: qr tunc ecclesia ꝓcessionẽ facit generalẽ. ¶ Et ẽ notãdu⁹ q rogamus sãctos ꝓpter nostrã iopiã: ꝓpter eoꝝ gloriaꝝ ⁊ ꝓpter dei reuerentiã. qñ aũt letania ꝓ imminẽtibus periculis in pniali ⁊ flebili habitu facim⁹ illã vltimã ꝓcessionẽ mulierꝝ plãgentiuꝝ post dñm qñ ducebaꝫ ad crucẽ repñtamus plãgentes iuxta mãdatum dñi sup vos ⁊ sup filios vros. fuit etiã hoc tpe letanie: qr xpo ascẽdente q dixit. Petite ⁊ accipietis: cõfidẽtius eccl̃ia petit. Jeiunat. n. tunc ⁊ orat vt paꝝ hẽat de carne ꝓpter carnis macerationẽ: ⁊ acqrat sibi alas p oões: q̃ est ala q̃ aia volat in celuꝫ vt sic xpm ascẽdentẽ libere seq̃ valeat qui ascẽdit pãdens iter añ nos ⁊ volauit super pẽnas ventoꝝ. ⁊ hec est cã quare vltimã letaniaꝫ siue vltimum ieiunium ascẽsioni cõtinuaꝫ: vt vꝫ ꝓpter oões ⁊ ieiunia deposita mole carnis xpm ascendentẽ sequi possimus. In letanijs ergo fit ꝓcessio ⁊ cantaꝫ in qbusdã ecclesijs in principio ꝓcessionis. Exurge dñe ⁊c. Frequentanduꝫ etiã cẽt ⁊ a pueris dicendum illud canticum euãgelicum: scẽ deus scẽ fortis: scẽ ⁊ imortalis miserere nobis. no. Jo. damascenus refert i libro. iij. cum apud cõstãtinopoli ꝓpter quandã tribulationẽ fierẽt letanie gdã puer e medio ppli raptus ẽ in celum: ⁊ hoc cãticum ibidẽ edoct⁹: demuꝫ ad pplm rediens illud i cõspectu oĩs ppli decãtauit: ⁊ mox oĩs tribulatio cessauit: qõ cãticum calcedon̄. synodus approbauit. Huius ergo cãtici laus ⁊ auctas colligitur ꝓmo ex eo q angelus illud docuit. scõ ex eo q ex eiꝰ platiõe illa tribulatio cessauit. tertio ex eo q tãtum consilium approbauit. quarto ex eo q demones illud valde timent. Cetex i ꝓcessione ipsa ꝓcedunt crux ⁊ capsa reliquiaꝝ scõrum: vt vexillo crucis ⁊ oõibus sancto⁹ demones repellant̃: vt dictũ est in. iiij. parte in ti. de acces. pon. ad al. Portãnt̃ etiã vexilla ad repsentandũ victoriã resurrectionis ⁊ ascẽsionis xpi qui cum magna ꝓda celos ascẽdit. vñ vexillum per aera i cedens est xps in celum ascendẽs. Et sicut vexillum i ꝓcessione ipsa multitudo fidelium sequit̃ sic ⁊ xpum ascendentẽ magna scõꝝ collectio comitaꝫ. Portãtur etiam vexilla ad imitationẽ eius qõ dicitur in Jsa. xi. ca. Et leuabit dñs signum in nationes: ⁊ congregauit ꝓfugos israel ⁊ dispsos iuda colliget a quattuor plagis terre: qõ vero cruces ⁊ vexilla portantur a cõstantino sumpsit ecclesia: q cum in sõnis crucis signum vidisset: eiq; dictuꝫ fuisset vinces in hoc signo iussit cruceꝫ in vexillis bellicis insigniri qõ in letanijs crux maior a crucis baiulo de altari sumitur: recolit q̃ de xpi humeris tulit eã symon cananeus. ¶ In qbusdaꝫ locis fit letania ꝓ cãpos vt etiã a segetibus demones expellant̃: vel potius vt a dño cõseruent̃. Cantus autẽ in ꝓcessiõe qd significet dictũ ẽ in ꝓcedẽti. ti. de accesꝫ. põ. ad al. cõsueuit quoq; quidã draco cũ cauda longa erecta ⁊ iflata duobus ꝓmis diebus añ crucẽ ⁊ vexilla ꝓcedere. vltima vero die q̃si retro aspiciens cauda vacua atq; depressa retro. Sequit̃: Nẽpe draco. iste significat dyabolũ qui ꝓ tria tpa. s. ante legẽ: ⁊ sub lege ⁊ tpe gratie: q̃ per hos tres dies significant̃ homines fefellit: ⁊ nunc fallere cupit in duobus ꝓmis tpribus regnauit: ⁊ quasi dñs orbis fuit cauda lõga. i. potẽter ⁊ iflata. i. superbe icedens. vñ xps illum mundi ꝓncipem vocat. ⁊ Jo. ait in Apoc. draco de celo cadẽs traxit secum tertiam partẽ stellaꝝ. i hoium. ⁊ do. in euangelio. Videbã satbanã tanq̃ fulgur cadentẽ de celo. i cuius rei figuram duobus diebus mõ ꝓdicto ꝓcedit. i tẽpore vero gratie ꝓ xpm victus est: ⁊ data est apostolis eiciẽdi spũs imũdos ptãs ꝓpter qõ tertia die oratio quasi ptãte ꝓpter fidei dilationẽ amissa. post crucẽ sequit̃ cauda vacua ⁊ demissa ⁊ nõ longa: qr nõ audet ita potenter regnare vt prius: sed per iuggestiones ⁊ latenter boies seducit quos videt pigros i bonis opibus ⁊ remissos: nec viã vite sectantes quasi fur retro aspiciens siquis oberret ⁊ a rectitudie fidei cadat quẽ ad se quasi candam trabat ⁊ sibi incorporet. sicut ⁊ in deserto filios israel infirmos ⁊ debiles: ⁊ qui aberrãtes remanebant vltimi hostes post tergum venientes necabant. in letanijs debemus ꝓm aurelia. conci. ieunare vel saltem cibis quadragesimalibus ⁊ cappis nigris in signum penitẽtie vti: nec dꝫ quis vti veste solenni: ꝓpter quod vocantur ꝓcessiones nigre nõ tamen debent cruces nigre/vocari: de con. di. iij. rogationes. In letanijs quoq; debẽt omnes a seruilibus opibus vacare. s. viri ⁊ mulieres serui ⁊ ancille: de cõ. di. iij. rogationes. ⁊ donec terminent̃ ꝓcessioni adesse: vt sicut omnes peccauerũt: sic ⁊ omnes ꝓ venia supplicẽt oẽs ad deum corda cum manibus eleuent. i. studium oõnis erigant. Post ꝓcessionem cantaꝫ missa in aliqua ecclesia: ⁊ est introitus. Exaudiuit ⁊c. Rememorat. n. ecclesia preterita dei beneficia ad maiorem spẽz ⁊ dei largitas inuocatur: vt per hoc conitiat futura ex eo enĩ q multotiens exaudiuit ꝓpenditur q adhuc exaudiet. exaudiuit inquam de templo sancto suo. s. ꝓ gratiã. ⁊ qr non põt huiusmodi esse exauditio sine dilectione sequit̃ versus. Diligam te ⁊c. Iterũ qr non exaudiuntur nisi per confessionẽ. ideo dicit Ja. in epistola: Cõfitemini alterutrum peccata vestra. que est Jaco. vlti. c. Et vt maior spes habeaꝫ adbibet exemplum de helya qui petijt vt non plueret: ⁊ nõ pluit annis tribus: ⁊ mensibus sex: etiã postea q pluceret ⁊ pluit. Si enĩ helyas solus exauditus ẽ: multo fortius tota ecclesia exaudiet̃: manus enim dñi nõ est abbreuiata. ¶ Segꝫtur vnum alla. Confitemini. Sed cũ in diebus antecedẽtibus duplex alla cantaꝫ: quare in his dieb⁹ vnicum tm̃ dr̃. Jtẽ cum in alijs ieunijs nõ dicatur alla: q̃re in hoc dr̃. Ad primũ dicimus q sicut sepe dictuꝫ ẽ duplex alla cantaꝫ in antecedentibus diebus: ꝓpter

fusione. Quia enim charitas dei diffusa est non per-
mittit eam paulus intra fines terre ꝓmissionis tantū
coartari: immo ostendit q̄ non tantum iudeis verum
etiam gentibus datus est spūs sanctus dicens ipsis iu
deis. Vobis oportebat primuz predicari: ſz qz repuli
stis verbum dei ⁊ vos idignos fecistis vite eterne ecce
conuertimur ad gentes: extra de renunc. nisi. §. ꝓpter
In alijs vero ecclesijs dicitur epistola. Conuenit vni
uersa ciuitas ⁊c. Act. xiij. ¶ Quia ergo gētibus da-
tus est spiritus sanctus: ideo sequit̃ alleluia. Lauda-
te do. om. gen. In hoc enim ieiunio non tacentur can-
tica leticie ꝓpter reuerentiam festi. Nec ꝑm niceñ. cō-
cilium. lxxvi. di. de ieiunio. de con. dist. iij. quoniam ge
nua flectimus. sed stantes oramus ꝓpter neophitos
gaudentes q̄ a peccatis surrexerunt. In alijs eccl̄is
dicitur. Repleti sunt omnes act. ij. c. ⁊ spūs domini or
nauit celos. Job. xxvij. c. postea sequitur euangeliuz.
Surgens ieſus. luc. iiij. c. de socru. Pe. sanata. q̄ signi-
ficat synagogam que sanata est a pe. ab infidelitate: ⁊
perfectius per fidē ipsius sanabitur in futuro: ⁊ sic cō-
uenit cum epistola. ¶ Fiunt autem hac die ordines
qz super ordinandos descendit spiritus sāctus ⁊ etiaz
super ieiunantes: ⁊ ideo dicunt̃ quattuor lectiones añ
lectionem danielis: put dictuz est sub quarta feria ter
tie ebdomade aduentus. Prima est de principio libri
sapientie: in qua ostenditur quibus datur spiritus sā-
ctus: ⁊ qbus nō. s. illis qui sētiunt de dño in bonitate ⁊
in simplicitate cordis querunt illum. ¶ In alijs ve-
ro ecclesijs prima est de ioele. iij. c. Effundā de spiritu
meo super oēm carnem: qz sicut spūs sanctus sup apo
stolos descēdit visibiliter: ita super ordinandos descē
dit inuisibiliter: secunda est. Locutus ē: q̄ē leui. xxiij. c
tertia ē. Dixit moyses: q̄ est in deutro. xxvi. c. quarta ē
Dixit dñs ad moysen: q̄ est leui. xxvi. c. Offertoriuz ē.
Intonuit dñs. Post cōio vero. Non vos reliquā ⁊c.
de effusione spiritus sāctus loquitur. ¶ Pōt etiā dici
q̄ hoc officiuz figurat duoꝝ cōcordiā pplorum: iudei
oz ⁊ gentilis. Hi sunt due ceci de quibus dicit̃ in euan
gelio q̄ sunt illuminati a xp̄o: de q̄ cōcordia loquitur
pau. in epistola ad iudeos ⁊ gētiles dicens. Justifica-
ti ex fide: pacem habeamus ad deuz per do. no. ieſum
xp̄m. Sed qz pax ⁊ cōcordia vera nō fit nisi per cha-
ritatem: ideo p̄cinit̃ in introitu. Charitas dei diffusa ē
in quo ter ponit̃ alleluia: qm̄ ad fidem trinitatis ꝑ-
nitur per obsequia charitatis. Lectiones etiā ad ieiu
nium pertinentes attestātur oationez ⁊ gratiā spūs
sancti: vt prima: Effundā de spiritu meo: ⁊ secunda lo
cutus est: vbi dicit̃. Numerabitis. vij. ebdomadas vſ
qz ad alteram diē expletionis. Ebdomade. vij. pñtez
intelligit: festiuitatē que olim dicebat̃ festiuitas ebdo-
madaꝝ: ⁊ qz post q̄ gentes intrauerunt reliquie salua
buntur: ideo nunc flentibus ⁊ sponsuz expectantibus
dicit dñs in post cōione. Non vos reliquaz orphanos
quia igitur hec concordia fiet imminente die iudicij q̄
etiam electis erit causa timoris: ideo hoc officiuz per-
tinet ad timorem vel quia timor introducit charitatez
licet charitas foras mittat timorez: de pe. di. ij. sicut ce
ca. ¶ Et attende quia ꝑm angu. in ordine officiorum
istoruz descendendo computamus: in ordine vero pa
scalium ascendendo: quia per hec descensus spiritus
sancti ad nos per illa noster ad ipsum significat̃ ascē-
sus. ¶ Et caue quia preter premissa officia ad ieiu-
nium pertinētia: que in quarta ⁊ in sexta feria ⁊ in hoc
sabbato exposuimus: alie quidem lectiones ⁊ euange
lia in eisdem diebus inueniuntur que forte soiemnitati
magis appropinquare videntur: sed tamen hec ⁊ illa
gratiam spūs sancti personāt ⁊ operationē: vnō qdā
modo non incongrue duas missas celebrant. vnaz in
tertia de festo cum gloria in excel. ⁊ credo aliam in no
na de ieiunio sine gloria in ex. in qua sunt clerici ordi
nandi qui merito in hac ebdomada ordinantur vt sā
cti spiritus dona percipere mereantur. Et memento
q̄ in hac die terminatur quiquagesima: ⁊ ideo hodie
frequentat̃ ⁊ cantat̃ ꝓ graduali alla: nec flectūtur ge-
nua: pertinet enim ad octauam. Generale quidez est
q̄ quotiens de tempore in die gratie materia laudis
assumitur: aut dies ad octauā refertur genua non fle-
ctimus: sed in orationibus stantes collatā nobis gra
tiam ⁊ conferendam gloriā ꝓfitemur: vt cum oliz esse
mus serui curui nunc fracto iugo icedamus erecti vt
in dñicis diebus ⁊ sanctoꝝ natalicijs ⁊ paschalibus i
clinare tamen capita possumus: vt mulieres deuotas
ad monumentum venientes imitemur.

¶ De die dñica sancte trinitatis. ¶ Rubrica.

In pleriſq; locis in octaua penthe. fit feſtum ſācte trinitatis. Poſtq; enim celebrata eſt feſtiuitas patris i natiuitate: q; natiuitas dñi feſtiuitaſ patris ⁊ poſtq; celebratum eſt feſtuz filij in pascha ⁊ feſtum ſpūs ſancti in miſſione ipſius merito in octaua penthe. fit feſtum eoz; ſimul feſtum eoz;. ſ. trinitatis vt oſtendaſ q; tres pſone ſūt vnus deus: ⁊ hec eſt prima cauſa qua re celebraſ feſtuz triū pſonaz; diuinarum ſimul. Secunda cā eſt q; ad inuocationem ſcē trinitatis daſ in baptiſmo ſpūs ſanctus vt p̄miſſū eſt. Tertia cā eſt vt oſtendat eccleſia filijs ſuis illum a quo ſunt oīa bona cuius habet imaginē ⁊ cuius debet habere ſimilitudinē. vz dei ⁊ ſancte trinitatis quā ſemper laudare debemus: ⁊ quia tota intētio eſt laudare ipſum: ideo in quibuſdam eccleſijs in ſingulis ātiphonis laudum p̄ponitur verſiculus qui laborem ſignificat ad oſtendendum q; toto labore totoq; nixu debemus nos vertere ad laudandum deuz ⁊ ſanctaz trinitatem: ⁊ eodem mō fit in quibuſdam eccleſijs in feſto beate Marie in antiphonis lauduz p̄o eo: q; ipſa ſe totam vertit in laudē dei. vnde tunc in euangelio dicit Maria autē obſeruabat oīa verba hec conferens in corde ſuo: ⁊ q; ipſa priuilegiata fuit in virginitate. ipa enim eſt virgo virginuz. in ātiphonis quoq; de beato Laurē. ⁊ de beato pe. ⁊ de btō pau. ⁊ de brō ſtephano p̄ponunt quidaz verſus antiphonis ad maiorē labo rem notandū quē in ſuis martyrijs ſuſtinuerūt. btūs enī Laurentius grauius ceteris paſſus ē. vñ beatus ſixtus dicit ei. Maiora tibi debent̄ p xp̄i fide certami na. btūs vero Pau. plus ceteris laborauit p̄dicando: ⁊ beatus Steph. p xp̄i fide primus martyr extitit. ſed in hoc eſt dīa: q; in nocturnalibus antiphonis tm̄ de beato Lau. p̄mittunt̄ q; paſſio ſua de nocte p̄ſumata eſt vnde dixit: mea nox obſcurum nō hz: ⁊ iteruz. Nō eſt inuenta in me iniquitas ⁊ ita apparet q; totus fuit ſacrificiuz laudis. Unde ſemper dicebat. gratias tibi ago domine. Mane vero corpus eius conditum fuit: ⁊ ideo tm̄ nocturnalibus ⁊ nō lauduz antiphonis verſiculi p̄ponuntur. Rurſus q; verſus laborez ⁊ boni operis fructum ſignificant: put tactum eſt in p̄hemio quinte partis. merito in dictoz ſanctorum natalicijs ſpecialiter p̄mittunt̄ antiphonis ad notanduz q; ipſi excellentius labores ⁊ bonoz; operuz fructus ſuis natalicijs ⁊ martyrijs p̄miſerunt. Item in quibuſdā eccleſijs antiph. de martyrio beati Pe. p̄poſtere p̄ponūtur verſi. ideo q; ipſe petijt vt in cruce caput ſuum ad terram verteret̄. hi autem verſus tropi vocant̄ quaſi laudes ad antiphonas conuertibiles. tropoſ. n. grece conuerſio dicitur latine: q; ergo ſemper per ſanctā trinitatem laudare debemus: ideo ad miſſaz dñ introitus Bñdicta ſit ſancta trinitas. quem alchuinus ſumpſit de tobia. xij. poſtmoduz ſequitur epiſtola de apoc. Vidi oſtium apertum in celo ⁊ in circuitu ſedis. i. eccleſia que eſt ſedes dñi mare vitreum. i. baptiſmum in quo ſubmergūt̄ omnes egyptij. i. omnia peccata. Et nota q; dicit mare vitreum p̄pter corporis fragilitatez ⁊ p̄ſpicuitatem quā recepit in baptiſmo: ⁊ eſt in circuitu: q; ad eccleſiam venire non poſſumus niſi per baptiſmum. ſequitur. Simile chriſtallo: ga qui p̄ius erant aque fluxibiles fiunt p̄ gratiā in baptiſmo acceptam firmi ſicut chriſtallus que fit ex aqua congelata ⁊ diuturno gelu in naturā lapidis cōſolidata. Et hec ē vna cā quare in hac die legit̄ hec epl'a: q; in eo dicit̄ de baptiſmo in quo p̄ innouationē trinitatis dant̄ ſeptez dona ſpiritus ſancti. ſecunda ratio eſt q; in ea inuitamur ad laudes trinitatis cuz ibi ſequit̄ q; alia plena oculis ante ⁊ retro. i. plati dabāt gloriā ⁊ honorē ⁊ bñdictionem ſedenti ſuper thronum viuenti in ſecula ſeculoz;. ſedens autem ſup thronum ē deus trinitatis: vñ ſequit̄. Et p̄cidebant viginti q; tuor ſeniores in facies ſuas mittētes coronas añ eum: hoc ſignificat q; omia bona noſtra debemus attribuere ei: itaq; omne illud ex quo meremur coronā. ſequit̄: ⁊ non habebāt requiē dicentia. Scūs ſactus ſactus: ⁊ tō in introitū ⁊ in alijs officijs totiens repetit̄. Bñdicta ſit ſcā trinitas: ⁊ p̄pter hoc rñſoriuz ſiue etiā graduale qō reſpōdet epl'e eſt. Bñdictus es dñe qui itueris abyſſos. dani. iij. ca. verſus eſt. Bñdicite deum celi. thobie. xij. c. ⁊ alleluia. Bñdictus es dñe ⁊c. offer. Benedictus es dñe: ⁊ poſt cōio. Bñdiximus deum celi ⁊c. thobie. xij. c. euange. ē. Erat homo ex phariſeis nicodemus in quo habetur de baptiſmo qui in inuocatione ſancte trinitatis ſanctificat baptizatos. In alijs vero eccleſijs dicit̄ epiſtola Gaudete perfecti: que. ij. ad corinthio. vlt. c. ⁊ in alijs dicitur. Vidi oſtium: que eſt apo. iiij. ⁊ euangelium. Cum venerit paraclitus io. xuij. c. ¶ Sciendum eſt q; hiſtorias de ſancta trinitate: ⁊ de inuentione ſancti ſtephani compoſuit ſanctus ſtephanus laudicen̄.

¶ Rurſum cum attbila rex qui chriſtianos perſecutus eſt vere omnia volumina chriſtiane religionis deſtruxiſſet. Alchuinus magiſter karoli ⁊ lodouici filij eius rogatu bonifacij archiepiſcopi maguntini multa de eccleſiaſticis officijs conſcripſit. vnde ⁊ maguntinen. concilio approbante: vt habetur. de conſe. diſt. v. inſtituit. q; a feſto paſce vſq; ad dominicam iſtam tres tantum dicerentur lectiones: ⁊ hac die de trinitate cantari vſq; ad dominicam ſequentem: ⁊ tunc incipere. Domine in tua miſericordia ⁊ cetera. ⁊ compoſuit officium de trinitate: videlicet reſponſorium: antiphonas: miſſam ⁊ ſequentiam que omnia obtulit alexandro pape. Ille vero reſpondit non eſſe celebrandum feſtum de trinitate ſicut nec de vnitate. Nam ſingulis diebus fit feſtum trinitatis: ⁊ vnitatis: quia ſemper dicitur Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto ⁊ premiſſas hiſtorias ⁊ officiū non admiſit extra de fe. c. ij. Verum ſuperueniente bereſi arriana: fere fuit fides trinitatis extincta: ſed hilarus euſebius ⁊ ambroſius reſtituerunt. Conſenſit igitur eadē de cauſa gre. magnus vt de trinitate ſpecialia cantaremus: ⁊ eccleſias in ipſius honorem edificaremus: Exinde ergo ē q; de hiſtoria trinitatis inuenitur varia conſuetudo. Alij nāq; nō vtuntur ea: ſequētes reprobationē alex pape. Sed in q̄libet dominica ab octaua penthe. vſq; ad aduentum. cantant in nocturnis nouum reſponſorium de trinitate: niſi feſtum aliq̄ impediat vt eaz cō fiteant̄ p̄ quaz ſaluant̄: ⁊ in miſſa alleluia eam hilariter profitentes vt dictū eſt ſub quarta parte ſub ti. de

alla. Alij vero vtunt ea cantãtes cã in hac prima dñica. sequentes pmam istitutionẽ alchuini. Alij ponunt eam in fine tpis declinationis. s. in vltima dñica: vz añ dñicam de aduentu sequentes vltimã ꝓbationez gre. Romani ergo nunq̃ de trinitate celebrant festuz: nec etiam has octauas faciunt: sed in pma dñica post pẽthe. incipiunt historiam Preparate: seu deus omniuz Alij vero celebrant hodie de octaua. s. de spũ sancto. t ponunt candẽ epl'am: t idem qõ prediximus euangelium ꝓpter baptismatis sacramentũ: ceteris obseruatis sicut in die penthe. Celebrãt aũt octauaz ad insinuãdum pfectionẽ vel cõsumationẽ operũ sancti spũs. per septẽ. n. dies operatio gratie septiformis. in octaua vero ꝙsumatio declarat. Et qm̃ i octaua redit ad caput ideo oia sicut in die festo a vespera in vesperã. in ipsis vesperis t tribus nocturnalibus psalmis obseruant. De his octauis Augustinus dicit celebrationez octauarũ feriarũ nom hois celebramus. Baptismus neophitoꝝ ꝯ in sabbato peragat: ad illũ tamẽ baptisinuz ptinet quẽ apli susceperunt in die penthe. cuius octaua dies est dñica sequens. Qui vero ponunt historiã. Preparate. seu: deus oiuz. melius faciunt: qz romanã sequunt ecclesiam nostre pegrinationis recolentes: t percurrentes historiã. Nam p septuagesimã significamus expulsionẽ generis humani de patria paradisi: p quadragesimã seruitutẽ ppli sub pharaone. p paschã imolationẽ agni per quadraginta dies paschales q̃draginta annos in deserto. per rogatiões terre ꝓmissionis ingressionẽ per. vij. dies penthe. in qbus. vij. dona diuidunt terre date diuisionem per tps qõ ab hodie sequit. significamus ppli afflictionẽ t gubernationem factã per iudices t reges: ideoqz sequunt quattuor libri regum prout in sequenti ti. dicetur.

¶ De prima dñica post penthe. ¶ Rubrica.

Hic dicendum restat de prima dñica post penthe. q̃ est vna de pncipalibus dñicis: t icipit ꝑ quartũ tempus peregrinationis: qz sumus in via veniẽdi ad patriã. Sz qz hostes habemus pnsq̃ illuc perueniamus. s. carnem: mũduz: t dyabolũ: t ideo legitur de libris regũ in quibus agit de bellis t de victoriis: vt inuitemur ad pugnãdũ fortiter cõtra hostes vt victoriam habeamus sicut iudeis de philisteis: t tandem gloziemur in celis: qz non est in nobis tantum lucta aduersus carnẽ: sed etiam aduersus aereas ptates. vñ primo dicimus in vesperis. Bñdictus dñs deus meus tc̃. t historia est. Deus oium seu ẽm roma. ꝓparate. Sz qz bellũ sine discretione nõ bñ geritur: iõ sequẽti tpe subiungunt libri salomonis. Item qz insurgunt vitia cõtra q̃ necessaria ẽ patiẽtia: ideo subsequẽter subiũgit historia de iob: recte ergo inuitamur ad pugnam: qz postq̃ digni sumus in numero iustoꝝ haberi per librũ numeri iam perlectũ t in statu pfectionis p nouã legẽ. s. deutro in quo habet. Diliges dñz deũ tuũ ex toto corde tuo t ex tota aia tua: t sum⁹ subiesu p librũ iosue: t sub iudicibus. i. ꝓlatis p librũ iudicũ: t sumus sme acceptione psonaꝝ p librũ ruth: qua fuit moabitis restat tñ pugnare: qz tunc magis tentat dyabolus: t sic ordinant libri regũ in qbus tractat de bellis ipsoꝝ ad alios libros. Adoptant etiã t aliter pme quattuor dñice quattuor libris regũ: put dicet sub iiij. t sub. vij. t sub. xv. dñicis. Legunt aũt in tali tpre t post missionẽ spũs sancti: t post festũ trinitatis: qa qñ accepimus grã spũs sancti: extunc sumus filꝛ deo: t hoc filij sumus sũmi regis: t p cõsequens sum⁹ reges. Vñ in apoc. Fecit nos reges t sacerdotes deo t per pri suo tc̃. Pe. in canonica. Vos estis genus electum regale sacerdotiũ tc̃. extra de sacra vnc. ergo cũ sumus reges t habeamus aduersarios: nõ restat nisi vt regnũ nostrũ defendamus: qz ex hoc nobis inidet dyabolus qz ad illud regnũ sumus assumpti vnde fuit ipse deiectus: t iõ nobis grauis iminet pugna. Nepe ostendit nobis dauid in exẽplum qui vicit per humilitatẽ t ꝓiocunditatẽ mentis t virtus fuit ter. Prima a samuele. in bethleẽ in signum regni: secundo sup domum iuda in regem super tribus iuda a viris iuda i ebron. tertio iterum in ebron t in confirmatiõe regni super totum israel. Silr nos si bene pugnabimus terꝛ ungemur: pmo in baptismo in signum regni. secundo in cõfirmatione. tertio in paradiso qñ regnũ nostruz cõfirmabit: saul etiã nobis ꝓponit exẽplũ: qui per inobediẽtiaz amisit regnũ. vñ nõ simus inobediẽtes sicut ipse fuit ne ꝓdamus regnũ eternuz. Dauid aũt fuit humilis in oibus opibus suis: qõ pz: qz cum luderet coram archa dñi idutus ephot lineo: depositis regalibus vestibus despexit eum michol filia saul dicens ei q̃ nudatus fuerat sicut vnus de scurris: t ille respondit: ludam t vilioꝛ fiam añ dñm q̃ elegit me tc̃. item qñ venit ad eũ nathã ꝓpheta t redarguit eum de pctõ suo publice penituit. Item iocunditatẽ mentis habuit t oia bona a se facta ad deum retulit. vñ de eo cãtat ecclesia ꝓualuit dauid in philisteũ in funda t lapide in nomie dñi ecce exultatio in deo. nõ enim in se cõfidebat. Fũda dauidest' ꝓdicatio per quã fundã ꝓdicationis eiꝛ citur dyabolus de cordibus hoim cum p durã repbensibilem incutit timoꝛ t concipit pnia lapis vero dura repbensio ẽ: qz ergo huiusmõi victoria habet p humilitatem: iõ ad missaz incipit introitus. Vñe in tua misiꝛ cordia speraui: ecce humiliras dauid exultauit coꝛ meum: ecce mẽtis iocunditas p hec duo vincitur pugna: t qz ille solus vicit q̃ nihil sibi: sz oia bona sua deo attribuit t sperat in eo: ideo bene sequit oratio. deus in te sperantiũ tc̃. postea sequit epl'a de charitate. Deꝰ charitas est tc̃. i. Jo. iiij. c. qz p charitatẽ reges sumus t p eaz facimus bona opera meritoria regni: p que regnũ nostrum defendimus t conseruamus. vñ sequitur in hoc. Apparuit charitas dei tc̃. post deus charitas est t c̃. ibi etiã oñditur q̃ diligere debemus deũ t primũ in euangelio autem. Hõ qdam erat diues. luc. xvi. ca. ostendit q̃ non debemus diligere diuitias per diuitẽ qui inducebatur purpura t byssõ: t per penaz eius: vt enim dicit eccle. v. c. q̃ amat diuitias fructũ nõ capiet ex eis q̃ amat. s. amore libidinoso naturali vero vl'charitatiuo potest: quia diuites cum iusticia t bonis operibus non obijcimus. xxx. distinct. hoc scripsimus habetur enim in euangelio de mendico lazaro in cuius

persona incipit graduale. Ego dixi domine miserere mei ⁊ sequit versus de opibus misericordie. Btūs q intelligit sup egenū ⁊ pauperē.i. intelligit ⁊ pcogitat illud qđ ē in egeno ⁊ paupe. s. egestas ⁊ paupras vt ei subueniat. dicit enim greg. q debemus eos vocare pr̄os ⁊ amicos nr̄os: q2 etia frēs nr̄i sunt: ⁊ sic facere nobis amicos de mām̄ona iniqtatis ⁊ de male acquisitis: vt cū defecerimus p morte recipient nos in eterna tabernacula: hoc nō fecit diues ille iepulo: ⁊ q2 in aliquo noluit paupi subuenire: iō cum eo districtissime fecit dn̄s vt nō posset hre guttā aq̄ ad refrigendū lingue: ⁊ iō sequit alla. Deus iustus iu. fo2. ⁊c. postea sequit offer. i. pona mēdici. s. itende voci oratiōis mee: ⁊ q2 nō obliuiscitur deus or̄ones paupex sequit post cōio. narrabo oia mirabilia tua psal. di. ⁊c. in gbusdā n̄ ecclesijs legit hodie euāgeliū. Estote misericordes: qđ est Lu. vi. c. ⁊ est sciendū q vrbanus papa q̄rtus statuit fieri festum de corpore xp̄i quinta feria post hanc dn̄icam concedens magnā indulgentiam tam clericis officiātibus q̄ populis conuenientibus ad diuina: put i officio super hoc ordinato habetur.

¶ De secunda dominica post penthe. ¶ Rubrica.

DIctum est q prima cā q̄ defēdimus regnū nostruz ē charitas q̄ dilatat p ꝯsideratiōē eiuz nuptiaz: de qbus in apoc. Beati qui vocati ē ad cenā nuptiaz agni. vñ in hac secūda dn̄ica habet ō huiusmodi cena in euāgelio lu. xix. c. Homo qdaz fecit cenam magnā: ⁊ vocauit multos: ⁊ misit seruos suos hora cene dicere invitatis vt venirent ⁊c. hora cene est exquo porta paradisi apta est p xp̄m: sequit ⁊ ceperūt se oēs simul excusare: nā primus dixit: villam emi ⁊ necesse habeo videre illā. Secūdus dixit: iuga boū emi qnq3 ⁊ eo pbare illa. Tertius vero dixit: vxorē duxi: ⁊ ideo nō possū venire. Dn̄s vero dixit ad seruum. Vade ⁊ cōpelle intrare vt domus mea impleat. Multos enim cōpellit intrare p tribulatiōes: illi vero qui vocati fuerāt nō venerunt: q2 auari qui primū se excusāt: supple vel gulosi qui p secundū: ⁊ luxuriosi qui per tertiuz intelliguntr: hac cena se reddūt idignos. vnde versus. Villa boues vxor cenam clausere vocatis. Mundus cura caro celuz clausere renatis. Et q2 in hoc isti se reddūt indignos. iō dn̄s alios vocat. Quia vero p cōsiderationem huius cene dilatat charitas: ⁊ q2 dn̄s protegit habentes charitatem: ideo incipit introitus. Factus ē dn̄s protector meus: ⁊ eduxit me in latitudinē charitatis. Sequitur versus de charitate. Diligam te dn̄e fortitudo mea ⁊c. In oratione vero petit charitatem sancti nominis tui ⁊c. In epla. Nolite mirari. i. Jo. iij. c. habetur de vita eterna per cuius intuitum amor concipitur: ⁊ sequitur in fine de charitate. Filioli non diligamus verbo neq3 lingua: sed opere ⁊ veritate. Hec est lingua dolosa: qua dicunt amatores mundi. Rogo te habe me excusatum. Dicunt etiam bonis ⁊ sanctis viris. Rogate pro nobis ⁊ tamen venire nō curant. Et attende q duo primi excusant se. Per primum enim superbi intelliguntur. Per scōm omnes qui delectántur in quinq3 sensibus corporis. Per tertium vero luxuriosi qui se nō excusant: q2 non habent cor: sicut habetur in osee. iiij. c. Fornicatio vinuz ⁊ ebrietas auferūt cor. Magis enim absorbet hominem fornicatio q̄ superbia vel auaricia. Quia ergo vt dictuz est lingua talium excusantium se dicitur lingua dolosa: ideo ecclesia a lingua dolosa petit se liberari in responsorio. Ad dominuz cuz tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. In v̄. Domine libera me ⁊c. Et quia perfectus est qui nō peccat in lingua: ideo in secundo tono cantatur. Post modum sequitur alleluia similiter de charitate. Diligam te domine fortitudo mea ⁊c. Quia vero consideratione vite eterne cōcipitur charitas visa cena petit conuerti in offertorio. Cōuertere domie eripe. Et qa ibi cātabimus vocaliter: vt ait cassiodorus super psalmistam. Dis spiritus laudet dominum: nō erit ibi mā cena sed maxima solennitas. Unde in trenis primo c. vie syon lugent: eo q non sint qui veniant ad solennitatem. Jdeo in postcōione ꝓmittit se cantaturuz ibi domino dicens. Cantabo domino quia bona tribuit mihi ⁊ psallam ⁊c.

¶ De dominica tertia: ¶ Rubrica.

TErtia causa quare inflammamur ad defendenduz regnum nostrū: est consideratio benivolentie dei: qua nos custodit: ⁊ diligēter querit: iō in euāgelio huius tertie dn̄ice. Erant appropinquātes. Luce. xv. c habet. Quis ex vobis hō habens centū oues. i. angelos ⁊ hoies: ⁊ si pdiderit vnā. s. hoiem nonne relinquit nonaginta nouē in deserto. i. in celo ⁊ vadit querere pditam ⁊c. aut que mulier habens dragmas. x. s. angelos ⁊ hoies. ⁊ pdit vnā. s. hoiem in quo imaginē suam depinxerat nōne accendit lucernam. i. naturaz humanam in qua lumen deitatis posuit vniendo se ei: ⁊ querit diligenter donec inueniat ⁊ cum inuenerit cōuocat amicas ⁊ vicinas dicens eis. Congratulamini mihi: q2 inueni dragmam quam perdideram. Jta dico vobis gaudium est in celis an. dei su. v. pec. pe. agen. Ecce quanta est benivolentia dei erga nos. Jsta enim benivolentia accendit in nobis charitatez. ¶ Quia vero ad nuptias eternas non intrant superbi neq3 luxuriosi neq3 auari: vt premissum est: ideo introitus huiꝰ dominice. Respice in me ⁊c. ⁊ dicit vidi humilitatem meam contra superbiam: ⁊ laborem meam contra luxuriam q2 inops ⁊ pauper sum ego contra auariciaz. ¶ Et propter p̄dicta monet nos. Pe. ad humilitatē dicens in epistola. i. pet. vlt. c. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet ⁊c. Et post sequitur ibi. Sobrij estote ⁊ vigilate in orationibus: qm̄ ad. v. di. tā. leru. cir. q. quē de. ¶ Et quia tantam curam hz dominus de nobis. Jdeo in graduali inuitat nos ecclesia dicens. Jacta cogitatum tuum in domino ⁊ ipse te enutriet. versus. Cum clamarem ad dominum ex. vocem meam ⁊c. ¶ Alla est. Domine refugiū. Offer. est. Sperent in te omnes qui te nouerunt ⁊c. quia de

sperantibus in se hz curam. Quia vero dñs nō invenitur nisi quis penitear: cuz vero quis penitet ad dñm clamat: ideo sequit post cōio. Clamabo. ¶ Rursus hoc officium est de penitētie: sicut apparet ex ipsa cōione z ex euangelio vbi per dauid intelligitur quilibet penitens: ibi dicit gaudiū est in celo super vno pec. peniten. agen. zc. z ex introitu z alijs: z ideo cantatur circa festum beati io. bap. qui legitur populum ad penitentiam prouocasse.

¶ De dñica quarta post penthe. ¶ Rubrica.

Quarta causa qua defendimus regnum nostrū sūt opera misericordie. Ūñ in euangelio luce. vi. c. quod legitur in hac quarta dñica i quibusdam ecclesijs dicitur. Estote misericordes sicut z pat vester misericors est. Et post sequitur. Mensuram bonam z confertam z coagitatā z superfluentem dabunt in sinum vestrum. ¶ Quia vero nō potest homo opera misericordie facere nisi p̄ us illuminetur a deo: ideo incipit introitus. Dñs illuminatio mea: z qa per opera misericordie est ecclesia terribilis vt castrorum acies ordinata: sicut dicitur in canticis canticorum. Sequitur versus. Si exurgant aduersum me castra non timebit cor meum: z si exurgat in me prelium zc. Postea petit in collecta misericordiam z gratiam dandi elemosynas: cum dicit protector in te sperantium deus zc. ¶ In epistola vero Existimo que est ad Ro. viij. c. ostenditur premiū vbi dicit apostolus. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in vobis. Et post sequitur. Et omnis creatura igemiscit expectans reuelationem filiorum dei. Et vt hanc gloriā ecclesia possit adipisci: petit in responsorio veniaz de peccatis: propicius esto peccatis nostris domine zc. ¶ Sequit alleluia. In te domie speraui: qz in se sperantibus ꝑpicius est. Unde ps. Quoniam in me speravit liberabo eum. Adaptantur etiā iste quattuor p̄cedentes dñice. quattuor libris regū sic. In primo enī libro habetur quomodo dauid inunctus fuit. Unde in prima dñica incipit introitus. Dñe in misericordia tua speraui. Et in responsorio habet. Et vnxit me in unctione misericordie sue z oleo exultationis. Unde segtur in introitu: Exultauit cor meum in salutari tuo: z ita ostendit se vnctum oleo leticie per misericordiā dei In secūdo libro habetur quomō liberatus fuit ab inimicis z vnctus bis vt haberet latitudinez regni. Unde in secunda dñica incipit introitus. Factus est dñs protector meus z eduxit me in latitudinem: vt late regnarem. In tertio habetur quomodo mortuus fuit. Unde in tertia dominica vtitur ecclesia voce decedētium dicens. Respice in me z miserere mei: z in versu In te domine speraui. In quarto libro habetur de ꝓphetis qui illuminati sunt a deo: vt viderent ventura z ideo in quarta dominica dicitur in introitu. Dominus illuminatio mea.

¶ De. v. dñica post penthe. ¶ Rubrica.

Quinta causa qua defendimus: z obtinemus regnuz nostrum est pax cuz inimicis ecclesie: z patientia in aduersis: ad quā inuitat nos beatus Petrus in epistola huius quinte dominice. Dēs vnanimes. i. pe. iij. c. dicēs z nō reddentes malum pro malo zc. Unde in euangelio habetur de retbe petri. Sed multi sunt qui rumpunt retbe beati petri. i. concordiā z vnitatem fraternā: z ideo in persona tollerantiū incipit introitus. Exaudi domie vocem meā qua clamaui ad te zc. versus est. Dñs illuminatio mea zc. Illuminatus enī a deo saluat ab hostibus qz sperat in eo. Pro predicto aūt pace cum inimicis ecclesie impetranda orat ecclesia in collecta dicens. Da nobis quesumus dñe vt z mundi cursus zc. In aliquibus tamē ecclesijs dicitur. Deus qui diligētibus te zc. ¶ Sequitur euangelium luce. v. c. Cum plurime turbe irruerent in iesum zc. vbi sequitur. Preceptor per totam noctē laborantes nihil cepim⁹. Tales qui laborant in nocte z nihil capiunt: sunt q ꝓterrenis predicant: sequit in verbo tuo aūt laxabo retbe boc facit qui habet scientiam z vitam: talis enim concludit multitudinem piscium copiosam. vnde in principio tot capti sunt boni z mali qz retbe rumpitur: per qō significatur qz ecclesie vnitas in hac vita rumpitur a quibusdam: sed post resurrectionem capti sunt multi: z tñ non est scissum retbe per qō significantur boni qui non scindunt vnitatem ecclesie. Et ideo in offertorio dicit ecclesia se laudare deum q quantū ad bonos filios dedit eis intellectum vt nō rumpant retbe. i. vnitatem ecclesie. Ūñdicam dñm qui mihi tribuit intellectum. In post cōione vero dicit ecclesia se optare vnitatem z hanc petere a dño. vnam inquit petij a dño: hz enim plura petat quotidie tñ dicitur vnum petere: qa ad vnum finem. i. ad habendum deo oia petēda petit: z hoc est quod ibi sequitur. ¶ Hanc requiram vt inhabitē in domo dñi omnibus diebus vite mee: boc tō dicit qz tunc legitur paralipomenon. i. verba dieruz q hz eandē materiam cum libro regū: z significat qz q in dieb⁹ suis bene rexerit se habebit dies eternitatis. Et attende qz hoc officium cantat circa festum beati iacobi qui sicut dicit in euangelio. Relictis retibus secutus est dñm: z factus est piscator hominum. i. supplantator re nomine viciorum.

¶ De sexta dñica post penthe. ¶ Rubrica.

Quia vero non valent oia predicta nisi fiat etiaz plena iusticia fidei z in nouitate vite: ideo in hac sexta dominica legitur secundus liber paralipomenon: vbi habet qz confortauit dominus. Salomonem per qō significatur qz dñs spūaliter suas confortat dando eis fortitudinem: ideo dicitur i officio huius dominice. Dominus fortitudo plebis sue z protector zc. versus est. Ad te dñe leuaui aiam meam: quia ab ipso est omnis fortitudo: z tunc bene regimus regnum nostrum quod maxime fit si tendat homo ad promissiones dei: vnde dicitur in oratione.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti ꝛc̄. In epistola autē. Quicūq; baptizati sumus ꝛc̄. ad Ro. vj. ca. hortatur nos paulus vt in nouitate vite ābulemus aliter. n. nihil valent alia ꝛ vt hoc possimus orat ecclesia in responsorio. Conuertere domine aliquantulum ꝛc̄. Ille vero qui ambulat in nouitate vite ꝑparat se ad laudandū deum in presenti: ꝛ in futuro. vnde sequitur alleluia. Te decet hymnus deus i syon Ad hāc orationē vel perfectionē hortamur in euāgelio Matthe. v. ca. nisi habūdauerit iustitia vestra ꝛc̄. Et sequitur ibi. Si offers munus tuū ante altare ꝛc̄. Et q̄ non potest homo hoc facere sine auxilio dei: iō orat in offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis ꝛc̄. Et quia talis potest offerre. ideo sequitur in postcōmunione. Tollite hostias ꝛc̄.

¶ De septima dñica post penthe. ¶ Rubrica.

SEquitur septima dominica in qua leguntur libri Salomonis: vt parabole ꝛc̄. Cantica libri sapientie quē philo composuit ꝛ ecclesiasticus quē Jhesus filius sirach edidit: ꝛ tū salomoni attribuitur. Hi libri qui sunt de operibus sapiētie salomōis leguntur a kalendis augusti vsq; ad kalendas septembris q̄ mensis iste calidus est ꝛ estum significat viciorum in quo nos oportet sapiēter regere: sicut in medio natiōis praue ꝛ puerse: vl̄ q̄ mēsis iste. s. augustus sextus est. vnde sextilis ante augustum cesarez vocabatur: ꝛ verus noster solūmodo in sexta etate venit: qui fecit vtraq; vnum: qui fuit dei virtus ꝛ dei sapientia: qui docuit nos sapienter viuere ꝛ docere. Hic est xp̄s rex regum: qui septez panibus ꝛ paucis piscibus vt legitur i euāgelio hodierno. Satiauit eos qui de longe venerant: ꝛ eū triduo sustinuerant. ¶ Rursus in hac dominica incipit ecclesia pabulas salo. Post festum enī trinitatis legitur liber regum: quoniā homo q̄ trinitatis similitudinez habet fit rex ꝛ sacerdos: vnde p̄ponunt ei exempla de regibus ꝛ sacerdotibus: sicut sub prima domnica dictum est. Postea vero sequitur libri doctrinales p̄ponunt enīz exempli doctrinis: q̄ plus mouent facta q̄ dicta act. i. Cepit ihesus facere ꝛ docere: ꝛ sic ordinantur libri ad se inuicem vt p̄cedant libri exemplares regum ꝛ paralipomenon: ꝛ sequunt libri doctrinales salomonis: q̄ doctrina est refectio spiritualis: de quo habetur in euangelio huius. vij. dominice. de hoc dicet sub dominica. xj. ꝛ. xij. Et quia huic doctrine bonis operib⁹ rūdere debemus icipit introitus. Omnes gētes plaudite mānibus. Et beatus Pau. inuitat nos in epistola ad Ro. vj. c. vt rūdeamus illi doctrine seruiendo deo dicens Humanum dico ꝓpter infirmitatē carnis vestre: vnde in quibusdaz ecclesijs sequit rūsoriuz. Beata gens cuius est dominus deus eorū. i. q̄ deuz habet pro dño ei soli seruiēdo: ꝛ sequit versus. verbo domini. i. doctrina dñi celi firmati sunt. i. maiores sicut apostoli ꝛ alij sancti. Sequit in quibusdam ecclesijs alla. Attendite pp̄le meus legē meā. lex enī illa refectio. illa aūt refectio oñditur in euāgelio Mar. vij. cuz turba plurima ꝛc̄. ꝛ est notandū q̄ ibi dicit q̄ quidaz de lōge venerunt. s. illi qui de peccatis enormibus redierunt ꝛ penituerūt: qui enī in peccato mortali ē nō habet qđ manducet. Erant aūt quattuor milia. s. habentes quattuor cardinales virtutes ꝛ comederūt ꝛ saturati sunt: quia lex domini satiat: ꝛ remanserunt septez sporte. s. p̄dicatores habentes septem dona spiritus scī ꝛ reficientes alios: in alijs vero ecclesijs legitur euāgeliuz. Attendite a falsis ꝓphetis: q̄ vero habens doctrinam vidit in quāto periculo sit cōstitutus videt. n. se esse in fornace babylonis. ideo in offertorio. Sicut holocaustuz ꝛc̄. Danielis. iij. c. petit se liberari: ꝛ vtit voce triū puerorū. In postcōione vero inclina aurem tuam ꝛc̄. petit liberationē accelerari.

¶ De octaua dñica post penthe. ¶ Rubrica.

SEquitur octaua dominica in qua docet nos ecclesia vitare oēm vanitatē. Hic. n. debet esse effectus doctrine in nobis: qa in doctrina docet nos fieri spirituales: ꝛ remoueri a corporibus desideriis ad similitudinē beate virginis cuius festuz instat. Vñ introitus incipit. Suscepimus deus misericordiā tuā. i. filium tuū Jhesuz xp̄m nobis ex misericordia datū i medio templi tui. i. in cōi ecclesia tua: ſm nomen tuū de⁹. deus enī vbiq; notatur. sic ꝛ laus tua in fines terre. i. vbiq;. Templū etiā est beata virgo: in qua vere suscepimus dei misericordiā. Unde circa eius festū rationabiliter p̄sens cantamus officiū: cū sit templum dñi ꝛ sacrariuz spūs sancti. Sequit epistola ad Ro. viij. Debitores carni nō sumus vt ſm carnem viuam⁹ ꝛc̄. in qua docemur ꝓculcare oēm carnalitatē: ꝛ ad ostēdenduz q̄ hoc possumus sequit. nō. n. accepistis spūm seruitutis iterū in timore: sed accepistis spūm adoptionis filioz: quo gustato desipit omnis caro. Sed quia nō possunt hec fieri nisi dñs ꝓtegat ideo orat in graduali. Esto mihi in deum ꝓtectorē. ¶ Rursus q̄ nō potest habere hec oia: nisi q̄ gaudet in dño: ideo segt alleluia. Exultate deo adiutori nostro gaudiū enī spirituale excludit omnē carnalitatē. Quia vero quidaz sunt vita casti ꝛ humiles sed ficte: ab his docet caueri in euāgelio Matthei. vij. c. Attendite a falsis ꝓphetis q̄ ꝓtendunt castitatez ꝛ sunt luxuriosi. Vel ꝓpter humanā laudē sunt caste sicut fatue virgines: quibus dicit. Amen dico vobis nescio vos. Sed dñs vere humiles saluat. Unde sequit offer. Populuz humilē saluuz facies domine ꝛ oculos superborum humiliabis. Quia vero per delicias spirituales oia conculcam⁹: ideo dicitur in postcōmunione Gustate ꝛ videte quoniam suauis est dominus.

¶ De dominica. ix. post penthe. ¶ Rubrica.

POstmodum sequitur nona dominica in qua legit li. sapie. Sapientia aūt est cogitare de celestibus ꝛ leuare cor ad illa. Vñ monet nos ad hoc ma-

xime ꝓpter festū assumptōis beate v̄ginis qđ instat: qñ. s. assūpta est in celū. Et q2 homo se super se leuare nō pōt: nisi eū dñs trahat: ideo dicit in introitu. Ecce deus adiuuat me ⁊ dñs suscep to2 est aie mee. i. sursuz capto2. sicut. n. itur ad celestia nō passibus cozporis sz assimulatiōe mentis ad deuz in quo vitant oia mala de q̄bus sequit in epla. i. ad Corinthēos. x. c. Non simus cupidītes malo2 ⁊c. Postea sequit ibi Fidelis deus qui nō patiet vos tentari sup id qđ potestis sed faciet cuz tentatiōe ꝓuentū: vt possitis sustinere: prius tñ timoze incutit dicēdo stare qui se putat videat ne cadat. In graduali vero qui sursum rapit reddat gratias deo dicēs. Domie dñs noster quā admi. est no. tu. in vniuersa terra. Quoniā eleuata ē magnificētia tua super celos: nō tantū in xpo ⁊ beata virgie i. super celos materiales ⁊ spūales verū etiā in sanctis super celos materiales. In euāgelio Luc. xvj. monet vt si nō possumus, per nos volare ad celum faciamus nobis amicos de māmona iniquitatis. i. de diuiciis inequaliter possessis dicens. Homo quidā habebat villicum ⁊c. Homo iste sciuit sic per prudentiaz carnis disponere q̄ ammotus a villicatione fuit receptus i domibus dñi: ⁊ hoc per iniquitatē fraudis. Sic ergo ille laudatur q̄ per iniquitatē fraudis sciuit sibi in futurū ꝓuidere: multom agis laudabit dñs eos qui dant elemosynas: quod est prudentia spiritus. de quo dicit apostolus. Est vita ⁊ pax qua homo sibi ꝓuidet in futuro. Postea sequitur: q2 filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis. in generatione sua. i. in bis q̄ pertinent ad generatiōez suam. i. circa temporalia. Et ego dico vobis facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cuz defeceritis. s. moriendo. recipiant vos i eterna tabernacula q̄ sūt sua. Unde Beati pauperes spiritu qñ ipsoz est regnuz celoz. Et q2 nō tantū p elemosynas sed etiā per orationes volamus ad celestia: ideo ē alla. Bñe deus salutis mee i die clamaui ⁊ nocte coraz te. Quia vero hec tabernacula per opa iusticie habentur. Sequit offertozium. Justicie dñi recte letificantes cozda ⁊c. Quo autem ordine hec fiant ostenditur in postcōmunione. Primum querite regnū dei. Matthei. vj. capitulo.

¶ De decima dñica post penthe. ¶ Rubrica.

IN dominica decima legit ecclesiasticus q̄ icipit. Dis sapiētia a dño deo est. vbi ondit q̄ nō soluz sapiētia sed etiā oia bona sūt a deo ⁊ ideo ab eo solūmō sunt petēda: vt ad eū debem⁹ clamare: ⁊ iō incipit introit⁹. Cuz clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā. Et q2 debem⁹ ipm solū orare. Sequitur vsus. Exaudi deus oratiōez meā. Et ora in gbusdaz ecclesijs. Pateāt aures mifi cordie tue dñe pcib⁹ supplicātiuz. In qua collecta patet q̄s rogās dignus sit exaudiri: vñ sequit. ⁊ vt petentib⁹ desiderata concedas. fac eos q̄ tibi sunt placito postulare. Et onditur in epla. Scitis qñ ⁊c. prima ad Corinthēos. xij. c. q̄ oia bona sunt deo: ⁊ iō ei sunt exhibēde gr̄arū actōes Uñ enumeratis oibus donis dicit. Hec aūt oia operatur vnus atq; idē spirit⁹. dividēs singulis ꝓut vult. Sed q2 bonuz cito amittit qđ nō a largiente custodit sicut dicit Grego. iō sequit rñsoziuz Custodi me dñe vt pupillā oculi. Iteꝝ q2 ad illuz o fugere debem⁹ a quo oia bona habem⁹: sequit alla Bñe refugiuz fact⁹ es nobis. In alijs ecclesijs dicit alla. Te decet Euangeliuz vo qđ est in gbusdaz ecclijs. Cuz appropiquaret dñs hierosolimā. Luce. xix. c. est de symoniacis qui iurant spiritui scō. s. in hoc q vēdūt ea q̄ ipe dat gratis: vel ad voluntatē suum tribuunt: ac si ab illis essēt illa bona ⁊ nō a spiritu scō. ¶ Et nota q̄ hoc euāgeliū i quo hieruslē destructio ꝓdicat in augusto legit q2 prius a nabuchodonosoz: postmoduz a romanis i hoc mense destructa fuisse inuenitur. In alijs ecclijs legitur. Dixit Jhesus ad quosdam: sequitur ⁊ offertozium. Ad te domine leuaui aiam meā: quasi diceret nō ad symoniacos nō ad ꝓlatos pravos vel ad quos daz fatuos ⁊ simulatos religiosos qui faciunt se a simplicib⁹ adorari sed a te a quo oia bona sunt. Et ga tunc acceptat deus oia opera nra q̄ separam⁹ i ipso deo: iō sequitur postcōio. Acceptabis ⁊c.

¶ De vndecima dñica post penthe. ¶ Rubrica.

VNdecima dñica icipit ecclesia legere Job q̄ similiter est liber exemplaris: sed est ex empluz per fectiōis. i. perfecte sapientie que nō habet nisi per predictā refectionem doctrine spiritualis. Nam refectio facit spiritualiter fortes: ⁊ ideo post libros Salomonis legit liber Job. In ordine autem biblie oēs exemplares. s. ruth iob: tbobias: judith: ⁊ hester precedunt libros doctrinales salomonis: ꝓpter predictaz rationē. de quo etiā dicetur sub dñica decimaquita. Et q2 vnanimitas facit fortes ⁊ patientes: sicut fuit iob ⁊ concordes sicut fuerunt filij Job qui faciebant conuinia per domos vnusquisq; in die suo. ideo incipit introitus Deus in loco sancto suo. i. in humilibus. Isaias super quez requieset spūs meus nisi super humilem ⁊ quietū ⁊ trementē sermones meos: ⁊ si deus est cuz eis nullus potest eis ꝓualere. Deus enim habitare facit vnius moris in domo. i. concordes ⁊ vnanimes quales fuerūt filij Job qui dabant sibi invicem comedere: vnde vsus est. Exurget deus ⁊ dissipent inimici ei⁹: q2 fortitudo nostra nihil valet nisi dñs nobiscum cooperetur imo principaliter operet. In epistola Notuz vobis facio euangelium que est. i. Corinth. xv. ostēdit beat⁹ Pau. humilitatem. vnde sequitur ibi. Qui non sum dignus vocari apostolus: ⁊ propter hanc humilitatē raptus fuit vsq; ad tertium celum. In responsorio quoq; sequitur vox humilium. In deo sperauit cor meū ⁊ adiutus sum ⁊ in versu. Ad te domine leuaui animam meam: ⁊ quia ex tali spe sequitur exultatio. ideo in gbusdam ecclesijs est alleluia. Venite exultemus domino. Euāgeliū vo est de hūilitate ⁊ ei⁹ affectu. Duo homines ascendebant ⁊c. Luce. xviij. capitulo. vnde sequitur. Phariseus dicebat. Domine non sum sicut

ceteri hominum ꝛc. ecce superbia sequitur Publicanus dicebat. Deus propicius esto mihi peccatori: ecce humilitas: ⁊ ideo abijt iustificatus in domū suam ab illo: q⁹ vero humilitatē sequitur exaltatio: qui enim se humiliat exaltabit. ideo sequit offer. Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me. i. sursum cepisti. q. d. exaltabo te qm exaltasti me. postcōio est. Honora dominum de tua substantia, ꝛc. puer. iij. c. hoc ad lram facit humilis dat enī libenter pauperibus: ⁊ hoc est honorare dñm: q⁹ ipse precepit vt detur pauperibus vel honora dñm ꝛc. i. oia bona tua deo attribue: ⁊ hoc est propium humilium. Hec postcōio ꝓgrue hoc tpe canit qñ frugibus horrea ⁊ vino cellaria plene redundāt ꝗbus devote dominus honoratur.

℣ De. xij. dñica post penthe. ℣ Rubrica.

Duodecima dñica est de oratiōe ⁊ qñ exprimit iob orans ⁊ sedēs in sterquilino cōquerendo de falsis amicis. legitur. n. Job in duabus dñicis Job quidē i sterquilino moraliter est aīa in mortali peccato ⁊ fetido: in quo dum residet non restat nisi orare deum vt ipam ab eo eripiat: vnde incipit introit⁹. De⁹ in adiu. meum intende dñe adiu. me festina. cō. ⁊ re. q̄ que animā meam. in offertorio aūt ostēditur efficatia orationis ⁊ totus offer. est oratio moysi sumpta ō exo. qñ rogauit ꝓ filijs israel qui fecerunt sibi vitulū conflatilem: ⁊ incipit: peccatus est moyses in cōspectu domini dei sui ꝛc. qui moyses seipsum: exposuit ꝓ salute populi dicens dño: aut dimitte eis hanc noxā aut dele me ꝛc. xlv. di. disciplina ⁊ reducit ad memoriaz merita patrū. Memento inquit Abrahām Isaac ⁊ Jacob ꝛc. ⁊ placatus factus est dñs de malignitate quā dixit facere populo suo ⁊ ex hoc ꝓbatur q⁹ sanctorum merita nobis ꝓsūt. Et nota q⁹ i hoc offertorio fit vbo rum geminatio: de quo dictum est sub secunda dominica post epiphaniā in epistola. Fiduciā talem habem⁹ per xp̄m ad deum. ij. ad cor. iij. ca. ostendit apostolus q⁹ oratio sua ⁊ aliorū bonorū ꝓlatorū noui te. maiorē habet efficatiam q⁹ habuit in veteri testamento q⁹ ēt moyses orauit cum fiducia confisus de meritis patrū sed ne videatur hoc ex arrogantia facere subdit non q⁹ sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est cuius ministri sumus. In euangelio vero ostenditur q⁹ multum valet oratio prelatorum qō legitur in ꝗbusdam ecclesijs. Cum transiret Jhesus per medios fines decapoleos ⁊ adducunt ei surdum ⁊ mutum: ⁊ sanauit eū dom⁹. Multi sunt surdi qui nolunt audire verbū dei ⁊ multi muti qui nolunt loqui ⁊ possunt. similiter hos debēt prelati per predicationem adducere ad dñm ⁊ in cōfessione ⁊ oratio salvabit eos: vnde in ꝓsona surdi ⁊ muti cantatur in graduali Benedicam dominū in omni tempore: versus est. In domio laudabit anima mea in alleluia vero monet ad hanc laudem. Venite exultemus domino ꝛc. de offertorio supra dictum est: post cōmunio vero est De fructu operum tuorum satiabitur terrā. i. predicatores quos dñs replet prius bonis ⁊ ipsi repleti alios replent. In alijs vero ecclesijs dicitur euangelium. Exiens Jhesus de finibus tyri: qō est marci. vij. Potest aūt dici secundum Sicardū episcopum cremonen. in mitrali q⁹ salomone mortuo regnum diuiditur: ⁊ ideo mensis septembris historia bipartitur. Prima pars in vna historia consolidatur alia variatur: quia regnum iuda in dauid familia stabilitur: sed regnū israel a pluribus occupatur. Unde ⁊ historiade bis iustis qui gentibus intermixti fuerant conpilatur: vt de iob thobia iudith ⁊ hester cum in prima septembris ebdomada legatur iob quem ipse scripsit cum responsorio. Si bona in secūda liber thobie: quē ipse composuit. in tertia iudith quem achior edidit: in quarta hester quem mardocheus vel potius esdra cōposuit. sed ⁊ liber esdre post hec opera recitatur: ⁊ cum his cantatur responsoriū. Peto. ⁊ adonei domine ꝛc. His temporibus ꝓphetizauit helyas qui gessit typum christi. Sic mortuo ꝙstantino ecclesia separatur: vna pars est catholica: alia per multa scismata separata: a quibus ecclesia catholica multa aduersa pro domino tollerauit: sicut illi quorum opera hoc tempore legūtur. Inter catholicos quidam sunt perfecti quidā imperfecti. perfecti sunt predicatores idonei: ministri ⁊ cooperatores dei: qō dicitur in epistola Fiduciā. Hi adducūt imperfectos ⁊ alienos surdos ⁊ mutos ad gloriā Jhesu xp̄i: sicut legitur in euāgelio. Vox itaq; perfectorum est in introitu. Deus in adiutoriū meū intende. qui adiutorium dei implorant: vt hereticis valeant resistere: ⁊ eos ad dei gratiaz adducere. Aut est vox imperfectorum proficientiū: qui vt proficiāt dei implorant auxilium In graduali Benedicaz. Et in alleluia Domine refugium vox siquidem est perfectorum gratias agentium de illis se a persecutione aliquotiens temporantibus ⁊ istis proficientibus. Et q⁹ moyses fuit vnus eorū q⁹ se obtulerūt pro peccatis subditorū: ideo in offer. cantat. Precatus est moyses Hi perfecti sunt illa terra que satiata fructu operum dñi: donis videlicz spūs sancti producit fenū iumentis. i. doctrinā hominibus. Unde cōmunio ē. De fructu ꝛc. Et attende q⁹ recte de iob ⁊ moyses simul cantatur qñ ꝙtemperanei reperiunt: per quoz exemplū ad patientiam ⁊ mansuetudinem invitamur.

℣ De. xiij. dñica post penthe. ℣ Rubrica.

Dominica tertiadecima legitur liber tobie per quem figurat genus humanum cecum factum per peccatū primi parētis: qō nō potuit sanari: nisi amaritudine passionis: q̄ per fel significata est. xp̄s vero per piscē q⁹ piscis assus est xp̄s passus. Cecum quidē erat genus humanū: q⁹ habitantib⁹ in regione vmbre mortis lux orta est eis. Petit ergo vt veniat dñs sicut promisit. Dñica enim ista ē de promissiōibus Unde dicit in introitu. Respice domine in testamentum tuum: ⁊ in promissione tua: vt sicut promisisti veniat filius tuus ⁊ hoc ē quod sequitur: ⁊ animas pau-

perum tuozum ne obliuiscaris in finem: ⁊ hoc est qđ dixit thobias filio suo. Memento filj quoniam pauperem vitam gerimus habebis multa bona si timueris deuz. Unde sequitur oratio. Omnipotens sempiterne deus ō cuius munere venit ꝛc. ⁊ rogat vt possit currere ecclesia ad veras ꝓmissiones. Epistola Abrahe facte sunt promissiones ⁊ semini eius ꝛc. Ad gala. iij. ca. vbi agitur de ꝓmissionibus: ⁊ sequit ibi. Quid igitur lex dicit apostolus. si non potest sanare genus humanum cecum sicut thobiā. ⁊ sequitur responsozio Lex quidē ꝓpter transgressozes posita est sicut dicit pedagogus. Sequitur responsozium Respice domine in testamentū tuū: vbi ostendit vehemens effectus orationis. In alla. Quis deꝰ magnus ꝛc. oñdit quis est qui potest illuminare. In euangelio ostendit qꝫ lex non potest sanare: ⁊ incipit in quibusdam ecclesijs. Beati oculi qui vidēt q̄ vos videtis. multi ꝓphete ⁊ multi reges ꝛc. Luce. x. c. vbi habetur qꝫ sacerdos ⁊ leuita ꝓtransierūt hoiem qui incidit in latrones. sacerdos inq̄ ⁊ leuita veteris testa. sed solus samaritanus. s. xp̄s qui est custos noster ip̄m sanauit. Et quia lex non sanat qñ neminē ad perfectionē ducit: sed solus deus in quo sperandū est. ideo sequit offer. In te dñe speraui. Quō aūt sanauit illuz cecuz patet: q2 per panem angelozuz qui factus est lac hominū. i. ꝑ filiuz dei incarnatū ⁊ ideo sequitur in postcōione. Panē angelozum manducauit homo. Alie ecclesie dicunt: panem de celo ꝛc. sapi. xvj. capitulo.

℣ Dc. xiiij. dñica post penthe. ℣ Rubrica

Dominica xiiij. legit liber iudith ⁊ cantat quomodo victoria data est in manu femine: ⁊ monet nos ecclesia ad sanctimoniam siue ad cōtinentiā exēplo iudith sicut eni interficit oloferne qui interpretat eneruās vitulū saginatū: sic monet ecclesia vt interficiamus oloferne. i. dyabolū qui eneruat ⁊ interficit lasciuos mundi: qđ fit per sanctimoniā. abscindendo ei caput: nā caput dyaboli est luxuria: q2 quasi primo de ea incipit hoies tentare: ⁊ ideo dñs dicit in Luce. Sint lū. ve. pre. hoc est ꝑcingatis vos otra primū vicinz. Exo. xij. In comestione agni renes vr̄os accingetis. Alio tū mō superbia ē initiū oīs peccati. Quia vero fragiles sumus ⁊ effeminati: vñ interficere non possumus oloferne nisi adiutozio dei: ideo dicit in introitu ꝓtector noster aspice deus ⁊ respice in faciē xp̄i tui. Sequit in qbusdaz ecclesijs epla ad Gala. v. ca. Spiritu ambulate ⁊ desideria carnis nō pficietis caro eni concupiscit aduersus spiritū: ⁊ spiritus aduersus carnem. Et sequit. Manifesta autez sunt opera carnis ⁊ nominat ea. Itez alibi dicit. Si cōtenditis nōne carnales estis: hoc dicit q2 ostendimus de carnalibus ⁊ post fructus aūt spūs sancti sunt lōganimitas: pax patientia ꝛc. deuincere igit olofernem in nobis ē facere ista duo. Per hec quoqz vicia interficimus in nobis qꝫ gustamus spm̄ sanctuz quo gustato desipit oīs caro. Sed q2 non pōt sanari in nobis carnalitas nisi a domino: quia est sicut lepra: ideo in quibusdam ecclesijs sequitur euangelium. Cum iret Jhesus Luce. xvij. c. de leprozis qui venerūt ad dñm ⁊ dixit eis: ite ⁊ oñdite vos sacerdotibꝰ. ipis tū prius sanatis per qꝫ significat qꝫ prius peccator a dño sanat ⁊ postea iungit ei penitētia a sacerdote ⁊ absoluit qđ significatum est: per hoc qꝫ discipuli dñi instita lazari solnerūt: ⁊ tñ prius ip̄e erat resuscitatus a dño. Redijt aūt vnus ad eū flexis genibus gr̄as agens per qđ significatur qꝫ vnitas ecclesie reddit gratias deo. vñ vnus sanabat in piscina Jo. iiij. ⁊ ideo in rñsozio in gratiaruz actiōes dicit eccl'ia. Bonū est cōfiteri dño ⁊ etiā i alla qđ est in quibusdā ecclesijs. Cōfitemini dño: ⁊ invocare nomē eius: ⁊ q2 hoc nō sufficit nisi ⁊ dñs nos custodiat: ideo sequit i offertozio. Immittit angelus dñi in circuitu timentiū eū: q2 custodit nos dñs ꝑ angelos: sequit Gustate ⁊ videte qđ autez gustare debemus oñdit in postcōine. s. panē q saginat aiam nō corpus. vñ est offertoziū in qbusdā ecclesijs. Panis quez ego dedero caro mea est pro mundi vita.

℣ Dc. xv. dñica post penthe. ℣ Rubrica.

HIeronymus dicit qmodo btã maria assumpta fuerit siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit. Aug⁹ vero dicit qꝫ in corpore. veritas tamen est qꝫ prima assumpta est in anima. vtrum vero corpus in terra remansit incertũ habeꝫ. ⁊ melius ẽ pie dubitare qꝫ aliqd circa hoc temere diffinire. pie tamen: credendũ est eaz totaliter fuisse assumptam. Verũ quedaz religiosissima mulier elisabet nomine de partib⁹ saxonie asseruit sibi revelatũ fuisse qꝫ post quadraginta dies post assumptõez anime assumptũ fuit corpus: ⁊ inde composuit quẽdaz tractatũ: qui tñ nõ est autenticus. Refert ephirius qꝫ beata virgo qñ xp̃m ꝯcepit erat annoz. xiiij. ⁊ in qntodecimo anno ip̃m peperit: ⁊ cũ eo mansit annis. xxxiij. ⁊ post mortẽ xp̃i supuixit annis. xxiiij. ⁊ ꝺm hoc tẽpore obitus sui erat annoz. lxxij. Probabilius vt videꝫ dicũt alij: qz. xij. ãnis filio supuixit: ⁊ sic sexagenaria est assumpta: cuz apostoli totidẽ annis p̃dicauerunt in iudea: ⁊ circa partes illas. ¶ In hoc festo quedã dicunt q̃ in ecclesiarũ dedicatiõibus dicunt qz ad eaz ptinent. Cantatur etiaz de libro canticoz. s. Osculeꝫ me osculo ⁊c. Responsoriũ. n. antiphone ⁊ lectiones inde summũtur: qui liber est de amoribus: qz in carne manens maiorez habuit dilectiõez qꝫ aliqua creatura in carne viuens: excepto xp̃o: ⁊ ideo ꝓpter excellentẽ charitatez quã habuit in terris meruit ascendere sup' angelos: i carne enĩ preter carnẽ viuere nõ terrena sz celestis vita est. Et competit hoc festũ estiuo tempori: qz per calorez ignis charitas ascendit. Rursus legiꝫ ⁊ cantaꝫ de cantico amoris: eo qꝫ beata virgo figuram tenet ecclesie. Sicut. n. ipsa mater est virgo ⁊ sponsa: sic ⁊ ecclesia mater sanctoz nomen tenet virginitatis ⁊ sponse: virginitatis inquam mentis ⁊ fidei q̃ prevalet virginitati carnis: sponse qz ipsa est sponsa xp̃i. Vñ apostolus Despondi vos vni viro virginez castam exhibere xp̃o. Est aũt vt dicũt quidã cantici legenda medietas vsqz ad octauas. alia vero medietas vsqz natiuitatẽ eiusdẽ virginis reseruet. Huic ergo cõgrue accedit qꝫ circa festũ istud libri salomonis legant: ⁊ premittunt antiphonis qdam versiculi. vt dictũ est i sexta parte sub dñica de trinitate. In calcedoñ. cõcilio qꝫ beatus leo celebrauit statutũ fuit qꝫ virgo maria mater dei appellaret. Alij tñ dicunt qꝫ in ephesino iussu celestini pape primi celebrato. ¶ Itẽ nota qꝫ ille sermo hiero. Cogitis me a paula ⁊ eustochiũ qui a qbusdaz in ecclesia in hoc festo legiꝫ nõ debet legi nisi i refectorio vel capitulo qz ad hoc factus fuit. Dicit autẽ ad horas capl̃m. In oibus requiẽ. Eccle. xxiiij. c. In vigilia assumptõis dicit epla. Ab initio. Eccle. xxiiij. ca. Alie ecclesie dicũt. Ego q̃si: que est ibidẽ. ¶ Euãgeliuz est. Exurgẽs maria. Luce. i. ca. Alie ecclesie dicunt. Loquente ihesu. xj. ca. Offertoriũ. Oratio mea mũda. Job. xvj. ca. Leterũ in missa dici legiꝫ epistola. In oibus requiez ⁊c. In omnibus enĩ quesiui vitã eternaz: ⁊ ideo habui illam. Sequiꝫ. Et qui creauit me: requieuit in tabernaculo. i. in vtero meo. Et quia dñs in vtero beate marie virginis requeuit: ideo ipe ꝺixit illi suũ tabernaculũ. i. celuz. Et sicut ipsa dño fecit thronũ grandẽ. Vnde ipsa dicit. Magnificat anima mea dñm. Et. iij. Regis decimo. Thronũ fecit rex salomõ de eboze grandẽ. ita ei fecit dñs thronuz grandẽ in celo qñ exaltauit eaz super angelos. ¶ Euãgeliũ legitur de martha ⁊ ꝺ maria scilicet. Intrauit ihesus. luce. x. qꝺ prima facie ptinere nõ videꝫ. tñ bene pertinens est ꝺm allegoriã. Intrauit. n. ihesus in quoddaz castellũ. i. in beatã virginẽ que dicit castellũ: que ẽ terribilis demonibus: ⁊ bene se munivit ꝓtra dyabolum ⁊ vitia. Diminutiue aũt dicit castellũ ꝓpter humilitatez. Et dicit quoddã ꝓpter singularitatẽ qz nec p̃maz similẽ visa est: nec habere sequentẽ: ⁊ martha. i. activa vita recepit eum. Diligentissime enĩ nutrivit puerum suũ: ⁊ tulit in egyptuz: ⁊ prius se ꝓbauit in activa vita eundo ad elisabet. ⁊ seruiẽdo ei. Et sicut ipa fuit martha in activa vita: ita ⁊ fuit maria magdalena in contemplativa. Unde in alio euãgelio habeꝫ. Maria cõseruabat oia verba hec cõferens in corde suo. Ue aũt due sorores significãt vitaz activã ⁊ vitã ꝓtemplativã que plene fuerunt in beata virgine maria p quasiꝑa sublimiter: honorabiliter: atqz delectabiliter in se ipsa recepit xp̃m. ¶ Illud aũt notanduz est qꝫ quattuor sunt euangelia de beata maria virgine. Unũ ẽ. Missus est: qꝺ nõ debet ꝺici nisi in aduentu dñi ⁊ in annũciatione eius. Alia tria possunt cantari quotiẽs ꝺ ipa peculiaris missa cantaꝫ: tanq̃ cõmunia que sunt ista Extollens vocẽ quedã mulier ⁊c. aliud. Abijt maria in montana ⁊c. aliud. Stabat iuxta cruce ⁊c. ¶ Itẽ nota qꝫ hoc festuz habet ieiuniuz: ⁊ octauas: quod nõ habet aliud festuz de illa. Hoc enĩ festuz maius est oĩbus alijs que fiunt de illa. Similiter ⁊ de quolibet sancto maius festũ est transitus illius quaz aliud de illo: qz de miseria transit ad vitã: excepto de iohãne baptista. ¶ Quare autẽ herbe colligant: ⁊ benedicantur in hoc festo ipsa legenda indicat: qz beata maria comparaꝫ rose ⁊ lilio. ¶ Unde sicut spina rosam: genuit iudea mariam. Officium beate marie virginis debet quottidie: sed in sabbato soleniter dici: ꝓut dictum est in sexta parte sub titulo de tẽpore aduentus. In qbusdam tñ ecclesijs nõ dicit a qnta feria cene domini vsqz ad octauas pẽthecostẽ dicẽtes qꝫ tũc in ecclia oia breuia debẽt esse. ¶ Legiꝫ tñ cuz qdam sacerdos aliaz forte missaz nesciẽs: omni die missaz de btã virgine celebraret eps eum ab officio suspẽdit: sz virgo beata ipsi episcopo ex hoc grauissime cõmitata est: ⁊ ideo ipse suspensionem huiusmodi relaxauit.

¶ De sancto bartholomeo apl̃o. ¶ Rubrica.

BEatus bartholomeus p̃mo p̃dicauit: vt dixit beatus theodorus abbas i legdonia postea in india deinde in albania ciuitate armenie: vbi primo excoriatus: ⁊ postea ꝺcollatus est: deinde translatus dicitur de-

neuenti: quãuis hodie rome esse dicatur. Quidã aũt celebrant festum excoriationis ꝛ quidam decollationis: sicut dictum est in sexta parte sub quarta feria tertie ebdomade aduentus. ¶ Et nota ꝙ inquirẽtib⁹ beatum bartholomeum demum ipsum ita descripsit dicens. Capilli eius nigri ꝛ crispi caro candida: oculi grandes: nares ꝗcoequales ꝛ directe barba ꝓlixa habens paucos canos: statura equalis collobio albo clauato: ꝛ purpura vestit᷑. induit᷑ albo pallio: qȯ ꝑ singulos angulos habet gẽmas purpureas.

¶ De decollatiõe sci iohãnis bap. ¶ Rubrica.

FEstum decollationis beati iohannis celebrat eccl'ia qꝛ pro veritate mortuus est: sed non sic solemniter sicut festuz natiuitatis eius: eo ꝙ descẽdit ad inferos sicut dicit grẽgo. super illud. Tu es qui venturus es: an alium expectamus. Fuit aũtẽ decollatus in tẽpore paschali per herodẽ regẽ anno. xxxij. a natiuitate domini. s. anno precedente passionez domini: ꝛ ipe in anno. xxx. cepit predicare: ꝛ ita hoc festum est de decollatione. ¶ Et nota ꝙ tres fuerunt herodes quos eorum infamis crudelitas fecit famosos. Primus dicit⁹ est herodes ascalonita: sub quo natus est dominus a quo innocentes occisi sunt. Secundus antipas. qui iohannem decollauit. Tertius agrippa: qui iacobum occidit ꝛ petrum incarceranit. Unde versus. Ascalonita necat pueros. Antipa iohannem. Agrippa iacobum: claudens in carcere petrum. Sane decollato iohanne discipuli eius corpus sepelierũt in sebasta vrbe palestine: ꝛ caput in hierusalem humatum est: iuxta herodis habitaculum: ꝛ vbi corpus sepultum iacebat: multa deus miracula operabatur. Unde multitudo magna christianorum illuc cõfluebat. Quod videns iulianus apostata iussu eius gentiles ad dedec⁹ sancti iohannis confregerunt mausolum: ꝛ ossa ci⁹ per agros sparserunt. Sed cũ christiani illuc venirẽt: ꝛ miracula non cessarent: iterum gentiles ossa collegerunt ꝛ combusserunt: sed digitus ille quo dominuz ad iordanem venientem monstrauit dicens. Ecce agnus dei ꝛc. non potuit comburi. Multi tamen christiani monachi a hierosolymis qui intererant cũ gentilibus ossa colligentibus quot occultare poterant reseruauerunt. Tulerunꝙ ossa ad philippuz hierosolymitanũ episcopum qui misit ea per iulianũ diaconũ anastasio alexandrie epõ que post theopholus vrbis eiusdem epõs in templo serapis reposuit: ꝛ basilicum in honorem eius consecrauit. Unde hoc festum de dõcollatione ꝛ combustione ossium est ꝑm magistrũ gilbertum quod celebrat ecclesia quasi pro iaz mortuo secundum martyriuz: quia in suis ossibus quoddãmodo passus est. Alij dicunt ꝙ beata tecla digitum beati iohannis qui comburi non potuit: de vltra marinis partibus afferens in morianam: ibi ad honorez beati iohannis fundauit ecclesiam: ꝛ hac die dedicata est ei ecclesia. Ideoꝙ statutũ fuit a domino papa: vt hec dies ad honorem beati iohannis per totum mundũ semper celebris haberet᷑: ꝛ ꝑm hoc videt᷑ ꝙ debet dici festuz dedicatiõis. ¶ Rursus beatus iohãnes caput suuz qȯ in hierlm fuerat humatuz reuelauit duobus monachis orientalibus: qui hierlm adorare venerant: qui iuxta herodis habitaculuz illud. vij. kalend. martij ꝛ̃uenerunt: sed post ab alijs platuz est i emissaz ciuitatẽ: ꝛ in quodã spectu ignobiliter recõditũ donec denuo marcello ꝓsbytero fuit reuelatuz ꝛ per eiusdez vrbis epm quarto kalẽdas septẽbris reuelatũ ex quo tpe cepit i eadẽ vrbe decollatio celebrari: ea die vt arbitroꝛ quo caput est reuelatuz ꝛ ita hoc festum põt dici reuelatiõis. Hoc ergo festuz potest esse de decollatione: vel de collectiõe ossiuz vel de dedicatiõe ecclesie ad honorẽ illius vel de reuelatiõe. Hac die dicũt qdã epistolã. Expectatio prouer. x. ca. Et euangeliũ. Dixit herodes. marci. vj. ca. ꝛ alleluia. Erat lucerna. Johannis. v. capitulo.

¶ De sanctis felicis ꝛ audacto. ¶ Rubrica.

SCiendum est ꝙ cum beatus felix traheret᷑ ad mortẽ pro noie xp̃i: gdam repente se in medio ꝓtulit dicens. Ego sum xp̃ianus. Dixerũt carnifices ergo venies ꝛ tu. Cũ aũt nomẽ illius ignorarent᷑ vocatus est audactus quasi beato felice audacter associat⁹: sicut ꝛ beatus iohãnes alexandrinus cp̃s ob eximiã i pauperes xp̃i pietatẽ iohãnes elemosynarius dictus est. Cuius festum nono kalendas februarij celebratur.

¶ De natiuitate beate marie. ¶ Rubrica.

FEstum natiuitatis beate marie virginis: qñ videlz
f in mundo nata est: ideo celebrat᷑: quia fuit in vtero sanctificata: iuxta illud ps. Sanctificauit tabernaculũ suuz altissimus. In hoc festo legit᷑ genealogia saluatoris: imo ipsius beate marie virginis: qꝛ de eadez fuerũt genealogie: vnde legit᷑ euangeliũ. matthe. i. ca. Liber generationis ihesu xp̃i: de qua dictũ est in sexta parte sub natali ꝛ sub festo apostoloꝛ philippi ꝛ iacobi. Et epistola. Ego quasi eccliasticus. xxiiij. c. alie ecclesie dicũt. Dominus possedit me: prouerbioꝛ octauo capitulo. Cantatur etiam historia de laudibus ipsius virginis marie. In quibusdaz tamen ecclesijs leguntur cantica canticoꝛum que magis pertinẽt ad festum assumptionis virginis marie: prout ibi dictuz ẽ. Dicit᷑ etiã ad horas caplin. Ego quasi vitis. Ecclesiastici. xxiiij. c. ¶ Sane hoc festũ olim nõ celebrabat᷑: sed gdaz vir religiosus pluribus annis audiuit angelos in hac nocte solennizãtes in celis: cui causam querenti reuelatum est angelos gaudere: quoniam beata virgo nata fuit in illa nocte: quod apostolicus auctenticauit: ꝛ festum celebrari precepit: vt in solennizando celesti curie ꝙformemur. ¶ Nõ aũt hz festũ hoc ieiunij ĩstitutiõis. põt tñ habere deuotiõis. Aliz etiã nõ habuit octauã: sz innocenti⁹ papa q̃rtus eã instituit. Vacã

te.n.rōana eccl'ia p obitū Gre. pape noni cardialibꝫ
ꝓcordare nequeūtibꝫ:romāi pꝰ plures dies eis iclusis
multiplices molestias eis iferebāt:ꝓpter qō dicti car
dinales regine celi vouerunt:q si eius meritis concor
darent:t abire libere possent:octauaz sue natiuitatis
din neglectam celebrandā de cetero statuerent. Sicqz
in celestinum papam conuenerunt t liberati sunt. Sz
quia idem celestinus vixit solum.xviij.diebus non po
tuit votum implere:qō postmodum dictus innocenti
us eius successor iplenit. ¶ Et nota q ecclesia tres
natiuitates solēnizat.s. Joānis baptiste: t beate Ma
rie t xpi.si quidē Joannes fuit lucifer:quia sicut luci
fer precedit solem:sic ipse xpm. Primus enim aperte
ꝓdicauit Maria fuit aurora.natiuitas xpi ortus so
lis:quia in eo splendor patris apparuit. Predicte au
tem tres natiuitates designant tres spirituales natiui
tates. Nam renascimur cum ioanne in aqua cuz ma
ria in penitentia:t cū xpo in gloria.Cum igitur opor
teat q contritio precedat natiuitatem baptismi in a
dultis:t natiuitatem glorie similiter: ideo merito ille
due vigilias habent.Sed cū penitentia tota sit pro vi
gilia: non oportuit q ipsa vigiliā haberet:t ideo hoc
festum vigiliā siue ieiunium non habet. ¶ Et est sci
endum q beatus fulbertus episcopus cardialis fecit
illa tria responsoria. Stirps iesse:Solē iusticie: t cho
rus noue hierusalem.

¶ De exaltatōe sancte crucis. Rubrica.

Exaltatio sancte crucis: dr quia Cosdroes rex persarum hiero
soly mam venit:t lignum dnicum inde
secum tulit:t facto domo celo simili: in
eadem sedem sibi fecit:t lignum a dex
tris posuit loco filij.gallum vero a sinistris loco spiri
tus sancti t ipse stans in medio se deum vocari iussit.
Quod audiens eraclius imperator romanus aciem
mouit iuxta danubium qui fluuis est persarum: non
hunc q i suevia nascitur:sed alium eiusdem nominis.i
de victo filio Cosdroe singulari certamine:crucez do
mini tulit:t cum appropinquaret in magna pompa
hierusalem porte ciuitatis per angeluz clause sunt ne
intraret qui cum vehementer admiraretur audita est
vox de celo dicens.Regem regum non sic intrasse hie
rusalem phaleratum quando pro omnibus pati vēit
sed humilem t super asinam sedentem. Et statiz reco
gnoscens elationem suam:de equo descendit t humi
liatus est valde.t porte ei sponte aperte sunt: t nudis
pedibus ciuitatem intranit.t in eius introitu multi di
uersorum morborum generibus detenti:curati sunt p
crucem.t imperator ipse in has deuotissimas crucis
prupit laudes dicens: O crux splendidior cunctis a
stris:mundi celebrior hominibus ꝛc. Ille ergo crucez
exaltauit t exaltationis diem in futurum episcopis si
bi consentientibus in suo imperio statuit esse solennez
Sergius vero papa longis post temporibus in sacra
rio beati petri inuenit capsam argenteam:t in ea cru
cem ex salutiferi ligni magna portione composita la
pidibus preciosis ad ornatam:q posita in basilica sal
uatoris adoratur a ppl'o in die exaltatiōis. ¶ Est āt
maius festum inuentionis q exaltatiōis ꝓpter aucto
ritatem instituentis. Nā illud a papa.s.eusebio:istud
ab imperatore statutum ē. ¶ In hoc festo dr epla q
dr in ramis palmarū:qz in ea agit de exaltatione scte
crucis. Alij legunt illā:Christus factus est.ad phil.ij.
c. ¶ Legitur etiā in qbusdam ecclesijs euangelium i
quo fit mentio de aduētu xpi t fulgure:sicut fulgur ex
it.ꝛc.qō t dici cōsuevit tempore aduētus. In alijs ve
ro dr euangelium de nicodemo quod qdā dicunt i fe
sto inuentionis scē crucis. Ibi.n.dr.Sicut moyses ex
altauit serpentē in heremo:ita exaltari oportet filium
hois.Cōiter tn dr q melius est euangeliū:nunc iudi
cium est mundi.Joh.xij.c.in quo dr.Cum exaltatus
fuero a terra oia trahaam ad me ipsum. ¶ Prefatio
vero illa dr q ante pascha p.xv.dies seu in qbusdā ec
clesijs p quinqz dr.vel vt alij volunt illa q dr in tempo
re paschali. Br etiam ad horas capitulum: Christus
factus est p nobis.ad phil.ij.c.

¶ De festo sci Mathie apli t evange. Rubrica.

Beatus Matthe⁹ us le
uita fuit. Erat aūt hebreus: t iō hebrai
ce scripsit hebreis in iudea sed postea li
ber eius fuit trāslatus i grecū. deinde i
latinū. ¶ Et nota q euāgeliū qō ipse
ꝓprijs manibus āno dñi.xl.scripsit cū ossibus bti bar
nabe reptū. Qō quidē euangeliū btūs barnabas secū
ferebat:t sup egros illō ponēs tā fide barnabe q me
rito bti matthei ꝓtinuo liberabat. Matthus vero edi
dit aquilei euangeliū anno dñi.xliij. ¶ Br hodie e
pistola. Unicuiqz vrm Ephe.iiij.c. Alij vero dicunt:
Similitudo vultus. Ezech.i.c. Euāgeliū est. Bū transi
ret iesus. Mat.ix.c. In vigilia vero est euangeliū. Vi
dit iesus publicanū. Luc.v.c. ¶ Predicauit autē sub
gayo caligula imperatore:q sic dictus est:qm natus ē in
expeditiōe:t cooptus est caligis. Joānes aūt scripsit
sub numa. Marcus sub nerone. De Luca incertū ē.
qdā tn dicunt q sub nerone.

¶ De scō Mauricio t socijs. ¶ Rubrica.

Cum galli exercu
issēt exercitū in romāos dux egypti col
legit exercitū i quo fuit btūs Mauricius q sub se hēbat legionē i q crāt sex mi
lia sexcēti t.lxvi. Cū ergo essēt i exerci
tu tyrannus voluit eos cogere adorare idola:q nolue
runt:t ꝓpterea decimā ptē accepit tyrānus t iterfecit
qō vidēs beat⁹ Mauriti⁹ uertit bmonē ad socios o
rās vt viriliꝫ starēt t sic ab eo ꝓfortati passi sūt marty
riū. Fuerant autē baptizati anteq romam venirent.
¶ Et nota q dicit de Mauricio t thebea legione:
quod inueniuntur plures thebee: vna in egypto vbi
sunt mauri.altera i grecia vbi sūt thebani.alia i india

vbi sunt tespite: isti socij Mauricij erant de egypto.

¶ De festo sci Luce euangeliste. Rubrica.

LUcas syrus fuit natione: & antiochenus patriarcha: & predicauit in bithinia vbi sua morte nō martyrio vitā finiuit. Fuit ēt pictor & medicus. & ſm Hiero. fuit discipulus apl̄oꝝ & nō dñi. Ꝉcit eni ad fidē post dñi resurrectionē: vt legit in glo. sup exo. lꝫ qdā dicāt q̄ fuerat de. lxxij. discipulis dñi: & scripsit euāgeliū in achaia. Vixit aūt octoginta quattuor annis. ipse euāgeliū & actus apl̄oꝝ cōposuit. Fuit discipul⁹ beati Pauli: a quo didicit qō docuit. sicut & btūs Marcus a btō Pe. In ꝓlogo tamen euangelij sui inuenitur q̄ ipse didicit multa a q̄busdā q̄ in principio cū dño fuerunt. Sed btūs Paulus nō fuit a p̄ncipio cū dño. ergo nō didicit ab eo qō docuit. Solutio. quedā didicit ab eo: & quedā ab alijs sed maxime a beato Paulo. Credit̄ tū q̄ ipse ad beatam virginē tanq̄ ad archam testamenti recurrēs ab ea de multis certificatus fuit p̄cipue de his que sibi soli cōstabant: sicut de angelica annunciatiōe & christi natiuitate & huiusmodi de q̄bus solus Lucas agit.

¶ De festo apl̄oꝝ Simonis & Jude. Rubrica.

IAcobus minor frater dñi: & Simon & iudas & ioseph q̄ & barsabas & ēt iust⁹ cognominatus ē ne, ꝓpter iniusticiā ab apostulatu fuisse reprobatus credat̄ frēs fuerūt filij marie cleophe: que alpheo nupta fuit. Simon autez iste dictus est zelotes: dictus ē & Simon cananeus a cana vico galilee quod idem est. Cana enim zelus interp̄tatur. habuit enim magnum zelū animaꝝ. Judas. n. multipliciter cognominatus est. Dictus est eni iudas iacobi supple frater: vt p̄missum ē. Dictus ē etiā thadeus a trarcha quod est regia vestis: & deus vel thadeus interpretat̄ apprehendens principē. Ipse enim fuit vestis regia p ornamenta virtutū: per quas apprehendit principē xp̄m. Dictus est etiam lebeus: qō sonat cor vel corculus. i. cordis cultor. Inter p̄missum ioseph & mathiā sortes iactate sunt & de simone dicit̄ q̄ crucifixus mortuus est. Alij tamē dicunt q̄ non est iste: sed simon qui fuit filius cleophe crucifixus ē. iste simon predicauit in egypto postea vero venit in hierusalem: & ibi fuit ep̄s post beatum iacobuz minorē qui dictus est frater dñi & ibi crucifixus est. Vixit autē cētum viginti annis & suscitauit antēq̄ moreretur. xxx. mortuos. vnde in eius legenda inuenitur terdenos mortuos mersos fluctibus humane vite reddidit vsibus. Filium eni hospitis sui mersum fluctibus suscitauit. Mortuus autem est in borboro non in postophorio. Postophorium vt quidaz volunt est porticus templi: in quo iacebant custodes templi. Judas autē p̄dicauit apud persas & medos & mortuus est apō armeneos.

¶ De festo omnium sanctorum. Rubrica.

CVm singula idola romanorum rome tēplū habere non possent romani vnū templum in honorē cibelles matris deoꝝ: & oīum deoꝝ ipsoꝝ fecerunt quod dictū est pātheon a pan qō est totū: & theos deus. Successu vero tēpoꝝ bonifacius papa petijt a phoca cesare imperatore constantinopolitano qui ꝑat romanis templum illud sibi dari. Quo obtēto abiectis inde idolis dedicauit illud. iiij. idus maij ad honorem beate Marie virgis & omnium martyꝝ: & dictum est festū illud beate marie ad martyres. Nonduz enim fiebant festa de confessoribus: sed solum de martyribus: vnde tūc institutum fuit festū beati Joannis ante portā latinaz occasione martyrij: q̄ q̄tum in se fuit sustinuit. Statuit ergo idem papa vt singulis annis illa die celebraretur festum de martyribus: sicut in calendis eiusdem mensi celebrabat̄ festuz apl̄oꝝ: & in honore btē Marie & oīum martyꝝ cātauit ibi: Terribilis est locus iste i quo est salus &c. quod tm̄ in dedicatione ecclesie solet dici. Dex Greg. q̄rtus hoc festum martyꝝ trāstulit ad calendas nouembris: vt tunc collectis terre frugibus conuenienter ad hoc festū possent copiosius victualia inueniri. instituens tunc fieri festū non solū apostoloruz & martyꝝ: sed etiā trinitatis & angeloꝝ & confessoꝝ & generaliter oīum scoꝝ & scarū & etiā electoꝝ: vt pz i hymno & illius officium ordinauit. ¶ Institutu aūt fuit hoc festū quattuor de causis. Primo ꝓpter p̄missā templi dedicationē. Secundo ꝓpter omissoꝝ festorū suppletionē. Nonēni ꝓpter ipsaꝝ multitudinē de oibus festare spāl̄r valeamus. Tertio ꝓpter negligētiarum in festis q̄ celebramus cōmissarū expiationez. Et hec rō tangitur in sermone qui hac die in ecclesia recitatur vbi ita dicitur. Decretum est vt die ista oīuz scoꝝ memoria habeat̄: vt quicqd humana fragilitas p ignorantiam aut negligentiā vel p occupationez rei secularis in solennitatibus sanctoꝝ minus pegisset: i hac sancta obseruatione p̄soluatur. Quarto ꝓpter facilioꝛem orationū nostraꝝ impetrationem. Facilius enim qō petimus obtinebimus si simul omēs intercedant p nobis: qz impossibile est multitudinem nō exaudiri. Unde in oratione hodierna dicit̄ multiplicatis intercessionibus largiaris. ¶ Quare aūt festa sanctoꝝ celebrentur: dictum ē in p̄mio huius p̄tis. hoc festum habet ieiunij institutionis. nec debet quis comedere illa die vsqz ad vesperas. nec ieiunium dz mutari vt quidam faciunt ꝓpter sanctū quintinuz. Quia vero hoc festū oīum sanctoꝝ est generale: nō variat̄ illius officium: put hz varietas oīum sanctorum. Prima enim antiphona & prima lectio & primum responsorium de trinitate cantat̄: qz festum est trinitatis. secundo loco cantat̄ de beata Maria. tertio de āgelis. quarto de ꝓphetis. quinto de apostolis. sexto de martyribus. septimo de confessoribus. octauo de virginibus. nono de omnibus simul. ¶ Auctoritas autem illius officij obseruatur in lectionibus. Naz in quibus

dam ecclesijs in hoc festo maiōr in ecclesia etiam epūs si presens fuerit lectionem legit de trinitate. s. primam vel decanus vel saltem sacerdos: ⁊ sic fit descēsus per personas in legendo vsq; ad pueros. Octauam nāq; lectionem de virginibus legit vnus ex pueris. nam sēper nonam lectionem maiōris est legere. Octauū etiā responsorium dicunt de virginibus. i. Audiui vocem quod cantatur a quinq; pueris coraz altare btē Marie virginis si fuerit ibi. candelas in manibus tenētes ad representationem quinq; prudentum virginum lāpades ornatas accēsas habentiū. Dicitur etiā caplīm Vidi turbaz. Apoc. viij. Ad missam vero dicit epla: Ecce ego iob. que est apo. v. ca. Alla. O q̄ gloriosum. Apo. vij. c. Euangeliū. Videns Jesus turbas. Mat. v. c. In vigilia vero dr epla: Ecce ego Job. Apo. v. c. Euangelium: Descendens iesus. Luc. vi. c.

¶ De officio mortuoꝝ. ¶ Rubrica.

HOc loco de officio mortuorum dicendum est. Et qñq; vocatur agenda ab ago agis: q; iter cetera sui significationes agere idez est q̄ celebrare. Inde ergo officium ordinatum ad celebrem defūctorum memoriam agenda vocatur quandoq; etiam vocantur exequie ab exequor exequeris: q; inter alias sui significationes exequi idem est q̄ extra alia sequi. Officiuz ergo seu obsequiū in sepulturis mortuoꝝ exequie vocant: q; celebrāt dum mortui extra vinos sepeliendi ferunt: vel q; extra horas canonicas spāles ⁊ singulares hz obseruantias. ¶ Sane hoc officium continuat festo oium sanctoꝝ. ⁊ sunt tres dies continui tribus mysterijs deputari. Nā vigilia oium sācto rum dies est affectionis. solennitas dies exultationis hodie vero dies orationis. In primo nos ieiunando affligimus presentis vite miseriam recolentes. In secundo beatitudini sanctoꝝ congaudemus gratiaruz actiones dño referētes. In tertio p̄ his qui in purgatorio detinent oramus: eis modo penā minorem: mō plenam absolutionez orationibus ipetrantes. Siquidem cōmemoratio oium fideliū defunctoꝝ instituta ē fieri ab ecclesia tali die: vt generalibus beneficijs adiuuent: q; spālia habere nō valent: de conse. di. i. visuz sicut ⁊ de festo oium sanctoꝝ p̄missum est. Sicut enim petrus damianus ait: Sanctus edibo comperiēs q̄ apud vulcanum cecilie crebre voces ⁊ vllulatus ōmonum audiebantur plangentiū: p eo q̄ anime defūctorum per elemosynas ⁊ oratiōes de coꝝ manibus eripiebantur: ordinauit in suis monasterijs vt post festū oium sanctoꝝ fieret cōmemoratio defunctoruz: quod fuit postmodū a tota ecclesia approbatum. Primo ergo videamus a quibus institutū fuit officium mortuorum. Secundo vbi habuit initiū. Tertio de modo celebrandi illud. Quarto de modo sepeliendi. Fuit ergo primo institutum ab apostolis: sed ab origene: vt testatur Jsidorus in libro de ecclesiasticis officijs fuit adauctum: ⁊ ex maxima parte ordinatum: Unde ipsum commendat beatus Aug. in encheridion dicens eum fuisse secundū in ecclesiasticis officijs post apostolos. ¶ Hoc officiū initiū habuit i veteri lege. Nā sicut ait Amb. xij. q. ij. qz mortuo iacob Joseph ⁊ alij fratres sui cū multis egyptijs sattulerūt eū in ebron: iz pus fleuerūt. xl. diebꝰ in egypto: ⁊ postea fleuerūt eum vij. diebus in zab. Gen. l. c. Jtē legit in Deutero. vlt. c. q̄ mortuo moyse fleuit populus israel. xxx. diebus: ⁊ similiter fecerūt de aaron: ⁊ de maria. Jtez dicit salomon: Luctus filij sapientis mortui. septez diebus, luctus stulti filij sempiternus: ideo quia eternū morietur ¶ Nota autē q̄ quidā faciunt memoriā p defūctis die tertia seu p tres dies representātes triduanaz dñi sepulturā: seu respectū habetes ad resurrectionē xp̄i: qui tertia die resurrexit: resurrectionez cum xp̄o mortuis poptantes seu ad trinitatē. velut qz viuētes tripliciter peccauerunt: vz cogitatione verborum ⁊ opere remittantur eisdem. Alij vero faciunt missam celebrari septem diebus seu per septē dies: ⁊ vtrunq; ostendit in libro numeri. xix. ca. vbi dicit: q̄ qui tetigerit cadauer mortui hois īmundus erit septem diebus. vnde aspergatur aqua tribus diebus ⁊ septem: ⁊ sic mundabit: de con. di. i. aqua. ¶ Sane īmūdus ꝓpter cadauer mortui hominis: significat pollutā animā ꝓpter mortua opera. Celebrāt ergo per septez dies. Primo vt defunctus ad sabbatū eterne quietis citius valeat puenire. Secundo vt ei remittant omia peccata que cōmisit i vita que per septē dies ducitur. Tertio ꝓpter septenarium anime ⁊ corporis. Anima enim tres habet vires. s. rōnabilitatē concupiscibilitatem ⁊ irascibilitatem. Corpus vero constat ex quattuor elementis: vt ergo peccata que homo per hoc septenarium siue in hac vita que per septem dies ducitur cōmisit deleant septenarium mortuis celebrāt. Quarto sicut filij Jacob defuncti fleuerunt per septez dies: vt premissum est: ita ⁊ ecclesia pro suis defunctis celebrat officium septem diebus. quidam autē faciunt nouē dinale. i. officium nouem dierum: vt per hoc officium mortuorum aīe a penis liberate: nouem angelorum ordinibus associent. hoc autem a quibusdaz non approbatur ne gentiles imitari videamur: a quibus hoc sumptum esse videtur qui nouē diebus lugebant mortuos suos: ⁊ in nono die cineres eoꝝ piramidibus vel in bustis recondebāt. Alij vero celebrari faciunt pro defunctis triginta dies vel tricesimo die. Primo quia filij israel tot diebus fleuerūt moysen ⁊ aaron vt premissum est. Secundo ideo: quia ter decem faciunt triginta: per ter enim trinitatem: per decem decalogum intelligimus. Ter denarium ergo mortuus facimus: vt quod in obseruatione decalogi seu preceptorū xp̄i: ⁊ contra trinitatem peccauerunt eis dei misericordia cōdonetur. Tertio quia numerus iste triginta diebus perficitur. ideo tricesima die: vel triginta diebus fit mortuis officium: vt opera eorum coram deo plena esse intelligantur. Quidam quoq; quaterdecies celebrant siue quadragenarium faciunt: vt quod illi i doctrina quattuor euangeliorum ⁊ in decez preceptis legis peccauerunt sibi condonetur. ¶ Rursus qui diem quadragesimū seruant representant dominicaz sepulturam optātes mortuos gloriam habere cū xp̄o

qui quadraginta horis lacuit i sepulchro cōputata hora i qua emisit spiritū ⁊ vltima hora noctis dominice i qua resurrexit secundū Aug. Repzesentant etiaz qz vt ꝓmissū ē mortuo iacob filij eius luxerūt q̄draginta diebus. alij quinq̄genarium faciunt: qm̄ sicut Beda ⁊ Greg. dicūt i glo. super locū illū vbi habetur q̄ abraz quesiuit a domino volēte subuertere sodomā: si ibi quaginta fuerint ibi nungd destrues eos: ⁊ respondet dominus nō. Quinquagenarius numerus pfectus est ⁊ significat annū iubileū. idest octauā etatē i qua erit remissio ⁊ plena libertas. Ut ergo aie defunctorū plenariā libertatē ⁊ peccatorū suorū remissionē adipiscā tur: quinq̄ginta diebus ꝓ illis celebrat officiū. Preterea dicitur i Mareo: Vnū granum offerebat .xxx. ⁊ vnū q̄nquaginta: ⁊ vnū cētum. Alij sexagenariū ꝓ eo qz sexagesima significat meroz̄ ecclesie ꝓpter absentiam spōsi: ⁊ ei i cōsolationē due ale dantur: vt dictū est in .vj. parte sub dominica q̄dragesime: sic ⁊ hi repzesentant meroz̄ ꝓpter abstinentiā defuncti sui i quorū cōsolationē ⁊ aie defuncti expiationē sacrificium domino offertur: ⁊ paupibus elemosyne largiuntur. Nō nulli etiā celebrāt cētesimum diē vt mortui trāseāt a leua i dextra a militia i triumphum a terra i celū: a miseria in gloriā: a morte i vitā. optāt eni illis eternam beatitudinē qui p centenariuz vltra quē nō ē numerus designatur. ¶ Quidā vero anniuersarium obseruāt triplici de causa. Primo vt defuncti de annis calamitatis pueniāt ad annos eternitatis: siue ad vitā eternam que sine fine ē: ⁊ quasi annus i se reuoluit. vel qz ibi est idēptitas ⁊ nulla repitur varietas. Secundo qz sicut sanctorum anniuersariū ad ipsorum honorē ⁊ nostrā vtilitatē celebramus: ꝓut dictuz ē i ꝓbemio huius partis sic ⁊ anniuersarium defunctorum ad ipsorū vtilitatē ⁊ nostrā deuotionē. Tertio dies anniuersarij ꝓ defunctis ideo repetitur. quoniā secundū Aug. qualiter fit eis i alia vita nescimus: ⁊ melius ē vt ei luperfit beneficiū nostrū quā desit. xiij. q. ij. nō estimamus. Anniuersarium aūt si cōtigerit i die dominica vel in aliq̄ celebrari solēnitate nō debet mutari ad sequentē diez ꝓut fit i festis sanctorū: sed fiat i die p̄cedēti vt citius occurratur pēnis defunctorum quas i purgatorio sustinent. defuncti eni nostro idigent auxilio ⁊ beneficio sed nō sancti. Die quidē festiuo anniuersariū celebrari nō debet: nec missa ꝓ defunctis dici: nisi corpus presens fuerit. tunc sic. qz omni tēpore potest missa pro defunctis celebrari cadauere presente nisi in parasceue Tunc enim nō debet corpus itumulari: nec missa pro eo cantari: qz tunc corpus christi īmolari nō debet: sed vsqz in crastinum reseruetur. ⁊ tunc. s. in sabbato potest missa ꝓ illo cantari ⁊ corpus sepeliri. Similiter si quis in die pasce moriatur corpus eius vsqz in crastinum reseruetur super terrā: ⁊ tunc cū celebratiōe misse sepeliatur. Nō enim debet corpus sepeliri absque missa quāuis cōtrarium fiat in plerisqz locis. ¶ Licet autē secundum Babiloneñ. cōcilium de con. dis. i. visuz. quotidie fit ꝓ defunctis orādum ⁊ sacrificāduz in premissis tamē diebus hoc spāliter agitur ab amicis. Si quidē alig oīpe festiuis diebus dūtaxat exceptis generaliter orant pro defunctis i officio vesprina li ⁊ matutinali: alij missaz ꝓ eis quotidie celebrāt. alij in mensis initio nouem psalmos ⁊ nouē lectiones: ⁊ nouem responsoria cantāt: ⁊ quidē sancta ⁊ salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis solnātur. ¶ In quibusdam locis nō dicit in ecclesia officium mortuoz a quinta feria cene domini vsqz ad octauas penthe. dicentes: q̄ omnia officia illius temporis debent esse breuia nec in dñicis diebus. ¶ Legit autē q̄ quidam abbas prohibuit monachos suos celebrare dominicis diebus pro defunctis: sed mortui ꝓpter hoc durissimis verberibus eum affixerunt: ⁊ ideo ꝓhibitionem huiusmodi reuocauit. ¶ Et nota q̄ suffragia que fiunt in ecclesijs pro defunctis valde bonis actiones sunt gratiarum. Ille enim anime que sunt p fecte bone: statim cum egrediuntur a corporibus euolant ad celos: nec subsidijs nostris egēt: extra de cele. miss. cum marthe. ad fi. xiij. q. ij. tēpus. pro valde malis fiunt qualescunqz consolationes viuorum. Eis enim subsidia nostra non prosunt. quoniā anime illoz stari descendunt ad infernum. Pro mediocriter bonis qui .s. sunt in purgatorio sunt expiationes ꝓ mediocriter malis qui .s. sunt in inferno: sunt ꝓpiationes siue penarum mitigationes. Nam ſm Aug. quibus ꝓsunt: aut ꝓsunt vt sit plena remissio: aut certe vt tollerabilior sit damnatio. xiij. q. ij. ipse. in fi. quidam tñ pro eodem sumunt mediocriter bonos ⁊ mediocriter malos quos vocant nō valde bonos: qui vz intrant purgatoriuz: q viuentes iniunctam penitentiam non pfecerunt qbus prosunt elemosyne: orationes ieiunia ⁊ sacrificia que ꝓ eis fiunt: nam vt dicunt eis qui sunt in iferno nihil prosunt. ¶ Illud etiam nota q̄ ſm Hiero. de conse. di. v. mediocriter. cuz pro cunctis animabus psalmus vel missa dicetur: non minus q̄ si pro quolibz dicetur accipitur. ¶ Circa hoc tamē dici potest q̄ si suffragia fiunt in speciali magis prosūt illis pro quibus specialiter fiunt q̄ alijs. Si fiunt in genere seu in cōmuni magis prosunt illis qui plus meruerunt in hac vita vt sibi prodessent vt in. d. c. non estimemus. ⁊. c. tēpus. si i equali vel maiori necessitate existunt. Licet enim ſm Augu. xiij. q. ij. non estimemus. non prosint omnibus pro quibus fiunt: vel non pro omnibus facienda sunt nec aliquis pretermittatur. melius nanqz supererunt eis quibus nec obsunt nec prosunt q̄ desint eis qbus prosunt: ⁊ ideo dies anniuersarij fit vt premissum est. ¶ Sed nunquid suffragia eius qui propter mortale peccatum in charitate non est prosint ei qui in charitate decessit. Respondeo opera sacramentalia vt missa officium mortuorum collecte ⁊ similia per talez facta bene valent sed ⁊ defūcto prosunt: extra de cle. ex. mi. c. fi. tum quia illa deo non ab operante efficaciam habent. tum qz ille non proprio nomine: sed quasi sindicꝰ oium vz totius ecclesie nomine hoc agit: ſm ea que dicta sunt in ꝓbemio quarte partis. Si vero tanq̄ pua ta persona alia suffragia facit: aut hoc agit alio nomine aut suo proprio. si alieno vt quia defuncti seu alterius in charitate existentis iussu: de illius bonis elemosynam tanquam minister pro eo facit: tunc quidez illi prodest: quoniam is intelligitur facere cuius mandato facit: extra de senten. excom. mulieres. vt qui man-

dat solui ipse soluere videt. ff. de so. qui mandato. hic ē
q peregrinationis votum ab vno emissuz. alter eius
iussu exequi pōt: extra de voto. licet. Idez quoqz est si
duo quoz alter in charitate est alter p non defuncto
psalterium legunt. Et si elemosyna datur iusto vt ozet
p defuncto. His etenim casibus p dest defuncto rōne
charitatis hois iusti adiuncti. ff. qō cum sal. tu. vel act.
§. extra de elec. illa. cōtra extra de of. dele. cum nuper
Si autem suo priuato noīe t de ppio quis p illo ele
mosynam dat vel ozat vel ieiunat vel aliter se affligit
quasi cōmuniter dicunt theologi q talia in nullo pro
sunt ei. Nam legitur Jo. ix. Scimus q peccatozes ō
us non exaudit. sed illud ceci t noīe euāgeliste fuit ver
bum. t Jsa. i. Cum multiplicaueritis oationes nō ex
audiam. manus enim vestre sāguine. i. pctis plene sūt
imo bm Aug xij. q. vij. in grauibus. Bum is qui displi
cet ad intercedendū mittitur: irati iudicis animas ad
deteriora prouocaī. Deus enim iniquoz dona nō resp
picit: t iustoz solū oationes exaudit. Item dns p a
mos ppbetaz. Vota pinguium terre. i. petōz non re
cipiam. xxiij. q. i odi. Verum cū pauci sine crimine vi
uant: de pe. di. ij. si enim. in pn. l. di. q tua. Talis sentē
tia que misericordiā t tot suffragia defunctis adunit
t viuoz charitatē ad illos refrigescere facit nimis du
ra: t ideo nō sequēda videt. l. di. ponderet extra de re
nun. nisi. §. i. Si enim oīuz quos cōscientia culpa argu
it suffragia cōdemnamus illi paucoz suffragijs inua
bunt. Dicendū ergo videt q q̄ q̄ suffragia eius q t si
non in charitate: in fide tñ est illi qui in charitate dces
sit: nō p sunt ex merito vice agentis: q tñ illa fiunt bm
doctrinā ecclesie: t per eum qui in fide est: t p eo q ta
lia recipere meruit beneficia: vbi deficit charitas agē
tis: supplet meritū fidei t charitas ecclie talia dictan
tis ac defuncti capacis suscipientis: necnon t liberali
tas dei miserentis: q bm Ambro. de pe. di. i. quātumli
bet. beneficia non reuocat: imo cumulos liberalitatis
amplificat: t sua liberalitate opus ab alio factum pro
inde reputat ac si per illum pro quo fit factū esset. Nā
bm iura aliquo alienum debitum exoluente ipse debi
tor liberatur. ff. de pig. ac. solutum. §. solutam. t si ser
uo legata si libertas: sit titio decez prestiterit: quomō
cunqz illa decem pstant liber est. ff. de sta. ho. aretusa.
Sed t per eum qui capax nō est alteri legatum t here
ditas acquiri pōt. ff. ad trebel. l. cogi. §. bi qui. ff. si quis
aliquem testari prohi. l. i. §. sed si legatum. Et is qui ob
crimen p alijs postulare phibet pro se t pro his quo
rum curam gerit admittit. iij. q. vij. §. tria. Et bm aug.
i. q. i. si fuerit. quāq̄ in lapideo canali nil generetur. ta
men aqua inde transiens terram fecūdat. Et Hiero.
de pe. di. i. potest fieri. t di. iij. pium. Si quando vide
ris inter multa opera peccatozum quēq̄ aliqua face
re que iusta sunt. non est tamen iniustus deus vt pro
pter multa mala paucozum bonozum obliuiscatur.

¶ Sane ōfuncti sciunt suffragia que pro eis fiūt tri
bus modis bm Augu. xiij. q. ij. fatendum. Primo per
diuinam reuelationem: qñ. s. deus eis reuelat. Scō
per bonoz angelozum manifestationem. angeli enim qui
bie semper nobiscum sunt t omnes actus nostros cō
siderant quasi in instanti possunt ad eos descendere:
t eis ptinus nūciare. Tertio per animaz hinc exeū
tium intimationem. Quarto p experientiaz: cuz vz se
a penis sentiunt releuari. ¶ Sciendū aūt q defūcti
valde mali nesciant qd a viuis agitur nisi quatenus
eis scire pmittitur. Similit nec mediocriter boni ad
huc in igne purgatozij constituti qui nondū dei visio
ne fruunt: nisi quatenus per aliquez de premissis mo
dis permittitur eis scire. Sed valde boni q iam ea fru
unt bene sciunt quid hic agitur. Juxta illud Grego.
Quid est qō nesciūt: qui videntez omnia vident. Alij
tamen dicūt eos scire omnia que eis necessaria sūt t
non alia. Unde Jsaias ex persona popli afflicti ait.
Abrahā pater noster nesciuit de hoc. xiij. q. ij. de mor
tuis. Et vtrum mortuis cura sit de viuis. Aug. late p
sequitur libzo de cura pro mortuis habenda. ¶ Ad
huc sicut Aug. ait. xiij. q. ij. fatendum. Multi aliquos
ex mortuis vel in somnis vel alio quocunqz modo vi
uis apparere credunt. Et vbi eoz inhumata iacerent
corpora atqz vt eis sepulchra fierent t alia huiusmōi
innumera sepe admonuisse: t illa vera repertum esse
in dialogo Greg. t in alijs pleriscz scriptis autenticis
reperitur. Verūtamen vt idem Augu. in premisso li
bzo ait: quāuis mortui talia in somnis indicare vel pe
tere videantur: non ideo putandum est eos ista senti
re. nam t viuentes plerumqz apparent in somnis dor
mientibus dum ipse se nesciunt apparere: t ab eis qui
hoc somniauerunt audisse dicentibus q eos in som
nis agentes aliquid vel loquentes viderūt. vnde vt di
cit credendum est q he sunt angelice operationes p
pter dispensationem prouidentie dei ad qualecunqz
solacium viuozum. Concilium etiaz anquiritañ. xxvi.
q. v. episcopi. in prin. ait q plerqz demonū illusionib9
t fantasmatibus sepe seducuntur. ¶ Officium mor
tuozum imitatur omnino triduanam christi sepultu
ram: sicut enim in illo triduo: ita t in hoc officio omnia
laudis cantica subticemus t solēnitates quaslibz sub
trahimus. nam in missa benedictiōes ab episcopo nō
petimus: nec in agenda dicimus. Domine labia mea
nec Deus in adiutozium meum intende. nec Benedi
camus. nec Jnuitatozium nisi corpus presens sit: t eti
am in vigilijs: nec gloria patri ad responsoria vel in fi
ne psalmozum. nec ad lectiones benedictionem peti
mus vel damus: nec dicimus: Tu autez. vel Deo gra
tias. nec in missa alleluia: nec Gloria in excelsis. nec
Ite missa est. Nam in veteri lege prohibituz fuit oleū
leticie t thus suauitatis p peccato offerri. mos eteni
est vindicta peccati: vnde vbi peccatuz ibi tenebre: nec
debet esse leticia nec canticoz leticie decantatio vbi ē
luctus t contritatio mēris ac exequie pro mortuis ce
lebrantur cum luctu. ¶ Rursus laudes supprimim9
quia quo mortui transeunt ignorantes nescimus. vnō
laudare dominum debeamus de iusticia vel misericor
dia gaudium reprimimus: quia tristes in hunc mun
dū itramus t tristiores eximus: nō ergo sequentia de
bet dici que est canticum exultationis. ¶ Ad huc li
cet i missa p viuis debeāt omnes thurificari ad signi
ficādū q illoz oationes ad celestia diriguntur. i mis
sa tamē p defūctis nō debet thus p chorū portari nec
offerri. idest altare thurificari: sz circa corpus tñ: ga

hoc in lege prohibitum fuit vt iam premissum est. Nullus ergo in hoc officio thurificat ad notandū q̄ mortui nil ammodo valent orationibus suis promereri. vñ psal. Non mortui laudabunt te dñe. Ipsa autē defunctorum corpora thurificant & aqua benedicta aspergunt non vt eorum petā tollant: que tunc per talia tolli nequeunt: sed vt omnis immundorum spūum p̄sentia arceatur. Et fiunt etiā in signū societatis & cōionis sacramētorum quā nobiscū dum vixerunt habuerunt. Unde ¶ Dionysius tradit q̄ antiquitus viui mortuos osculabātur in signum vnitatis quā cū ipsis habuerunt p̄sunt etiā hec & similia inquantū per talia ipsi deo reuerētia exhibent. ¶ Quare aūt duplex versus ponit in itroitu p defunctis. s. Te decet. & exaudi oratione meaz &c dictum est in sexta parte sub sabbato tertie hebdomade quadragesime. Item in missa p̄o defunctis nō dz intermiscere oratio p̄o viuis: put dictum ē in. iiij. pte sub ti. de oratione. Pax etiam triplici ratione nō dat. Primo q2 hoc officiū vt iam dictū est triduanam xp̄i sepulturā vestigio sequitur vbi pax nō datur p̄pter iude osculū detestandū. Secundo q2 nō cōtamus mortuis: q2 nō nobis respondent. nos enim sumus in sexta etate: illi in septima. Inde est q̄ corpus nunq̄ debz esse in ecclesia q̄diu missa de die celebrat: imo p̄ius si esset ibi dz asportari extra ecclesiam in vestibulo ecclesie quantūcunq3 auctoritate viuens fulgeret: & postea ad missam de mortuis reportari. Tertio quoniā sicut ex multis granis simul collectis vnus panis conficitur: & ex multis racemis vinum cliquat: sic ex multis fidelibus: quorum quidaz boni quidā mali sunt: vna ecclesia construit & coadunat. Quia ergo de mortuo homine nescimus adhuc vtrū sit ipse de conformitate ecclesie & pacem habeat cū suo creatore & reconciliationem: ideo pacem ad missam nō damus: nec aliquas laudes p̄o mortuis referimus: q2 nō est vnō agendū sit. nō enim adhuc apparet eorum requies. Quarta rō posita est in. iiij. parte: vbi agit de osculo pacis. ¶ Illud quoq3 notandum est q̄ officium mortuorum incipit a vesperis: postea sequuntur vigilie quaruz tria sunt genera. In quibusdam enim ecclesijs leguntur nouez lectiones de Job. & incipiunt. Parce mihi domine &c In alijs leguntur de libro sapientie: & incipiunt: Deus est ire ad &c. In alijs vero de quodam sermone Augu. sed vndecūq3 fumant absolute fine: inde domne benedicere: & sine Tu autem domine. vel alibi incipiunt & finiunt p̄out in exequijs quas i dicto triduo p̄o xp̄o celebramus seruatur. Verūtamen in quibusdam ecclesijs loco Tu autem domine. terminantur: Beati mortui qui in domino moriūtur. que verba sūt Apoc. xiiij. c. ¶ Frequentatur autem in hoc officio psalmus. Te decet deus. quoniaz ibi agitur de reditu filiorum israel in captiuitate in terram p̄missionis: sic & defuncti de captiuitatis miseria ad vitam proficiscūtur eternam. Dicitur etiam psalmus. Dñe ne in furore tuo arguas me. qui cuz sit sextus in ordine psalteriī tamen p̄o octaua ititulatur quasi in sex etatibus per hunc psalmum deuz rogantes vt septime etatis possimus ornamenta euadere & ad octauā glorie puenire.

¶ Officium mortuorum non habet secundas vesperas: vt dictum est in sexta parte sub titulo de vesperis.

¶ In concilio toletan. xxvi. q. v. quicunq3. statutuz est q̄ sacerdos missam defunctorum celebrans vt ei⁹ inimicus mortem incurrat deponatur & taz ipse q̄ eū ad hoc incitans exilio perpetuo puniatur. Nunc videndum est qualiter corpus sepeliendum sit: & quidem qñ homo videtur agere in extremis dz poni ad terrā super cineres vel ad minus supra paleas: per quod inuitur q̄ cinis est & in cinerem reuertet: & fit hoc exēplo beati Martini qui vt in se alijs daret exemplum in cinere iacens vitam finiuit. Et si moriens litteratus sit legi debet passio domini vel saltem pars illius ante eum: vt sic ad maiorē punctionem moueatur. Et dz esse crux erecta ad pedes vt moriens eam cernens magis conteratur & conuertatur. Debet etiam supinus iacere vt semper erecta facie aspiciat celum exēplo beati Martini: & prius q̄ expiret eius anima dño cōmēdet. Postq̄ vero expirauerit campane debent pulsari: put dictum est in prima parte vbi agitur de campanis. deinde corpus nisi viuens nouiter inunctus fuerit debz lauari: ad significandum q̄ si aīa per cōfessionē & cōtritionem a culpa mundata sit: vtrumq3 .s. aia & corpus eternam glorificationem & claritatē in die iudicij consequet quodq3 illi fm Job. vere in dño moriunt: & bti sunt qui nullam secum portant maculā: sed in hoc mūdo per penitentiam derelinquunt. Sed cum de hac lotione neq3 in ve. tes. s. leuitici. x. c. neq3 in nouo. Act. v. c. nil agatur. si omitteret non multū vt aiunt quidaz curandū esset. Et Aug. dicit in libro de cura p̄ mortuis agenda. corpori humano quod post mortem impenditur non est salutis p̄sidium sed humanitatis officium. Verūtamen cum maria magdalena vnxerit dñm ante passionem: Matt. xxvi. c. fecit enim mortuuro q̄ non potuisset facere mortuo: Mat. xiij. ca. Preuenit inquit vngere corpus meum in sepulturam. ex hoc p̄bari potest corpora defunctorum lauanda esse. Nam sicut hieron. ait in originali super illud Matthei. vi. c. vnge caput tuum. in illis partibus vnguentis p balneis vtebantur. Canon toletan. concilij. xiij. q. ij. q. Divina. statuit q̄ qui diuina vocatione ab hac vita recedunt cum psalmis tantummodo & psallentibus vocibus ad sepulchrum deferantur. debet autem defunctus portari a consimilibus sue professionis: vt si fuerit diaconus a diaconibus: si sacerdos a sacerdotibus si sint ibi: aliter non est vis: quia ne cessitas legi nō subiacet. de consec. dist. i. sicut extra. de obser. ieiu. c. ij. clericus a clericis. catholicus a catholicis. Si vero fuerit de aliqua fraternitate deportetur ab illis qui sunt eisdem fraternitatis. mulieribus vero non licet corpora ferre: ne cogantur corpora sua lasciuia incitantia ōnudare quod facile contingere posset. Cum autez de domo ad ecclesiam seu sepulturam portant fm quorundam locorum morem ter in via pausatur. Primo ad significandum q̄ ipse in hac vita existens: vt posset digne domino p̄sentari: & cum alijs sanctis perpetua quiete pfrui. in tribus spāliter seipsum exercitauit: vz in dei dilectiōe: in charitate proximi: & in custodia sui siue q̄ in fide sancte trinitatis vixit atq3 vitam finiuit Secundo ad representanduz q̄ dñs in triduo in ven

MArtyr grece dicitur testis latine. martyres enim testes sunt q̄ christus passus est p̄o omnib⁹ ꝛ ipsi p̄o xp̄o. ¶ Sane solus beatus Laurentius inter martyres vigiliā hz ꝛ octauā p̄out sub eius festo dictuꝫ est. omnes enim martyres singulares hñt cōia officia exceptis stephano: laurentio: iohāne baptista ꝛ alijs qbusdaz. Et est introitus ad missam. Gloria ꝛ honore coronasti eum domine. vel sapientia sanctoruꝫ Eccle. xliij. capit. vel iudicabūt sancti. Sap. iij. capitu. vel Sacerdotes dei Daniel. iij. vel Letabit iustus. Hi tamen in paschali tempore habent aliud officiū: eo q̄ in illo tempore oz q̄ frequenter repetat alla p̄pter gaudiū resurrectionis: ꝛ tūc est introit⁹ Protexisti me a cōuētu malignāt iū ꝛc. ꝛ qz corona debet eis tanq̄ victoribus⁹ ideo sepe fit mētio de corona: vñ stephan⁹ interp̄tat coronatus Epla v̄o q̄ꝫ dicit p̄ vno martyre. Justus cor suuꝫ Eccle. xxxviij. ca. q̄ꝫ illa. Btūs homo q inuenit sapiētiaꝫ. puerb. iij. ca. q̄ꝫ. Justoꝝ aie. Sap. iij. c. q̄ꝫ illa. Justus si morte p̄occu. que est ibidē. iij. ca. q̄ꝫ illa. Btūs vir qui in sapiētia. Eccle. xliij. cap. ꝛ. xv. quandoq̄ illa. Benedictus deus ꝛ pater. ad Cozin. i. capi. quandoq̄ illa. Memoz esto. ij. ad thimo. ij. c. quandoq̄ illa. Nemo militans: que est ibidem. quādoq̄ illa. Beatus vir qui inuentus est. Ecele. xxxj. c. quandoq̄ illa. Benedictio domini super caput. Prouer. xvj. ca. qūandoq̄ illa. Stabunt iusti. Sap. v. ca. ¶ Euangeliū v̄o dicit q̄ꝫ. Siquis vult post me venire. Matthe. xvj. ca. q̄ꝫ illud. Siquis venit ad me Luc. xiiij. ca. q̄ꝫ illud. Nisi granuꝫ Jo. xij. ca. q̄ꝫ illud. Nolite arbitrari. Matthe. x. q̄ꝫ illud. Nihil opertū. qō est ibidez. q̄ꝫ illud. Si quis venit ad me ꝛ non odit. Luc. xiiij. ca. ¶ P̄o pluribus vero martyribus dicit q̄ꝫ epistola. Lingua sapientū. puer. xv. ca. q̄ꝫ illa. Bñdictus deus ꝛ pater do. no. ihesu xp̄i. i. pe. i. ca. q̄ꝫ. Justoꝝ anime. Sap. iij. cap. q̄ꝫ Rememoramini p̄distinos dies. Hebre. x. q̄ꝫ. Sancti per fidez. Hebre. xj. ca. q̄ꝫ. Expectatio iustorum leticia. Prouer. xj. ca. q̄ꝫ. Hi sunt viri. Eccle. xliij. c. quādoq̄. Absterget deus. Apoc. vij. c. quādoq̄. Reddet deus. Sap. x. q̄ꝫ. Justi aūt in perpetuū viuent. Sapi. v. ca. quandoq̄. Quis separabit nos a charitate xp̄i. ad Ro. viij. ¶ Alleluia est. Hi sunt due olive. Apo. xj. ca. Euangeliū vero q̄ꝫ dicit. Cum audieritis p̄elia. Luc. xxj. quandoq̄. Descendens ihesus de monte. Luc. vj. ca. quādoq̄. Videś ihesus turbas. Matthei. v. quandoq̄. Egrediente ihesu de templo. Matthei. xiiij. ca. quādoq̄ Attendite a fermento pharisеoꝝ. Luc. xij. quandoq̄ illud. Sedente ihesu super montez olivеti. Matthe. xxiiij. ca. quandoq̄ illud. Ve vobis qui edificatis. Luce. xij. quandoq̄ illud. Qui vos audit. Luce. x. ca. quandoq̄ illud. Cōfiteboꝝ tibi pater. Matthe. xxvj. ¶ Dicitur postcōmunio. Amen dico vobis quod vni. Matthei. v. cap. quandoq̄. Et si coram omnibus. Sap. iij. c. quādoq̄ Quicumq̄ fecerit. Matthei. xij. quandoq̄. Dico autem vobis. Matthe. x. ca. quandoq̄. Signa aūt. marci. vlt. capitu. ꝛ quandoq̄. Multitudo. Luc. vj. capi. ¶ In nocturnali vero officio primuꝫ responsoriuꝫ est. Iste sanctus p̄o lege dei sui certauit vsq̄ ad mortem ꝛc. ꝛ est quinti toni: quia petulantia gnq̄ sensuū fuit mactata in eis. In tempore vero paschali primū fuit mactata in eis. In tempore vero paschali primū responsoriuꝫ est. Beatus vir qui menuit dominum. ꝛ est octaui toni p̄opter octauam que significat gloriā resurrectionis: quia vero sancti martyres in tolerandis tormentis se habuerunt constant: ꝛ constantia a solo deo est: ideo illud responsoriū. O venerāda martyruꝫ ꝛc. cantatur p̄o eis: ꝛ est quinti toni. quia martyres quandoq̄ sensus deo immolauerunt. De martyribus etiam cantatur illud responsoriuꝫ. Fulgebūt iusti ꝛ tanq̄ scintille in arundineto discurrent iudicabunt. ꝛ reg. in eternuꝫ ꝛc. Sapi. iij. capitulo. ꝛ est sensus Justi fulgebunt in futuro diuersis beatitudinibus: p̄us tamen in hoc seculo discurrent. i. per diuersas mūdi partes cursitando diuina verba alijs annūciabūt. ꝛ hoc faciunt more scintillarum discurrentium p̄ arūdinetum: sicut enim scintille vel fauille ignis arundinetum. i. materiam fragilem arundinem atterunt ꝛ annihilant: sic ꝛ sancti sua predicatione ignita. i. diuino igne accensa: vicia que respectu fortium virtutum fragilia sunt destruent. Judicabunt. i. dominabuntur nationes. i. illos qui in peccatis suis permanserunt ꝛ regnabunt in eternum. i. in eternitate cum deo recipient immortalitatem ꝛ impassibilitatez ceteraſq̄ virtutes ¶ Rursus in his verbis exprimit stola carnis quā

sancti recipient que consistit in quattuor. s. in charitate subtilitate agilitate ⁊ impassibilitate. Nam fulgebūt clari ⁊ tanq̄ scintille subtiles in arūdineto discurrent agiles: ⁊ regnabit dominus eorum in perpetuum ⁊ ipsi cum domino impassibiles. Nam absterget deꝰ omnem lachrymam ab oculis sanctorum ⁊c. imo exultabunt in gloria ⁊ de incubilibus suis: quod ad stolam spiritus refertur: quam etiam recipiunt sancti.

¶ Et nota arundinetum est locus in quo sunt multe arundines siue canne sicut in palludibus: flante autē austro ex assidua confricatione arundinum ignis accenditur: scintille vndiq; aduolant ⁊ accenditur arūdinetum quod allegorice cōtingit in sanctis. De martyribus etiam cantat. Circuerunt in melotis hebreorum vndecimo. q̄si dicat in petra. melotare est vestis facta de pilis vel de pelle cuiusdā animalis: quod melota vocatur siue taxus. Est enim habitus necessarius ad exercicia operis. ¶ Per horas etiam dicitur capitulum illud. Beatus vir qui suffert. Jaco. i. capi. ⁊ illud. Beatus vir qui inuentus est sine macula. Ecclesia. xxxj. capitulo. ⁊ illud. Beatus vir qui in sapientia morabitur. Ecclesia. xiiij. ⁊ illud. Justorum anie. Sapien. quinto capitulo. ⁊ illud Justi autem. ibidem ⁊ illud. Sancti per fidem. Hebre. xj. ⁊ illud. Potuit enim transgredi ⁊ nō est transgressus. Ecclesia. xxxj. capitulo. ⁊ illud. Corona aurea super caput eius. Ecclesia. xlv. ⁊ illud. Stolam iocunditatis induit. ibidez. ibi tamen dicitur. Stola glorie. ⁊ illud. Sācti ludibria ⁊ verbera. Hebreo. xj. ⁊ illud. Tanq̄ aurum in fornace. Sapien. tertio capitulo. ⁊ illud. Hi sunt q venerūt de tribulatione. Sapien. vij. capi. ⁊ illud. Non esuriēt neq; sitient. ibidem. ⁊ illud. Justi tulerūt spolia impiorum. Sapien. x. capitulo. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas. Prouerbiorū. xj. capitu. ¶ Illud etiaz sciendum est q̄ ecclesia celebrat festum quorundam martyrum veteris testamenti prout dictuz est in festo machabeorum.

¶ De confessoribus ¶ Rubrica.

COnfessores dicūtur laudatores: licet autem taz martyres q̄ virgines q̄ etiam omnes sancti veri sunt Christi confessores. Martyres tamen quia in irascibili vincūt trāscendunt ⁊ superlucrantur speciale vocabulū. Martyrum. ⁊ virgines quia vincunt in concupiscibili nomine virginum. ⁊ doctores quia alios superant in rationabili doctorum. hinc est q̄ martyres ⁊ virgines ⁊ doctores aureola decorabuntur. ¶ Sane cōfessores distinguūtur in episcopos ⁊ presbyteros. De episcopis dicitur introitus. Statuit. Eccl'ia. xlv. capitu. ¶ Et epistola. Ecce sacerdos magnus. Eccl. xliiij. ipsi enim sunt magni sacerdos. Et illud de episcopis. dicitur. Inueni david seruum meuz oleo sancto meo vnxit eum: quia non tantum vncti fuerunt in baptismo: ⁊ in confirmatione ⁊ ordinatione in presbyteros sed etiam in consecratione in episcopos vt habeant misericordiam superfluentem: ⁊ officia illa que incipiunt sacerdotes proprie competūt episcopis: cetera sunt communia. ⁊ plura sunt responsoria octaui toni quia afflixerunt ⁊ crucifixerunt carnem suam cuz vicijs ⁊ concupiscentijs propter octauam resurrectiōis ¶ Rursus de confessoribus dicitur quādoq; epistola. Bilectus deo. Eccle. xlv. capitulo. quandoq;. Testificor coram deo. ij. ad thimo. iiij. quandoq; Plures facti sunt sacerdotes. ad hebreos. capitulo. vij. quandoq;. Bedit dominus cōfessionem. Eccle. xlvij. capi. quandoq;. Justus cor suum. que est. Eccle xxxviiij. capitulo. quandoq;. Sapiētia laudabit animā. Eccl. xxiiij. quandoq;. Justum deduxit dominus. Sapiē. x. capitulo. quandoq;. Doctrinis varijs. ad hebreos. xiij. capitulo. quādoq;. Ego enī iaz deliboz. ij. thimo. iiij. capitulo. Alleluia. Justus germinabit. Isa. xxxv. capitulo. Euangelium vero dicitur quandoq;. Sint lumbi vestri precincti. Luc. xij. quandoq; Vigilate. Matthe. xxiiij. quandoq;. Homo quidam peregre. Matthe. xxv. capitulo. quādoq;. Videte ⁊ vigilate. Mar. xiij. cap. quandoq;. Homo qdaz nobilis. Luxix. cap. quandoq;. Nemo accendit lucernam. Luc. xj. quandoq;. Vos estis sal terre. Matth. v capitu. quandoq;. Nolite timere pusillus grex. Luce. xij. ca. ¶ Postcōmunio est. Quinq; talenta. Matth. xxv. ⁊ quandoq;. Fidelis seruus. Matthe. xxiiij. capitu. ⁊ Luc. xij. capi. ¶ Per horas vero dicit capitulum illud. Ecce sacerdos. Eccle. xliij. ca. ⁊ illud. Bñdictionez oium gentiū. qō est ibidē: ⁊ illud. Cognouit eum. ibidem. ⁊ illud. Justuz deduxit. Sap. x. ca. ⁊ illud. Justus cor suū. Eccl. xxxix. ca. ⁊ illud. Magnificauit eū in cōspectu regū. Eccle. xlv. ca. sed q̄ hic dicit. magnificauit: dicit ibi glorificauit. ⁊ illud. Labia sacerdotis custodiunt. Malach. ij. ca. ⁊ illud. Non est inuentus similis illi. Eccle. xxiiij. ca. ⁊ illud. Fungi sacerdotio ⁊ habere laudem. Eccle. xlv. cap. ⁊ illud. Talis decebat vt esset nobis pontifex. ibidem. ⁊ illud. Collaudabūt multi sapientiam eius. ⁊ vsq; in seculum non recedet memoria eius. Ecclesia. xxxix. capitulo. ⁊ illud. Honestauit illum in laboribus. Sapien. x. capi. ⁊ illud. Custodiuit illum ab inimicis. qō est ibidem. ca. ¶ Illud aūt notanduz est q̄ si plura festa in eadem die concurrant illius qui inter eos maiozis erit nominis officiū celebret de hoc dictuz est in ꝓbemio huius partis.

¶ De virginibus. ¶ Rubrica.

OFficiuz matutinale virginum maxima ex pte sumitur ō psalmo epithalamito .s. Eructauit cor meum: in quo agitur de laudibus sponsi ⁊ sponse: virgines. n. sunt sponse christi: que sequuntur agnum quocunq; ierit in corpore ⁊ in anima propter integritatem corporis ⁊ anime. ¶ Notandum aūt est q̄ illud responsoriū qō est de sponso. s. audiui vocem de celo ⁊c. quod in quibusdaz ecclesijs dicitur: est primi toni: quia vnicus est sponsus animarū chri-

sti: ꝛ sumitur de Matthe. xxv. capitu. illud vero qđ est de contemptu mundi. s. Regnum mundi: ꝛ omnez ornatum seculi contempsi ꝛc. est quinti toni: quia ibi ostenditur conculcatio quinqz sensuum. De virginibus enim cantatur illud. Fulcite me floribus canticorum secundo capitulo: quod expositum est in quinta parte sub ti. de sexta. In quibusdam ecclesijs dicunt versiculum de virginibus illum. Elegit eam deus ꝛ p̄ elegit eam: sed alij rectius considerantes qꝫ sola beata virgo maria preelecta est in honorem eius tantum dicunt illum: pro alijs vero virginibus dicunt. Elegit eā deus ꝛ dilexit eam. ¶ Per horas etiam dicitur capitulum illud. Qui gloriatur prima corinthcos. ij. capi. ꝛ primo corintheos. x. c. ꝛ illud. Emuloz enim. i. corinthe. xi. ꝛ illud. Sapientia vincit. Sapien. octauo. Et illud. Memorati sunt domine misericordie tue. Eccle. quinquagesimoprimo capło. ꝛ illud. Liberasti me: a perditione ibidem: ꝛ illud. Accinxit fortitudine lumbos suos: prouerbiorum. xxxi. capło. In officio misse si sit virgo ꝛ martyr proprium officiuz est. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum ꝛc. Alia communia sunt: excepto qꝫ de beata agatha dicitur introitus. Gaudeamus omnes in domino: p eo qꝫ ipsa excellenter letissima venit ad passionem: sicut de ea scriptum est. Agatha letissime ꝛ glorianter ibat ad carcerem: ideo eius leticie nostram leticiaz sanciamus: ꝛ cū ea in domino congaudemus. De beata etiam agnete officiū misse est. De expectauerunt: ratio quare p̄ot ex eius legenda haberi. Et nota qꝫ de virginibus dicitur quandoqz epistola. Confitebor tibi domine. eccle. quinqagesimoprimo capitulo. quandoqz. Qui gloriatur. secunda ad corinth. decimo. quandoqz. Domine deus meus exaltasti. eccle. secundo quandoqz: sapientia laudabit animam. s. sapien. xxiiij. quandoqz sapientia vincit maliciam. sap. viij. quādoqz de virginibus. i. ad corintheos. vij. quādoqz: dominus possedit me. prouerbiorum octauo capitulo: Alleluia ꝛ postcō munio. Quinqz prudentes. Matthe. xxv. capitulo. Euangelium quandoqz dicit. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Matthei. xxiiij. capitulo. quandoqz. Simile est regnum celorum decē virginibus. Matthei. xxv. c.

¶ De festo ꝛ officio dedicationis ecclesie. Rubrica

Quoniam in parte prima dictum est qualiter ecclesia dedicanda sit. Restat vt hic aliqua de officio quod in festo ꝺdicationis ecclesiaꝛ dicitur subijciamus. Festum ergo illud solenniter ab ecclesia celebratur: de quo in ioāne habetur: facta sūt encenia i. dest festa dedicationis in hierosolymis: ꝛ iesus ambulabat in templo in portico salomonis ad cōfirmationem illius festiuitatis: de conse. dist. i. solennitates. Et dicitur porticus salomonis: quia salomon solebat ibi orare: ꝛ ibi oranit in die dedicationis. Hoc etiam festum in veteri testamento fiebat: vnde legitur in primo libro macha. c. iiij. Elegit iudas macheus sacerdotes sine macula ꝛ mundauerunt sancta. Eccl'ia enim militans potest mundari sed non triumphans. Et augustinus dicit in omelia super predicto verbo: facta sunt encenia illum diem quo templum dedicatū est iudei solenniter celebrant. Celebrauerunt autem iudei encenia octo diebus quare videtur qꝫ nos similiter festum dedicationis debemus octo diebus solennizare: vt in predicto capitulo solennitates. §. i. Sz mirum est quare octo diebus celebrauerunt encenia cū pascha ꝛ cenophegiam non celebrauerint nisi per septem dies tantum: vt de conse. dist. i. §. i. Ad hoc ē responsio: quia hec festiuitas specialiter significat eternā dedicationem in qua ecclesia illa. s. anima sancta ita deo dedicabitur. i. copulabitur vt non possit ad alios vsus transferri quod erit in octaua resurrectionis: ꝛ ideo in nouo testamento habet hoc festum octauas. ¶ Hec ecclesia construitur in baptismate ꝛ in doctrina ꝛ in penitentia: hic enim auditur securis ꝛ omnis generis ferramentum. i. omnia genera flagellorum ꝛ disciplinaruz. s. in hac ecclesia militante que per tabernaculum moysi significatur. Tabernacula enim militantium sunt. Templum vero illud salomonis significat ecclesiam triumphantem in qua hec non audiuntur. ¶ In matutinali officio dicuntur illi psalmi in q bus fit mentio de portis que specialiter sunt timor ꝛ amor: sicut habetur in psalmo illo. Domini est terra. ibi Attollite portas principes vestras ꝛc. Itez illi in quibus fit mētio de altari sicut in psalmo illo. Judica me deus ꝛ discerne ꝛc. Item illi in quibus fit mentio ꝺ ciuitate vt sunt illi. Deus noster refugium ꝛc. ꝛ magnus dominus noster. Item illi in quibus fit mentio de atrijs ꝛ de portis vt sunt illi. Quam dilecta tabernacula. Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed queritur quare tunc dicitur psalmus ille. Domine deus salutis mee. Ad quod quidam dixerunt qꝫ ideo quia ibi fit mentio de sepulchris: sed hec ratio non valet: quia ibi non fit mentio de talibus sepulchris i quibus habitant siue sepeliuntur corpora fidelium iuxta ecclesiam: sed de sepulchris malorum: vnde dicimus qꝫ dicitur ille psalmus eo qꝫ est psalmus penitentialis ꝛ specialiter ibi de oratione habetur: que in ecclesia facienda est. Vnde ibi dicitur. Intret oratio mea in conspectu tuo: dicit autem dominus de ecclesia. Domus mea domus orationis vocabitur. Octauus vero psalmus est. Qui habitat in adiutorio altissimi id est in ecclesia: quia ibi dicitur. Altissimum posuisti refugium tuum: quia super omnes montes in vertice montium fundata est ecclesia. Ultima vero antiphona scilz ad magnificat in vesperis est pax eterna: qz ad hoc celebratur dedicatio vt dedicemur ꝛ habeamus illam pacem eternam. ¶ Per horas aūt dicitur capłm illud. Vidi ciuitatē apoc. xxi. c. ꝛ illud. Ecce tabernaculum quod est ibidem ꝛ illud. Vnusquisqz propriam mercedem. i. corinth. iij. ꝛ illud. Fundamentum aliud nemo p̄ot ponere corith. iij. c. ¶ Sane huic festo cōpetit qꝫ

iacob vidit scalam ⁊ angelos ascendentes ⁊ descendē tes.i.totam ecclesiam vidit vna visione:⁊ erexit lapidē i.christum qui est lapis in summo: ⁊ est lapis angularis ⁊ fundamentuz qui omnia sustinet. Erexit in quā in titulum preconialem memorialem ⁊ triumphalem fundens oleum desuper. Siquidem iacob.i. prelatus fundit oleum super lapidem.i.christum ad ostendendum eius charismata ⁊ idez prophetauit iacob dicēs. Terribilis est locus iste:non est hic aliud nisi domus dei ⁊ porta celi: vere dominus est in loco isto ⁊ ego nesciebam. Terribilis est enim ecclesia demonibus propter dei similitudinem quam habet:⁊ propter hoc admissam est introitus. Terribilis est locus iste:geñ.xxviij. Sequitur ⁊ vocabitur aula dei:hoc apposuit beatus grego.de suo pro eo q̄ ibi paratus est deus exaudire sicut dixit dominus salomoni.iij.regum.xiij. Exaudiui orationem tuam ⁊c̄. Quare autez terribilis sit ostenditur in versiculo. Dominus regnauit decorez induit.s.in membris suis:⁊ ideo terribilis est ecclesia demonibus. ¶ In consecratione vero altaris est introitus. Dicit dominus sermones mei isa.lx.ca.⁊ lvi. Epistola sumitur de apoc.xxi. Vidi ciuitatem sanctā hierusalem ⁊c̄.responsorium est. Locus iste.s.ecclesia materialis sanctus est:qz sanctificata est ad hoc vt ibi dominus exaudiat preces:⁊ ideo prestat orantibus sanctitatem. Salomon enim orauit vt dominus orantes ibi exaudiret:⁊ dominus dixit ei: exaudita est oratio tua:hoc enim significatum est.iij.regum.viij.capitulo vbi salomon dedicato templo ait. Quicunqz orauerit in loco isto exaudies in loco tabernaculi tui in celo: ⁊ cum exaudieris propitius eris. Alleluia est in quibusdam ecclesijs. Oē q̄ metuendus est. Hene.xxviij.capi. Euangulium vero est. Egressus iesus. Luce.xix.cap. eo q̄ ibi habetur. Hodie salus domui huic facta est. ¶ In quibusdam tamen ecclesijs legitur euangeliuz de matthco in quo habetur. Et nō posuerunt subuertere domum illam. Fundata enim erat supra firmam petram:sequitur offertorium de verbis dauid in paralipomenō i.vltimo.c. vel ſm alios sunt verba salomonis. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hec. Obtulerat enim sacrificia inestimabilia que significant bonas operationes siue cogitationes ⁊ bona desideria que inestimabilia sunt ⁊ numero ⁊ precio. Sequitur postcōmunio. Bonus mea ⁊c̄. Isa.lvi.⁊ mathe.vij.ca. ¶ Nota q̄ si festum dedicationis ecclesie occurrerit in passione domini fit in sequenti ebdomada:si vero in festo ascensionis de ascēsione fiet officium ⁊ officium dedicationis differtur. Salomon enim dedicauit templum duodecima die mensis:⁊ decima die mensis occurrebat cenophegia: celebrauit autem dedicationem templi per septez dies ⁊ prozoganit cenophegiam vsqz post dedicationem.

¶ Finit liber septimus. Incipit octauus de cōputo ⁊ calendario:⁊ ptinentibus ad illa: pulcherrimus enī est liber iste ⁊ clericis ⁊ laicis necessarius valde.

Quoniaz sicut ait beatus Augustinus.xxxviij.dis.que ipsis. Sacerdotes computum scire tenentur:alioquin vix in eis nomē sacerdotis constabit sub quo verbo noticiaz cursus temporis lune ac calendarij intelligimus: quoniam computus est scientia certificandi tēpus ſm solis ⁊ lune progressum. Decirco ad simpliciorum sacerdotum instructionem in hac octaua ⁊ finali parte de hoc aliqua claro compendio perstringemus prout ad vsum ecclesie dignoscitur pertinere. Dicitur autem compus a computo tas.quia in ipso computādo procedimus:non quia in ipso cōputare doceamur Et est duplex computus scilicet astronomicus seu philosophicus:⁊ vulgaris seu ecclesiasticus:sed de astronomico nil ad presens. Vulgaris computus est scientia distinguendi tempus certa ratione siue scientia tēporis discretiua ſm ecclesie vsum. ¶ Tempus vero prout hic sumitur est ſm tulium:quedam quātitas anni mensurni diurni seu alterius spacij. Vel tempus ē mora motus rerum variabilium:cuius partes decez esse dicuntur.s.annus mensis:septimana:dies:q̄drās hora:punctuz:momentū:vnctia:⁊ athomus. ¶ Annus continet duodecim menses: ⁊ quinquagintaduas septimanas ⁊ diem vnam:⁊ trecentos sexagintaqnqz dies:⁊ sex horas. ¶ Mensis continet quattuor septimanas vel paulo plus. ¶ Septimana septem dies ¶ Dies quattuor quadrantes. ¶ Quadrans sex horas. ¶ Hora quattuor puncta. ¶ Punctum decem momenta. ¶ Momentum duodecim vncias. Uncia quadraginta septez athomos. ¶ Athomus indiuisibilis est.nam thomos grece diuisio dicitur.vnde athomos grece indiuisio latine. Anni ergo solaris fere duodecima pars mensis est. Septimana vero est fere quarta pars mensis. Dies naturalis septima ps septimane. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora sexta pars quadrantis. Punctum quarta pars horc. Momentum decima pars puncti. Uncia duodecima pars momenti. Athomus quadragesimaseptima pars vncie. ¶ Et est alia temporis diuisio.s. peuum:per etatem:per seculum:per lustrum: per olumpiadem:⁊ per indictionem:de quibus infra dicetur. Ceterum tria sunt tempora annorum siue triplex est annus.s.solaris:lunaris ⁊ magnus. de quibus prediximus in hac octaua parte tractare que duas principaliter habet partes:in quarum primo agitur de āno solari ⁊ de magno:in secunda vero de lunari.

¶ Prima pars de anno solari incipit. ¶ Rubrica.

In hac prima huius operis pte de anno solari tractat: q̄ in q̄ttuor subdiuidit̄ pticulas. ¶ In quaꝝ prima agit̄ quid sit annus. De iudicio anni. De multiplici anno: de duodecim signis. De bisexto. De quattuor ānī tēporibus. De iciunijs illoꝝ. De solstitijs. De equoctijs. De magno anno. De era. De olimpiade. De lustro. De etate. De seculo. De euo. ¶ In secunda p te agitur de mense. De calendis. De nonis. De idib⁹. Unde ꝛ qualiter dies denominent̄. De diebus egyptiacis ac canicularibus. ¶ In tertia agitur de septimana. Et que sit littera calendaꝝ cuiuslibet mensis. In qua die septimana quilibet mensis incipiat. Et de litteris dñicalibus. De regularibus solaribus. De cō currentibus. Et de indictiōe. ¶ In quarta igitur de die. De momento. Et de hora. Occasione horę annectitur de quātitate lucentiū horarum noctis.

¶ Quid sit annus solaris. ¶ Rubrica.

Annus est solis anfractus cum per actis trecntis sexaginta quiq; diebus ad eadē loca syderū redit. dicit̄ ergo annus: q; mēsibus in se recurrētibus voluit̄ ab an q̄ est circum ꝛ eo is quasi circulariter rediens. Unde ꝛ annus dicit̄ quasi annulus. i. circulus eo q̄ in se redit. Unde virgilius. Utq; in se sua per vestigia voluit̄ ānis: ꝛ ob hoc ante inuentas litteras: sic apud egyptios annus indicabatur. Pingebant enī draconē caudā suam mordentem: q; in se recurrit: ꝛ sic adhuc a quibusdā figuratur. Alij annum ab innouatione dicunt semp enim renouatur. ¶ Annus ꝑm diuersos diuersa habz initia quoniā arabes ꝛ egyptij illum inchoant post solstitium estiuale. s. a septembri: ꝓ eo q̄ legitur arbores i principio mundi fructum habuisse: ꝛ q; hoc in septembri contingit putant: tunc mundum factuz fuisse: iōq; ibi incipiunt annum. ¶ Numa vero pompilius ꝛ romani annum a ianuario inceperunt: ꝓ eo q̄ tunc vl̄ paulo ante sol nobis incipit appropinquare. Judei a martio inceperunt q; in eo conditus est mundus: ꝛ iō dicitur q̄. xviij. dies eius est primus dies seculi: quos omnes quo ad aliqua computiste imitantur: ipsi nanq; a septembri incipiunt regulares lunares ꝛ embolismos ꝛ epactas ꝛ omnes annos lunares. A ianuario vero incipiunt aureum numerum: ꝛ quasdaz litteras dominicales. a martio regulares solares concurrentes: ꝛ quasdam litteras dominicales: ꝓut in secūda parte apparebit. ¶ Sane quidam moderni ob reuerentiam saluatoris computant annos a natiuitate ei⁹. Alij vero ab eius incarnatione. i. a cōceptione beate marie: quando illa dixit. Ecce ancilla domini ꝛc. statim enim fuit christus homō ꝛ plenus spū scō. ¶ Annoꝝ alius est naturalis: alius vsualis: alius legittim⁹: ali⁹ emergens: alius solaris: alius magnus: alius olimpias: alius lustralis: alius inditionalis: alius iubileus: alius benignitatis: alius eternitatis ꝛ glorie. ¶ Annus naturalis est cū luna soli apponit̄: vñ sol eclipsim pātitur. Usualis siue tēporalis ē qui ꝑm vsum hoium sumit initiū vz a ianuario vsq; ad sequentē ianuariū: Legittimus siue cerimonialis est qui computatur ꝑm lunationes ab aprili vsq; in aprilē: aprilis enim est p̄mus mēsis apud hebreos: emergens est in quo aliq̄ magnū iudeis vel alijs contingit: a quo facto in illius memoriā annū incipiunt computare. s. a quouis die. ¶ Annus solaris est spacium in quo circuit sol. xij. signa zodiaci quem circulum facit: vt premissum est in trecentis. lxv. diebus ꝛ fere sex horis: fere dixi ꝓpt quedā momenta q̄ adijciunt̄ sicut infra dicet̄: de ante sex hoc de quarto in quartum annuz faciunt vnū diē naturalē bisextilē: ꝛ annus iste cōis est omnibus gentilibus ꝛ incipit qualibet die ꝛ q̄libz die finit̄ trāsactis predictis diebus: ꝛ iste pōt etiā dici naturalis. Signa vero predicta sunt ista: Arie: taurus: gemini: cancer: leo: virgo: libra: scorpio: sagitarius: capricorn⁹: aquaris: ꝛ pisces: vnde versus. Hec sūt signa poli que semper sunt via soli. Est aries: taurus: gemini: cancer: leo virgo. Libraq; scorchiron capricornus vrnula pisces ¶ Et nota q̄ celi habitatio stat circuloꝝ distincta zonis: zone aūt ipse sunt quiq; que iō zone vel circuli appellant̄: q; in circūductiōe spere existūt. Zodiacus aūt circulus est qui ex lineaꝝ. qnq; āgulis: ꝛ ex vna linea constat. Rursus zodia grece dicit̄ aial siue signum latine: ide zodiacus dicit̄ aial seu signifer circulus ex eo q̄ in medio firmamenti sunt. xij. signa per transuersū posita qualiter per circulū distincta que formis ꝛ nominibus animalium designant̄: q; sol intrans in illa ꝓprietates aialium quodāmodo sortitur: vel q; stelle in signis dispposite sunt aialium figuris. Signum autem dicitur duodecima pars zodiaci: sol quidem intrat in aliquod de predictis signis quolibet mense in. xv. calē. ꝑm ecclesiam vñ in martio intrat in arietem. xv. calen. aprilis. in aprili intrat in thaurū. xv. calen. maij. ꝛ sic ꝑ ordinem mensium ꝛ signoꝝ. ¶ Primum igitur signū est aries in quo sol dicitur esse factus: in quo signo est sol circa principia veris sic dictum: q; sicut aries ē aial retro debile habēs aliquid ante roboris: sic postrema solis illo tempore debilia sunt frigore eius fortitudinē minuente: anteriora vero que estatem respiciunt aliquid fortitudinis. i. caloris habent: vl̄ sicut aries i hyeme cubat in latere sinistro: in vere autem incipit cubare in dextro: sic sol ante illud tempus moratur in sinistro latere firmamenti. s. in meridie: tunc vero itrat latus dextrum. s. versus aquilonem. Antiqui hoc signuz ꝓpter amorem iouem vocauerunt in cuius capite q̄ simulachra faciunt arietis cornua fingunt. ¶ Secūdum signum est thaurus sic dictū: q; sicut thaurus fortior est ariete: sic fortioris est efficacie sol in illo tempore quo ad nos q̄ in precedenti. verūtamen ante est efficatioꝝ q̄ post: sicut thaurus ante fortior est q̄ retro. Antiqui ideo thaurum inter sydera in honoreꝝ iouis collocauerunt: quia ille fabulose fingitur in bouem cōuersus quando europam trasuexit. ¶ Tertiuz gemini sic dictum q; illo tempore vis solis germinat̄: icipit enim esse calidus ꝛ siccus effectiue: vel q; tunc precipue res geminantur. i. multiplicant̄: aues enim ꝛ animalia fetus ꝓducunt: vel ꝓpt̄ geminos siue duos gra

dus quibus sub illo signo magis q̄ sub alio sol elevat a terra. Antiqui aūt hoc signū gemini vocauerūt propter castorē z pollucē quos post mortez iter notissima sydera cōstituerūt. ¶ Quartū cancer sic dictū q2 cācer est animal retrogradum: z sol tunc retrograditur discedens a nobis cum ꝑius appropinquauerit nobis. ¶ Quintū leo sic dictum q2 leo est animal crudele z semper febricitans: sic z tps illud crudele z generans febres. Rursus q2 hercules leonem fortissimum in grecia occidit: ideo propter suā virtutem hunc iter xij. signa statuerunt. ¶ Sextum virgo quia sicut virgo nil generat sic tempus illud sterile nihil noui generat: generata tñ matureſcere facit: est enim tēpus canicularium diez. ¶ Septimū libra sic dictū ab equalitate mensis ipsius: q2 sole ibi existente dies z nox equiponderata est: qñ tunc est equinoctium autumnale. ¶ Octauū est scorpius sicut enī scorpius venenosus est z pungit: sic z tempus illud morbosū est ꝑpter inequalitatem aeris: est enim mane frigus pungens z in meridie calor vrens. ¶ Nouū sagittarius sic dictum q2 venatio q̄ per sagittarios fit plerūqz tunc exercetur vel ꝑpter fulgura que tunc sepe cadunt q̄ italici sagittas vocant. ¶ Decimum capricornus: sicut enī capricornus in abruptis montibus siue in excelsis p̄cipitijs pascit: sic sol tunc est in altissimo gradu versus meridiem vel sicut capricornus montes solet ascēdere sic sol tunc ad nos ascendere incipit. Rursus antiq capricorni figurā inter sydera finxerunt ꝑpter caprā iouis nutricem cuius posterior ē partē corporis in piscis effigiem formauerūt vt pluuias designarēt quas plerunqz idē mensis in extremis solet habere. ¶ Undecimuz ē aquarius sic dictū: q2 tēpus illud aquis z vētis habū dat. ¶ Duodecimū ē pisces: q2 sicut piscis est aial aq̄ticum sic z tēpus illud ꝑpter mltas pluuias aquaticū est vel q2 tunc ags resolutis ē tēpus piscatiōis verū lz sicut pz ex p̄missis signa eq̄lia sint ſm astronomicos eccleſia tñ ilna nō ponit eq̄lia: nā qñqz plures dies sunt in vno signo q̄ in alio: cū vnus mēsis plures dies habeat q̄ alius: vñ plures erunt gradus vnius q̄ alterius signi: gradus aūt dicit spacium quo sol motū suo transit in zodiaco die naturali. Ex iaz dictis facile sciri pōt in quotto gradu alicuius signi sit sol quocunqz die.

¶ Porro dies bisextilis de qua dictum est dicitur bisextilis ſm philosophos quasi ex bisse momentorum collecta quod sic poterit comprehendi. Sol enīz i quolibet signo morat̄ .xxx. diebus z .xxx. trientibus horarum z .xxx. bisse momentorū: z triens est tertia ps alicuius rei constantis ex tribus partibus: bisse vero sunt due partes sed multiplicatis duodecies triginta diebus habemus .cccl x. dies. xxx. trientes horaz̄ constituunt .x. horas que multiplicatis duodecies faciūt v. dies. xxx. bisse momentoz̄ continent viginti momēta z ita duo puncta: sed multiplicatis duodecies duobus punctis habemus sex horas ex bisse mementorū collecta que de quarto in quartum annuz constituūt vnum diem que dicitur bisextilis. ¶ Rursus ſm isidorum per singulos annos crescit pars quarta assis: ac vbi quarto anno assis completa fuerit bisextū vnū facit: z ideo per quattuor annos vnus bisextilis adi-

ectus est: dictus autem est ſm eum bisextus: q2 bis sexies ductus assem facit quod est vnus dies. In quo loco calendarij poni debeat illa dies bis versibus ꝓtinetur. Bisextū sexte martis tenuere calende. Posteriori die celebrañ festa mathie: hoc ē dicere q̄ in illa littera vbi dicit in calendario .vi. calē. martij dz poni dies bisextilis: z tunc stamus sine sedemus duobus diebus sup illa littera: z festū sancti mathie qđ deberet illa die celebrari: celebratur tñ in sequēti: ita tñ q̄ inter ipsum festum z vigiliam nullū sit mediū: extra de verbo. sig. q̄ sinit. non inter est tñ vtrū festum in ꝓma vel in secūda die predictarum duarum celebretur: sed regionis in hoc consuetudo seruetur. Isidorus dicit q̄ a sexto noñ. martij vsqz ad diem calen. ianuarij. lune cursu bisextus apponitur atqz inde detrahitur. Si autem volumus scire quando sit annus bisextilis: debemus dividere annos domini per quattuor quotiēs possum⁹ z si nullus superauerit: tunc erimus in āno bisextili: si autem aliquis remanserit tunc non erit bisextus. Unde versus. Anni diuisi domini per q̄ttuor eque. Monstrant bisextum qua ratione scias. Hoc autem verum est ſm illos qui dividunt annos dñi incipiendo a natiuitate: vel a ianuario: z non ſm illos qui icipiunt ab incarnatione. Alia etiaz doctrina ad inueniendū bisextum ponetur infra vbi de cōcurrentibus ageť. ¶ Tē pora sive partes āni solaris sunt quattuor. s. ver: estas autumnus: hyems: vt dictum est in .vi. parte sub quarta feria tertie ebdomade aduentus. Dicta autez sunt tempora a cōionis tēperamento: eo q̄ inuicem se humore: siccitate: calore z frigore contēperent: hec z curricula dicuntur: q2 non stant sed currunt. Ver dictuz est: q2 vret. Estas dicit ab estu. i. calore: inde estas quasi vsta z arida. Autumnus a tempestate vocat. quādo z folia cadunt z omnia matureſcunt. Hyems dicit ratione emisperij: q2 tunc sol circulo volvit breuiori. Usñ z hoc tempus bruma dicit quasi brachim. i. breuis: vl a cibo: q2 tunc maior est velcendi appetitus edacitas enī grece bruma appellatur. Principia autē partium anni ſm eccleſiā his verbis ꝓtinent. Festum clementis hyems caput est orientis. Cedit hyems retro cathedrato symone petro. Ver fugat vrbanus estatem simphorianus Id tibi quod restat autūni tempora ꝑstat Hoc est dicere festum clementis quod est. viij. calē. decembris est principium hyemis: z durat vsqz ad festū cathedre sancti petri: tunc incipit ver: z istud festuz ē. viij. calen. martij. z ver durat vsqz ad festum sancti vrbani: quod est. viij. calen. iunij. tunc incipit estas: z durat vsqz ad festum simphoriani quod est. viij calen. septembris: tunc incipit autumnus: z durat vsqz ad festum clementis: in quo incipit hyems. In his quattuor partibus anni triduana ieiunia celebramus: z ideo ieiunia quattuor temporum appellantur. Ieiunium veris est in ꝓma septimana quadragesime scilicet in quarta feria post cineres. Ieiuniuz estatis est in ꝓma die mercurij post penthecostē. Ieiuniuz autūni est in tertia die mercurij septēbris. s. in q̄rta feria post festuz sācte crucis. Ieiuniū hyemis ē in q̄rta feria post festū beate lucie ꝑut ibi dictum est. vnde versus. Vult crux lucia cineres carismata dia. Ut det vota pia quarta

sequens feria. ¶ Fiunt autem hec ieiunia in qrta feria: qz in quarta feria christus a iuda traditus est z i sexta feria: qz in ea crucifixus est: z in sabbato: qz tunc apostolorum tristiciam de nece saluatoris representamus: nam si compatimur z conregnabimus: de cons. di. iij. ieiunia. z. c. sabbato. ¶ Aduentus autem domini quando celebretur: dictum est in sexta parte sub ti. de aduentu. Adhuc in anno solari cõtingunt duo solstitia z duo equinoctia. Solstitia in estate z in hyeme Equinoctia in vere z in autumno. Est autem solstitiũ maxima inequalitas diei z noctis siue ingressus solis in capricornum vel cancrum: z dicitur solstitium quasi solis statio: eo q tunc sole stante crescunt dies vl'no ctes. Equinoxium est maxima diei z noctis equalitas qz tunc equali spacio horarum psistunt siue ingressus solis in arietem vel libram. Vbi autem sit locus solstitiorum z equinoctiorum. bis versibus cõtinetur. Solstitium decimo christum preit atqz ioannẽ. Equa crucis festum dat tempora martis z idus. Hoc est dicere q solstitium hyemale est ante natiuitatez christi. x. diebus. videlicet. xviij. calen. ianuarij. quo tempore sol incipit altiores circulos petere: z solstitium estiuale est ante natiuitatem ioannis baptiste totidem diebus: vz xviij. calen. iulij. quo tempore incipit sol ad inferiores circulos remeare. Vnde estiualis solstitij dies maximus: sicut z hyemalis dies minimus inuenitur. Sed ꝺm egyptios hyemale est. xij. calẽ. ianuarij. ꝺm grecos ix. calẽ. Estiuale vo ꝺz egyptios. xij. cal'. iulij ꝺz grecos ix. calen. Item in festo crucis vel ꝺm alios. xij. calen. octobris est equinoctium autumnale: z vbi dicitur in calen. idus martij vel ꝺm alios. xij. calen. aprilis est eq noctium vernale. Olim enim annus in duas partes tantum diuidebatur. s. in estiuale z hyemale solstitiuz z in duo emisperia. Magnus autem annus complet reuersis planetis oibus ad loca sue creationis quod fit annis non paucioribus. ccccxxx. Mundanus vero annus erit omnibus stellis ad prima loca reuersis: quod fit demum post. xv. milia annorum. Magister dicit i hist oria gen. vbi agit de etrietate noe q magn? annus impletur per circula sexcentorum annorum.

Era qua vtuntur hispani singulorum annorum est cõstituta a cesare augusto quando ad primum censũ orbem descripsit: dicta est autem era ab ere ex eo q ois orbis es reddere professus est reipublice romanorũ: prius autez fuerunt indictiones postea ere. ¶ Olim pias constituta est apud grecos in elide ciuitate: elijs agentibus agonem z quinquẽnale certamen quattuor medijs annis vacantibus: z ob hoc tempus elidij certaminis olimpiadem vocauerunt: quadriennio i vna olimpiade suppotato. ¶ Lustrum est pentesiz. i. quiquennium: quod quinto anno dicitur condi propter olimpiades a romanis: nondum enim erant cõsules: neqz ere. quinquennale quidem tempus ideo sic vocatum est: quia censum per quinquennium in republica peracto vrbis romana lustrabatur. Apud eos romanus est annus indictionalis qui ter quinos continet annos vt infra dicetur z premissum est. Apud hebreos est annos iubileus. i. remissionis qui septenis completis annorum ebdomadibus celebratur: de quo dictũ est in sexta parte sub ti. quinquagesime. Apud christianos est annus benignitatis z gratie in quo christ? venit z nos sola benignitate redemit. Apud sanctos comprehensores est annus eternitatis z glorie in quo exultabunt sancti in gloria sine fine. ¶ Rursus secula generationibus constant sic dicta: quia iequũtur ab euntibus enim alijs alij succedunt. Hoc tempus quidam quinquagesimum annum dicunt quem hebrei iubileum vocant: vt iam dictum est. Et ob hanc causam hebreus propter vxorem z liberos amans dominum suum: aure pertusa seruitio subiugatus seruire iubet in seculum idest vsqz ad annum quinquagesimum.

¶ Etas autem plerunqz dicitur pro vno anno z pro septem z pro centum z pro quouis tempore. Vnde z etas est quod de multis seculis instruitur: z ideo dicta est etas quasi euitas quia similitudo eut. Nam euum est etas perpetua: cuius neqz initium neqz finis noscitur. Deriuatum autem est euum ab eoua quod apud grecos aliquando pro seculo: z aliquando ponitur p eterno. Proprie vero etas duobus modis dicitur: videlicet hominis sicut infantis: iuuentus senectus: aut mundi: cuius prima etas est ab adam vsqz ad noe: secunda a noe vsqz ad abrahaz tertia ab abrahaz vsqz ad dauid: z quarta a dauid vsqz ad transmigrationez iude in babyloniam: quinta de iuda vsqz ad aduentũ saluatoris in carne: sexta que nũc agitur vsqzquo mũdus iste finiatur. Quot autem sunt ãi ab origine mũdi: dictuz est in sexta parte sub titulo de septuagesima.

¶ Incipit secunda pars: z primo de mense.

Dicto de anno seq̃tur videre de mense. Est autem mẽsis spacium temporis: quo a phebo phebe recedens cidez completo suo circulo sociatur. Et dicitur mensis a mensurãdo eo q annus per menses mẽsuratur: vel a mene quod est defectus eo q luna singulis mensibus visu deficit ab humano. Vel ꝺm isidorum a mane grece quod est luna latine. Apud grecos enim menses legitimi non ex solis circulo sed ex lune cursu connumerantur qꝺ est de noua ad nouam. Diuiditur autem annus per. xij. menses: quia sol peragrando zodaicum duodeciz circuit regiones signorum. Et in his duodecim mensibus commoratur. Romulus tamen voluit tantum decem esse menses in anno: incipiens a martio quem marti deo belli quem patrem suum esse putabat dedicauit. Vnde ouidius in primo fastorum. Tempora digeret cum conditor vrbis in annum. Instituit menses quinqz bis esse suos. Sed numa pompilius videꝫ q annus non bene. x. mensibus complebatur superaddit duos principio. s. ianuariũ z februariũ. ¶ Januarius dicitur a ianua. lxxvi. di. ieiunium: qz sic per ianuam intramus domum: ita per ianuarium intramus annum: est enim limes ãi: vel dicitur a iano ꝺo qui ab antiquis dicebatur principium z finis oiuz rerum. Ei eni fuit a gentilibus mensis iste consecratus.

vnde ⁊ idem ianus bifrons pingitur vt anni introitus ⁊ exitus demonstretur: de quo dictum est in .vi. parte sub titulo de circuncisione. ¶ Februarius dicit a februis que tunc de facili contingunt: vel a februis .i. a purgationibus. Sunt aūt februe oblationes facte ꝓ mortuis. Romani aūt illo mēse memoriā animaꝝ habebāt ⁊ eas purgabant celebrando exequias mortuorū: vnde ſm isidoꝝ dicit a februm .i. plutone cui eo mēse sacrificabatur. ¶ Martius dicit a marte patre romuli vel qz eo tempore cuncta animātia aguntur ad marem ⁊ ad concubendi voluntatē. Appellat etiā quandoqz mensis nouoꝝ: qz est anni initiuz ⁊ quādoqz nouum ver: quia in eo viridātibus fructibus nobis trāsactorum probatur occasus. ¶ Aprilis dicitur quasi aperilis: qz tunc terra aperitur ad germinandū: etiaz flores aperiuntur ⁊ arbores incipiunt pullulare vel aprilis pro venere dicit quasi afrodis: afrodis grece dicit latine venus. ¶ Maius a maioribus natu dicitur q erant principes reipublice vel a maia matre mercurij ¶ Junius a iunioribus dicitur: erant enim olim maiores .s. seniores qui appellabantur patres: ⁊ hi in ciuitate semper remanebant vrbis regimini consulēres erant ⁊ minores qui ibant ad pugnandum pro republica: ⁊ ideo maius a maioribus: iunius a iunioribus nomen acceperunt: ⁊ in illorum honorem instituti sūt vel dicitur a iunione. ¶ Julius dicit a iulio cesare: qz tunc natus fuit: vel qz tunc de hostibus triumphauit: vicit enim cleopatram reginam egypti cum anthonio viro suo bello nauali. Julius tamen prius quintilis dicebatur eo ꝙ est quintus a martio: q ſm romulum principium erat anni. ¶ Augustus est dictus ab octauiano augusto qui tunc natus fuit: vel qz tunc hostes superauit prius tamē dicebat sextilis eo ꝙ sextus est a martio. ¶ September nomen habet a numero ⁊ imbre: qz septimus est a martio ⁊ imbres hz: sic ⁊ october nouember atqz december ex numero ⁊ imbribus vocabula acceperunt: quē numerū decurrentē december finit pro eo ꝙ denarius numerus precedentes numeros clausit. ¶ Quot autem dies quilibet mensis habeat his versibus cōtinetur. Junius aprilis september nouemqz tricenos. Plus vnum reliqui: sed habet februs octo vicenos. Cui si bisextus fuerit superaddit vnus Hoc est dicere ꝙ iunius aprilis september ⁊ nouēber habent .xxx. dies. reliqui autem menses habent .xxxi. sed februarius tantum habet .xxviij ⁊ quando bisextus .xxix. Sciendum autem est ꝙ cuilibz mensi primo dati fuerunt .xxx. dies qui multiplicati duodecies constituunt trecenos quadraginta dies. De quinqz vero residuis datus est vnus ianuario eo ꝙ est principium anni: ⁊ etiam ratione ipsius numeri: quia impar numerus mundus est: ⁊ numero deus impare gaudet. xxxij. q. i. nuptie. secundus datus est martio ꝓpter eādem imparitatem: tertius maio: quartus iulio: quintus octobri. Cesar autem augustus volens suum mensez esse equalem mensi iulij abstulit februario vnam diez quia erat mensis tristitie atqz luctus ⁊ attribuit eaz augusto: ⁊ ita remanserunt februario tantum viginti nouem ⁊ augusto .xxxi. Hemum astrologi romani abstulerunt aliam diem februario ⁊ addiderunt decembri ad hoc vt finis principio responderet: ⁊ sic februario remanserunt tantum viginti octo ⁊ decembri .xxxi Verūtamen ad quandam compensationem vna dies videlicet bisextilis est de quarto in quartum annuz februario restituta. Qua vero die vel qua feria quilibet mensis intrat iam sub titu. de septimana dicetur.

¶ Sane in quolibet mense sunt tres dies celebres. que soli proprijs nominibus nominantur ⁊ ab eis ceteri denominantur scilicet calendedas. none. idus: quos romani propter dies festos vel propter officia magistratuum instituerunt. His enim diebus in vrbibus conueniebant: de conse. dis. i. siquis. calende sunt primi dies mensis ⁊ dicuntur quasi calende: quia tūc semper erat festum iunonis. Vnde ouidius. Vendicat ansonias saturnia iunio calendas. Vel quia tunc a romano populo principia mensium celebrabantur: sicut fit ab hebreis xxvi. q. vlt. non licet. ⁊. ca. se. Vnde ouidius. Salue festa dies: melio: qz reuertere semper A populo rerum digna potente coli. Vel dicunt a calo quod est voco. primo nanqz die mensis: preco ō more populum ad nundinas vocabat: clamans totiens calo quot dies erant vsqz ad nonas vocabant: ⁊ ideo pluraliter calende a pluribus vocationibus: vel a calo quod est bonum omne per totum mensem habenduz xxvi. q. vlt. non obseruetis. tunc enim sibi mutuo encenia transmittebant. ¶ None vero sunt quattuor vel sex dies in quolibet mense qui sequuntur post calēdas ⁊ dicuntur a nundinis quasi nundine: quia tūc romani nundinas colebant. Ideo autem in aliquo mense erant none siue inchoatio nundinarum in die quinta ⁊ in aliquo in die septima. ne predones certuz tempus ad insidiandum mercatoribus haberent. Vel dicunt none a nonis: qz ille dies nonus erat ante idus: vel a non quia tunc nullum fiebat festum. Vnde ouidius. Nonarum tutela deus erat. ¶ Idus vero sunt octo dies qui sequuntur post nonas. Est autem idus semp in .xiij. vel .xv. die ſm ꝙ none precedunt. Si enim mēsis habet quattuor nonas idus est in .xv. die. Si autez sex nonas idus est in .xiij. die. Quod autem concilium antiocen̄. xvij. dist. propter. dicit ꝙ idus est in die decima hoc alia consideratione dicit: ⁊ dicuntur idus q̄ si diuisio: quia tunc fiebat diuisio nundinarum: vel qa in idibus fit diuisio mēsis. Dicitur autē idus ab iduo as. i. separo as. vnō vidua dicitur quasi idua idest diuisa. Pleriqz latinorum putant idus dici ab edendo: eo ꝙ hi dies apud veteres epularum essent. Dies aūt qui sequuntur statim post calen. ita denominantur. Si enim est mensis qui habent quattuor nonas debemus dicere in calendario statim post calendas. iij. nonas in tertio. iij. nonas. in quarto pridie nonas. in quinto vero nonas dicimus: vt patet in ianuario ⁊ similibus. Si vero est mensis qui habet sex nonas debem⁹ dicere statim post calendas. vi. nonas. in tertio die. quinto nonas. in quarto. iiij. nonas. in quinto tertio nonas sexto pridie nonas. in septimo nonas: vt patet in martio ⁊ similibus. ¶ Dies autem qui sequuntur post nonas ita denominantur: in quolibet mense. viij. idus vij. idus. vi. idus. v. idus. iiij. idus. iij. idus. pridie idus ⁊ idus sicut hec apparent in calendario manifeste.

Dies vero qui sequuntur post idus denominantur a calendis mensis sequentis hoc modo. Januarius habet triginta unum dies: de istis accipe unam pro calē. ꝛ. viij. pro idibus. ꝛ. iiij. pro nonis: ꝛ sic remanent tantum. xviij. adde ergo istis. xviij. diebus calen. siue diem calendarum sequentis mensis ꝛ sic erunt. xix. Unde in mense ianuario debemus dicere statim post idus. xix. calen. februarij. in sequenti die. xviij. calendō. ꝛ sic per ordinem vsq; ad finem mensis semper minuendo. ¶ Nota tamen q̄ dicitur pridie idus ꝛ pridie nonas ꝛ pridie calendas ꝛ non secūdo: quia secūdus dicitur a sequor: sed illa dies nō sequitur sed precedit. Et exponitur hec prepositio pre. i. ante vel prius: vnō pridie quasi priori die siue pre ideſt ante diem. Et cuz dicitur. iiij. nonas intelligitur quarto die ante nonas: ꝛ sic de alijs. Quot autem dies denominētur a nonis quot ab idibus ꝛ quot a calendis omnium mensium bis versibus continetur. Sex nonas maius october iulis ꝛ mars. Quattuor ac reliqui tenet idus quilibet octo. Janus ꝛ augustus denas nonasq; decēber. Julius october mars maius epta decemq; Junius aprilis september ꝛ ipse nouember. Ter senas retinent februsq; bis octo calendas: hoc est dicere q̄ maius october iulius ꝛ martius habent dies sex pro nonis: ſz reliqui menses habent tantum quattuor. Et quilibet mensis habet octo dies pro idibus. Item quod ianuarius augustus ꝛ december habent. xix. dies pro calē. Julius vero martius october ꝛ maius habent. xvij. Junius autem aprilis september ꝛ nouember habēt. xviij. Februarius habet. xvi. ꝛ si fuerit bisextus super additur ei vnus. ¶ Illud autem notandum q̄ i quolibet mense sunt duo dies egyptiaci. i. ab egyptijs depēdenſi in egypto enim erant quidam astrologi qui q̄ſdam constellationes nocuas humanis actibus in illē diebus iuuerūt: ideoq; illas notas esse hominib⁹ voluerunt: tamen illarum constellationum puncta scire propter errorem nostri computi non valemus. Vel forte inuenerunt illos dies bene constellatos: ꝛ ideo eos in calendario notauerunt vt in illis diebus potius q̄ in alijs actibus insistatur: quorum errorem ne ecclesia sequi videatur a talibus cauetur. Vel dicūtur egyptiaci scōm quosdam quia dominus in illis diebꝰ percussit egyptios nouem plagis. Quottus autem sit dies egyptiacus a principio: vel a fine mensis his versibus continetur. Augurior decies audito lumine clāgor. Liquit olens abies colunt colus excute galluz. In bis versibus sunt. xij. dictiones. xij. mensibus seruientes: prima primo. secundo secundo: ꝛ sic per ordinem sumpto initio a ianuario: ita q̄ quotta die erit prima littera prime syllabe alicuius istarum dictionum in alphabeto totus erit die egyptiacus in illo mense cui seruit illa dictio computando a mensis principio versus finem. Item quotta erit prima littera secunde syllabe i alphabeto: totus erit dies egyptiacus in illo mēſe cui seruit illa dictio computando a fine versus principiuz verbi gratia. Augurior est prima dictio ꝛ seruit primo mēſi. ſ. ianuario: au est prima syllaba: ꝛ a est prima littera ipius syllabe: ꝛ est prima in alphabeto ergo dies p̄ma ianuarij egyptiaca. Item gu est secunda syllaba: ꝛ g est prima littera ipsius syllabe: ꝛ gē septima in alphabeto: ergo septimus dies ianuarij numerando a fine versus principium est egyptiaca: ꝛ sic in alijs hoc obseruato q̄ h in hoc loco p̄ littera nō ponat. Quilibz aūt p̄missoꝝ dieꝝ ꝓpter vnicaz horā sui denominat egyptiacus: de hoc dictū est in fine operis. De diebus vero felicibus vel infelicibus quos quidā astrologi narauerunt in presenti opusculo nō agit: q̄ ecclesia ꝓhibz fidē talibus adhiberi. xxxvi. q. vlt. nō obseruetis. ꝛ. c. q̄ estimaret. ꝛ. c. se. In quibusdā quoq; mensibus sunt q̄ dā dies q̄ caniculares dicunt a cane vel canicula stella sita in fronte leonis ꝛ āte genua thauri q̄ estiuis mēſibus est in medio centro celi: ꝛ dum sol ad eā ascenderit coniuncta cum sole vel ei ꝓxima duplicat calor ipsius ex quo dissoluuntur corpora ꝛ vaporant: vnō vocatur canis: q̄ corpora morbō afficit: ꝛ sunt septuaginta duo dies in q̄bus propter tēporis crudelitatē ꝛ caloris solis intemperiē malū est minui sanguinē ꝛ potionari. Q̄ñ autem illi dies incipiant ꝛ finiant hic versibus continetur. Incipiunt iulij pridie idus caniculares. Et pridie nonas septembris fine resultant: ſm alios vero incipiunt. xiij. kalen. augu.

¶ De septimana. ¶ Rubrica.

Sequitur de septimana. Nēpe cōtinet septimana septē dies naturales quoꝝ repetitiōe ꝛ mēſes ꝛ āni ꝛ ſcla pagunt: ꝛ hec apō grecos ebdomada ſz apud hebreos ſabbatū appellat: ꝛ dr̄ septimana a septem ꝛ mane quasi septē ꝛ mane: ps p̄ toto. ſ. mane pro tota die: vel a septē ꝛ manet: q̄ manet p̄ septē dies: vel dr̄ septimana quasi septē luces. nā mane lux est ſm isidorū Idē etiam ſpaciū vocat ebdomada ab epta grece q̄ est septē: ꝛ deos q̄ est dies vel modus q̄ est mensura ꝛ ſm hoc ebdomada ē cōmunius nomē q̄ septimana vnde daniel post septuaginta ebdomadas ꝛc. ꝛ sumūtur ibi ebdomade annoꝝ. i. septuagies septez anni. Septimane autem nequeunt habere certa nomia: q̄ neq; habent certa initia. Singulis nanq; annis variantur ꝓpter vnum vel ꝓpter duos dies q̄ quādoq; sunt super integras septimanas. omnes autem dies septimanaꝝ inscribunt septem primis litteris alphabeti. Item dies ſm gentiles denominantur a planetis. Primus a sole q̄ principes est oīum syderū: sic ꝛ idez dies caput est ceteroꝝ dierum. Secundus a luna que ē splendore ꝛ magnitudine soli proxima est ꝛ ex eo mutuat lumen. Tertius a stella martis que vesper vocatur. Quartus a stella mercurij quam quidam candidum circulum dicunt. Quintus a stella iouis quā phe tontem aiunt. Sextus a stella veneris quam luciferuz asserunt: q̄ inter cuncta syderа plus lucis affert. Septimus a stella saturni que sexto celo locata trigita annis ferr̄ explere cursum suū: de hoc dictū ē in ꝓhemio viij. partis. ¶ Sed q̄rit q̄re dies non ita ordinant in septimana sicut planete in celo: q̄ñ i celo ordinant ſm būc versū. Sol ve. mer. ꝛ luna saturnus iuppit ꝛ mars vel sic. Saturnus ioue mars sol cum vene. mercurij.

Dies vero qui sequuntur post idus denominantur a luna. Solutio dicimus q̄ dies in septimana non ordinant̄ p̄m ordinē planetaꝝ sed p̄m regimē eoꝝ in singulis diebus: vnde q̄ viderunt philosophi q̄ sol regnabat p̄ma hora diei dñice ī illam diē denominauerunt a sole. Itē q̄ viderunt q̄ luna regnabat p̄ma hora secunde feric: ī diē illū denominauerunt a luna: ⁊ sic de ceteris: sicut p̄z ex distinctōne horaꝝ diei facta int̄ planetas p ordinē successiue. Rursus a dictis plāetis philosophi nomina sumpserunt eo q̄ a singulis aliquid i homine esse voluerunt vt a saturno canditatē a ioue tēpātiā a marte feruorē a sp̄m a sole venere voluptatē a mercurio eloquentiā: a luna coꝛ. Et q̄ ordo planetaꝝ vltra numerum septenarium non procedit sed ad p̄mum reuertitur: ī tm̄ septem dies in septimana sūt a sapientibus constituti. ¶ Nunc videndū est qua die septimane quilibet mensis intret: de hoc duplex ratio habetur. Prima p̄ hos versus. Alta domat dominus gratis beat equa gerētes. Contemuit fictos auge bit dona fideli. In istis versibus sunt duodeci dictiones duodecim mensibus seruientes: p̄ma p̄mo: secunda secundo: ⁊ sic p ordinez̄ sumpto initio a ianuario: ita q̄ quecūq̄ fuerit initialis lr̄a alicuius istaꝝ dictionum: eadem erit littera calendarum mensis cui seruit illa dictio. verbi gratia. alta est p̄ima dictio ⁊ seruit p̄mo mensi. s. ianuario: ⁊ a est p̄ima littera illius dictionis alta: ergo a est p̄ima littera ianuarij. Itez̄ domat est secunda dictio que seruit secundo mensi. s. februario: ⁊ d est p̄ima littera istius dictionis: ergo d est p̄ima littera februarij: ⁊ sic de alijs. Itez̄ dicit sequens versus per syllabas: quod precedentes per dictiones. Adam degebat ergo ciphos adrisex. Habita autem lr̄a calendarum facile possumus scire qua feria quilibet mensis intret. Per litteram enim dominicalem illius anni procede computando dies per litteras subsequentes: vsq̄ ad litteram que est in calen. mensis cuius dei introitum scire optas: ⁊ in qua feria occurret in tali feria intrabit ille mensis. Secunda ratio p quā scire potest qua feria quilibet mensis intret est per regulares ⁊ concurrentes. Nota ergo q̄ in anno solari sunt quinquaginta due septimanę ⁊ vnus dies vl̄ duo si sit bisextilis: ꝓpter quam diem variātur singulis annis principia mensium. Si enim hoc anno incipiat ianuarius a die dominico: toto illo anno a: que est p̄ma littera ianuarij erit dominicalis. Cum ergo ventum fuerit ad finem anni: illud a finale calendarij quod inscribitur illi diei que est vltra integras septimanas: representabit diem dominicam: ergo sequens a q̄ iterum est initiale ianuarij representabit secundam feriam: ⁊ sic toto illo anno erit illa variatio: eodez̄ modo singulis annis variantur initia mensium per diuersas ferias. Et si sit bisextus duplex erit variatio p̄ma in calen. ianuarij. secunda in festo sancti mathie. Ut ergo computiste scire possent qua feria quolibet anno quilibet mensis inciperet inuenerunt duos numeros vnuz̄ inuariabilem qui vocatur regularis solaris feria lis alium variabilem qui vocatur concurrens de quibus breuiter est dicendum. ¶ Videndum est autem primo quid sit regularis solaris: vnde dicatur: ⁊ vnde habeat oꝛtum: ⁊ quot regulares quisq̄ mensis habeat. Regularis solus est numerus inuarialibilis datus mensi: qui adiunctus concurrenti declarat qua feria septimane quilibet mensis intret cuius fuerit regularis. dicitur autem regularis a regula: quia inuariabilis est sicut regula. iij. di. canon. Solaris dicitur ad differentiam lunaris: de quo infra dicetur. Habēt oꝛtum regulares a martio: nam in mense martij sunt v. regulares seu. v. p̄ro regulari. Martius enim non habuit initium in p̄mo anno mūdi seu seculi: immo dicitur mundus factus fuisse in illo mense in die quo dicitur. xv. calen. aprilis: vel vt alij dicunt. viij. calen. Si enim computes ordine retrogrado dies septimane vsq̄ ad calendas martij: inuenies q̄ quinta feria mundus incepit: si tamen ante martium fuit ⁊ hec est causa quare martius quinarium numeꝝ habuit p̄ro regulari. Regulares vero aliorum mensiuz̄ sic formātur. Jungas regulares mēses cum diebus eiusdem ⁊ ab illa sūma subtrahe. vij. quotiens poteris: ⁊ regularem sequentis mensis quod remansit indicabit verbi gratia. Martius habet quinq̄ regulares ⁊ dies eius sunt. xxxi. redige in summā ⁊ sunt. xxxvi. subtrahe. vij. quotiens poteris ⁊ remanet vna dies que datur mensi sequenti p̄ro regulari. Item aprilis habet. xxx. dies: ⁊ vnum regularem qui constituūt. xxxi. subtrahe. vij. quotiens poteris: remanebunt tres: que dantur maio p̄ro regularibus: ⁊ ita de alijs vsq̄ ad martium. Possumus etiam scire mensium regulares p̄ hos versus. Est astris clara fulgētib⁹ ara deoꝝ. Grata bonis extat gratissima cuiq̄ fideli. In istis versibus sūt. xij. dictiones. xij. mensibus seruientes: p̄ma p̄mo: secunda secundo: ⁊ sic per ordinem sumpto initio a martio ita q̄ quotta fuerit littera p̄ma alicuius istarum dictionum in alphebeto tot regulares habet illa mēsis cui seruit illa dictio: verbi gratia. E est p̄ima dictio: ⁊ seruit p̄mo mensi. s. martio: ⁊ e est p̄ima littera istius dictionis est: ⁊ est quinta in alphabeto: ergo martius habet. v. regulares. Item astris est secunda dictio ⁊ seruit secundo mense. s. aprili. ⁊ a est p̄ima littera istius dictionis que est etiam p̄ima in alphabeto: ergo aprilis habet vnum regularez̄: ⁊ sic de alijs. ¶ Nūc dicamus de concurrentibus. Dicitur autem concurrentes: quia sibi inuicem concurrunt sicut videbitur informatione: vel ideo quia concurrunt cum regularibus: ad demonstrandum initialem feriam mensiuz̄ singulis annis. Est autem concurrens: super excrescentia vnius diei vel plurium super quinquaginta duas septimanas anni solaris: ideo dixi vel plurium: quia in anno bisextili superexcrescunt duo dies: i alijs vero vnus tantum: ⁊ ab illa superexcrescentia habēt originem concurrentes. Alij vero concourrentes qui sequuntur post primum formantur vno addito singulis terminis siue annis: sic tamen q̄ septenarium numerum non excedunt: quia non sunt nisi septem ferie et quandocunq̄ est septimus concurrens illo anno menses habent eadem principia que in p̄mo anno mundi seu seculi habuerunt: quelibet enim feria distat per septenarium a semetipsa. Concurrentes etiam in hac linea demonstrantur. i. ij. iij. iiij. vi. vij. i. ij. iiij. v.

vj.vij.ij.iij.iiij.v.vij.i.ij.iij.v.vj.vij.ij.iij.iiij.v.vj'. Ma primus annus cicli solaris habet vnuz ꝯcurrentem: secundus duos: tertius tres: quartus: quattuoꝛ. quintꝰ sex ꝓpter bisextum. sextus septem. septimus vnū: qꝛ vltra septenarium non ꝓceditur: sed reuertitur ad vnū: ⁊ ita debemꝰ ꝓcedere vsqz ad. xxviij. annos. tūc reuertimur ad primū annū cicli ⁊ ꝓcedimus sicut prius. Unde transcursus. xxviii. annoꝛuz vocatur ciclus solaris vel ꝯcurrentium: ⁊ dicit ciclus quasi circulus per similitudinem. Si autez volumus scire quotus sit annus cicli solaris debemus diuidere annos domini per. xxviii. quotiens possumus ⁊ addere illis. ix. ante ꝙ diuidamus: quia quando christus natus fuit tantum iaz ꝓcesserat ille ciclus: ⁊ quotus annus remanserit supra diuisionez annoꝛū totus erit ciclus ⁊ si nullus remanserit: tunc sumus in vltimo anno cicli solaris: vnde versus. Annis adde nouem domini partire per octo. Uiginti ciclus sic tibi notus erit. Possumus etiam scire concurrentes cuiuslibet anni per litteram dominicalem illius anni sicut declarant versiculi subsequentes. A. sex. b. quinqz. c. quattuoꝛ. e. duo tres. d. Primus concurrens. f. littera septimus est. g. ⁊ sic de similibus. Hoc est dicere ꝙ quando a est littera dominicalis in illo anno sunt sex ꝓ concurrente: quando b. quinqz quando. c. quattuoꝛ. quando. e. duo. quādo. d. tres. quando. f. vnus. quando. g. septē. Inuento aūt concurrente debemus iungere cū regularibus mēsis cuius feriam kalendarum. i. introitum scire volumꝰ. ⁊ quota fuerit illa summa si non transcendat septem tota siue tali feria septimane ille mēsis intrabit. Si vero transcendat septem quotum fuerit residuum tota feria septimane ille mensis intrabit. Sicut autem concurrentes: ita ⁊ dominicales littere variantur. Nam in primo anno cicli solaris est. f. littera dominicalis: i secundo. e. in tertio. d. in quarto. c. in quito. a. tunc enī ꝓpter bisextum ꝓtransitur. b. ꝙ in his versibus declaratur. Fert ea dux coꝛ amet gens fautoꝛ euz coluit bis. Ars genus est de coꝛde bono gignit ferus ensis. Dicta beant aqua gens fons dat cunctis bonus auctoꝛ. In his versibus sunt vigintiocto dictiones vigintiocto annis cicli solaris seruientes. prima primo. secunda secundo. ⁊ sic per ordinem sumpto initio a primo anno cicli ita ꝙ quecūqz fuerit initialis littera alicui istarum dictionum eadem erit littera dominicalis in illo anno cui seruit illa dictio. Uerbi gratia. Fert est prima dictio ⁊ seruit primo anno cicli solaris: ⁊. f. est prima littera: ergo. f. est littera dominicalis in primo anno cicli solaris: ⁊ sic de aliis. Et nota ꝙ ille annus est bisextilis cui deseruit aliqua dictio desinens in. t. ⁊ ita primus annus cicli semper est bisextilis: cuz ei deserviat dictio desinens in. t. f. fert: ⁊ ꝓpter hoc prima littera dictionis desinens in te non erit littera dominicalis in illo anno cui seruit illa dictio nisi a loco bisexti vltra: quia littera dominicalis cum bisexto simul mutatur. A. kalendis vero ianuarii precedentis ipsum bisextum vsqz ad locum bisexti erit littera dominicalis illā que immediate sequitur in kalendario post illa que deberet esse littera dominicalis: vnde in primo anno cicli. f. est littera dominicalis a loco bisexti vsqz ad kalendas ianuarii sequentis. A kalēdis vero ianuarij precedentis vsqz ad locum bisexti. g. est littera dominicalis: ⁊ ita in alijs. Annus autē cui seruit illa dictio sciri potest per rationem superius dictā de ciclo solari: nam ratio littere dominicalis tunc currentis ratione simili incipit ⁊ finitur. Nunc aliqua ō indictione dicamus. Est autem indictio spacium temporis quo romanus princeps tributum gentibus indicebat. Si autem volumus scire quota fit indictio ō debemus addere tres annos annis domini: ⁊ postmodum diuidere annos domini per quindecim quotiēs possumus ⁊ quotus annus remanserit facta diuisione tota erit indictio: ⁊ si nullus superauerit in vltimo anno indictionis sumus: ⁊ tunc ad primam indictionem reuertimur: quia indictio non transcendit quindecim. vnde versus. Si tribus adiunctis domini diuiseris annos. per terquinqz datur indictio certificata. De indictione plenius diximus in speculo iudiciali in tractu de instrumentoꝛuz editione. ℌ. j. versi. post annos. ⁊ infra vbi de ciclis agetur. De era supra dictum est.

¶ De die. ¶ Rubrica.

Licet iam superius in plerisqz locis de die tactum est: nihilominus hic specialiter dicendum est. Sciendum est igitur ꝙ duplex est dies scilicz naturalis ⁊ artificialis siue vsualis. Naturalis est spaciuz quo ducitur circa totam terram ab oriente vsqz in occidentem scilicet spaciuz diei ⁊ noctis: quod semper ꝓtinet. xxiiij. horas. Dicitur dies ista a diis quoꝛuz nomina romani quibusdaz sideribus sacrauerunt, vnde quilibet dies ab aliquo deo antiquitus vocata est, vt a ioue ⁊ alijs ꝓut sub septimana dictum est. vel a dia quod est duo quia continet duo tempoꝛa noctez scilicet ⁊ diem vsualem. Quando autem incipiat dictum est in ꝓhemio septime partis. Artificialis est spacium quo sol moꝛatur super nostrum hemisperium ab oꝛtu solis vsqz ad occasum. Et hic secundum solis ascensum ⁊ descensum crescit pariter ⁊ descrescit. Dicitur autez dies a dian quod est claritas. Et dicitur vsualis siue artificialis: quia solum hoc tempus aptum est vsibus ⁊ artificijs exercendis. Reliqua pars diei dicitur nox a noceo: quia nocet visui ⁊ vsui ⁊ ideo vocata est dies a meliori tempoꝛe sine commemoratione noctis: iuxta illud. Et factum est vespere ⁊ mane dies vnus.

¶ Rursus partes diei sunt tres secundum Isidoꝛuz scilicet mane meridies ⁊ suprema. Mane est lux matura ⁊ plena nec iam crepusculum. Meridies dicitur quasi medi dies. i. medius dies: vel quia tunc purioꝛ dies est. Suprema est postrema pars diei. Sero dicitur a clausis seris. ¶ Noctis vero partes sunt septem scilicet. vesper: crepusculum: conticinium: intempestum: gallicinium: matutinum ⁊ diluculuz. Uesperum dicitur a vespere occidentali stella que tenebras sequentes precedit: ⁊ dicuntur tenebre quasi tenentes vmbram. Crepusculum dicitur dubia lux scili

cet inter lucem ⁊ tenebras. Conticinium est quando iam omnes silent. Intempestum est medius noctis tempus quando nil agi. potest: ⁊ omnia silent quasi in opportunum. Gallicinium dicitur propter gallos lucis prenuncios. Matutinum est inter abscessus tenebrarum ⁊ aurore aduentum. Diluculum dicitur quasi incipiens parua dies lux ⁊ aurora q̃ solem' precedat. est enim aurora dies clarescentis exordium. ¶ Et nota q̃ dies alij sunt siderales in quibus sidera mouent̃ ⁊ homines a nauigationibus excluduntur: alij prelia les: de quibus in li. Regum. quibus reges solent ad bella procedere: alij inter scalares: quos scimus duodecim mensibus superasse: alij caniculares: alij solsticiales: alij equinoctiales: de quibus iam premissum ẽ alia fasti in quibus iura fantur: alij nefasti eis contraris: alij festi. i. festiui: vt dies azimoꝝ: alij ꝓfesti q̃asi procul a festis: vt feriales: alij mali sunt quoniaꝫ i eis plus solito homines affliguntur. vnde apostolus. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt: ⁊ ecõtrario sunt boni: alij egyptiaci de quibus premissum est: est etiam dies salutis in quo dominus venit ad saluã dum. est etiam dies iudicij in qc dominus veniet ad iudicandum: qui erit bonis dies leticie malis autem calamitatis ⁊ miserie. Momentum vero est minutũ atq; angustum tempus a motu siderum: dictum est enim extremitas horę in brevibus interuallis cum aliquid sibi cedit atq; succedit secundus Isidorum. Hora grecum nomen est: ⁊ tamen latinum sonat: est enim finis temporis qõ autẽ horas ꝺtinet dies naturalis dictus est in principio huius partis.



Astrologus tñ curiosus potest horas equare: sed p̃missa equatio ꝓ vulgarib⁹ ⁊ simplicib⁹ sufficere pot.

¶ Rubrice secūde partis tractātis de anno lunari.

SEquitur secunda pars de anno lunari. In q̄ agitur primo quid sit annus lunaris: t quot dies contineat. Secūdo de regularibus lunaribus. Tertio de epacto. Quarto de embolismo. Quinto de aureo numero. Sexto de termino paschali: t aliaꝝ mobilium festiuitatuꝫ. Septimo de ciclis.

¶ Quid sit annus lunaris: t quot dies continet.

ANnus lunaris dicitur tribus modis. Primo mō annus lunaris est spacium quo luna circuit totum zodiacum: quod facit in .xxvij. diebus. t. xij. horis. Secundo modo dicitur annus lunaris spacium quo luna circuit solez ab vna incensione vsqz ad aliam t hoc facit in .xxix. diebus t. xij. horis. Nam cum luna separatur a sole ad peragrandum zodiacum: t postea reuertitur ad eundem punctū in quo dimiserat solem: non inuenit illuz ibi: quia sol iam tantum ꝓcessit suo motu: quod luna laborat recurrere ad eum siue attingere ipsum duobꝰ diebus t tribus horis. Tertio dicitur annus lunaris spacium duodecim lunationum in anno communi: t tredecim in embolismali. de quibus infra dicet. Cuz ergo lunatio quelibet constet ex .xxix. diebus t. xij horis: quia non curat ecclesia de minutijs: t ex duodecim horis precedentis lunationis. t ex .xij. sequentis constituitur vna dies naturalis que semper lunationi p̄cedenti attribuitur: ita q̄ lunatio precedentis mensis semper habet .xxx. dies t sequentis .xxix nisi aliud sit propter bisextum vel embolismum vel saltem lune. vnde versus. Luna paris mensis nunq̄ tricesima fiet. Impar triceno nunq̄ nisi fine carebit. Tempore bisexti febr tricesima luna est. Nā iulij luna tūc ē .xxix. Par mensis dicitur: quia numerando a ianuario per ordinem cadit in numerum parem: vt februarius a p̄lis iunius augustus october december quorum lunatio semper est .xxix. dierum: excepto februario cuius lunatio est .xxx. quod est bisextus. Impar vero ē quā do cadit in numerum imparem: vt ianuarius martiꝰ maius iulius september t nouember: quorum lunatio semper est .xxx. dierum: excepto iulio qui in vltimo anno cicli lunaris propter saltum lune habet tantuz. xxix. Ex bis autem .xij. lunationibus constituuntur trecenti quinquaginta quatuor dies in anno lunari. t sic ānus lunaris in .xj. diebus excedit a solari: ex quo excessu omnis varietas etatis lune consurgit: ita q̄ vbicunq̄ fuerit luna prima in primo anno fit in secundo .xj. propter quam varietatem duorum numerorum genera sunt inuenta regulares videlicet t epacte de quibus breuiter videamus.

¶ De regularibus lunaribus. ¶ Rubrica.

NUnc videamus de regularibus. Et quidem regularis lunaris est numerus inuariabilis datus mensi ad inueniendum lunam in kalen. mensium singulorum. Habent autem ortum regulares ab illis quinq̄ diebus qui superfunt in anno solari supra trecentos sexaginta dies: vnde quinq̄ regulares dati sunt septembri a quo annus lunaris sumit initium. Regulares vero aliorꝫ mensium sic formantur. Junge regulares mensis cuz diebus eius: t ab illa summa subtrahe lunationē eiꝰ: t residuum quod remanserit erit regularis illius mēsis verbi gratia. September habet quinq̄ regulares t dies eius sunt .xxx. qui coniuncti regularibus constituunt .xxxv. t lunatio septembris est tricesima: qua subtracta remanent .v. que sunt regulares sequentis mensis scilicet octobris: t sic de alijs vsqz ad septembrem. Nam egyptij suum annum incipiunt a septembri t ideo nos annum lunarem incipimus a septembri. De regularibus traditur iste versus. Bic. e. g. bis. i. k. bis t post manet ordo: quasi dicat. Bic. e. bis que est quinta in alphabeto .i. primis duobus mensibus anni lunaris dantur quinq̄ pro regularibus. Jtē dic bis. g. que est .vij. in alphabeto. i. tertius t quartus mēsis habent .vij. pro regularibus. Jtem dic bis. i. que ē nona in alphabeto. i. quintus t septimus mensis habent .ix. pro regularibus. Jtem dic bis. k. que est decima in alphabeto. i. sextus t octauus mensis habent. x. pro regularibus. Et nota q̄ hic transitus de quinto ad septimum: t de sexto ad octauuz vt patet informādo ipsos regulares: quia ianuarius t marcius .ix. t februarius t aprilis .x. habent: sed post manet ordo. i. Maius .xj. Junius .xij. Julius .xiij. Augustus .xiiij. habent.

¶ De epacta. ¶ Rubrica.

SEquitur de epacta Est autez epacta numerus variabilis: datus anno ad inueniendum lunaz in kalendario cuiuslibet mensis: t dicitur epacta ab ephi quod est supra t aucta: quia est super excrescētia anni lunaris a solari. Jdeo q̄ annus primus cicli lunaris nullam habet epactaz quia nullus annus precessit a quo .xj. accepisset. Secundus vero habet .xj. pro epacta: quia epacta oritur ab illis .xj. diebus quibus annus lunaris exceditur a solari. Tertius vero annus habet .xxij. quia semp addunt .xj. si non transcendat .xxx si vero transcendat triginta abiectis .xxx. residuum erit epacta illius anni t ideo in quarto anno: quia summa ascendit ad .xxxiij. abiectis triginta tres fiit epacte illius anni. Epacte vero grece dicuntur latine adiectiones annue lunares: que per numerum xi. vsqz ad tricenarium in re reuoluuntur: quas egyptii ideo adiiciunt vt luna.

ris emersio ratione solis coequetur. Luna enim iuxta cursum suum .xxix. seminis dies lucere dinoscitur: & fiunt in annum lunarez dies trecenti .liiii. remanēt ad cursum anni solaris dies .xi. quos egyptii adiiciūt Absqz his non inuenies lunam quota sit in quolibet anno. mense & die. Epacte omnium annozum cicli lunaris per hanc tabulaz denotantur. ita q̄ hoc verbū nulla respondet primo anno & singuli sequētes numeri respondent singulis annis cicli vsqz ad .xix. vt nulla .xi. xxii. iii. xiiii. xxv. vi. xvii. viiii. xxi. xii. xxiii. v. xvi. xxvii. viii. xviiii. xxx. Sed hoc idem etiam ostenditur per hos versus. Annis adde monos domini partire per. vnde. Viginti lune ciclis & inde patet. Hoc vult dicere q̄ si volumus scire quotus sit annus epactalis siue cicli: debemus dividere annos domini per .xviiii. quotiens possumus & addere vnuz: quia quādo christus natus fuit tantum processerat ille ciclus & quota fuerit summa que remanserit totus erit annus cicli epactalis: verbi gratia. Hoc anno cōputamus annos domini mille ducentosoctuagintasex quozuz mille ducenti septuagintatres sunt recte per .xviiii. divisi supsunt .xiiii. de predicto numero. addito ergo vno fiunt .xiiii. vnde hoc anno est .xiiii. annus cicli lunaris i anno sequenti erit .xv. & sic vsqz ad .xviiii. postea redit ur ad primum. & hoc verum est secundum illos qui incipiunt computare annos domini a natiuitate christi. vel in kalendario ianuarii. non autem secundum eos qui illos immutant in kalendario septembris & faciunt ibi divisionem. nam tunc addendi sunt duo anni Potest etiam & aliter inueniri epacta vt si summam q̄ remanet de premissa divisione annozum domini per tres iuncturas pollicis numeremus Si enim numerus finitur in prima iunctura debemus deūere vnuz de ipso numero. si in secunda debemus addere nouē. si in tertia debemus addere .xviiii. & summa inde proueniens est epacta: & hoc si triginta non transeat. si vero transiret abiectis .xxx. residuum est epacta: vnde versus. Deme vnum post adde nouemqz. Inuenta igitur epacta debemus eam iungere cum regularibus mensis cuius lunā volumus inuenire & quota fuerit summa inde proueniens tota erit luna in kalen. illius mēsis dūmodo triginta nō transeat. si vero .xxx. trāsiret abiens .xxx. residuū erit etas lune: & si summa illa fuerit triginta in kalen. mensis. tunc luna erit triginta. si aūt epacta nulla fuerit puta in primo anno cicli lunaris. tunc ad inuentendum lunam sufficit regularis. Sed quoniā epactaruz ratio quādoqz fallit ꝓpter embolismuz siue saltū lune. ideo de ipo breuiter videamus.

¶ De embolismo. ¶ Rubrica.

CIrca embolismum siue lune saltum notanduz est q̄ embolismus grece interpretatur latine super augmentum seu super excrescentia anni solaris supra lunarem. Quia ergo annus solaris excedit lunarē in .xj. diebus ex illo excessu constituūtur septez lunationes in .xix. annis cicli lunaris multiplicatis illis .xj. diebus. Et dicuntur lunationes embolismales quarum quelibet est .xxx. dierum. & attribuuntur septez annis embolismalibus ita q̄ in quolibet anno ciclo lunari sunt .vij. anni embolismales. & .xij. communes. Appellatur autem annus embolismalis quia quartadecima lūa precedentis pascę vsqz ad quartādecimam sequētis habet .xiij. lunationes siue .xiij. menses lunares. i. trecentos octoagintaquattuor dies: & iste est annus sancto Moysi diuinitus reuelatus. Communis vero habet tantum .xij. lunationes. i. trecentos quinquagintaquattuor dies. quozum dispositiones continet iste versus. Cur flet has lachrymas odiosum quere tyrānū. In isto versu sunt septē dictiōes septē embolismalibus seruientes: prima primo: secunda secundo: & sic per ordinem: ita q̄ quota est prima littera alicui⁹ istarum dictionuz in alphabeto. totus annus cicli epactalis erit annus embolismalis verbi gratia. Cur est prima dictio & seruit primo anno embolismali: & .c. est prima littera illius dictionis que est tertia in alphabeto: ergo tertius ānus cicli lunaris est embolismalis: & ita de alijs hoc obseruato q̄ hec dictio has debet scribi cum .b. Et dicitur annus cōmunis: quia sepe duo ita coniunctim incedunt vt inuicem se in paschali solennitate sequantur: embolismalis enim semper solus ē. Ordo autem istozum annozum communiuz & embolismalium patet in linea subsequenti. Communis cōmunis embolismalis: communis communis embolismalis. communis embolismalis: communis communis embolismalis. communis communis embolismalis. communis communis embolismalis. communis communis embolismalis: communis communis embolismalis. Habito autez anno embolismali possumus scire in quo mense lunatio embolismalis contingat per hunc versum. Mobilis & christuz modo liberabeto coeuum. In isto versu sunt septem dictiones. vij. mensibus seruientes in quibus contingunt lunationes embolismales in prefatis. vij. annis. prima primo: secunda secūdo: & sic per ordinē: ita q̄ quota erit prima littera alicuius istarum dictionum in alphabeto toto mense illius anni cui seruit illa dictio cōtingit lunatio embolismalis. Item quota erit prima littera secunde syllabe in alphabeto tota die mēsis incipit lunatio embolismalis. Verbi gratia. Mobilis est prima dictio: & seruit prime lunationi que cōtingit in tertio anno cicli lunaris: & .m. est prima littera huius dictionis & est duodecima in alphabeto. Ergo in duodecim mense contingit lunatio embolismalis. Item. b. est prima littera secunde syllabe & est secunda in alphabeto. Ergo in secunda die illius mensis incipit illa lunatio & sic de aliis. Si autem velis plenius huius rei veritatem inquirere recurre ad epactam & regulares illius anni de quo vis scire & ita inuenies esse. Nunc videamus vbi fallit epacta iuncta regularibus propter embolismum seu saltum lune. Circa qō nota q̄ licet in ciclo lunari sint .vij. ānī embolismales vt superius dictum est: non tamen fallit epacta nisi i tribus scilicet in .viij. .xj. & .xviiij. vnde versus. Octa na vndecimo postremo fallit epacta. in quo autem lo-

